



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

Pars Æstiuialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

VI

quod Deo magis placeat & nostrę saluti profectuique plus expediat, quàm passionem Christi meditari, quia tempore etiam passionis eius fuit vnus de maioribus doloribus, quod sciuit passionem suam negligendam, id est, non recogitandam ab his, pro quibus patiebatur. Sed fortę aliqui dicunt se nescire vel non posse meditari. Applicetis voluntatem ad hoc studium & incipiat: Dominus Iesus iuuabit vos, si non statim sentiretis deuotione, nihilominus perseueretis, quia velle esse deuotum & studere ad hoc, sepe maioris est meriti, quàm esse. Si tamen sunt adeo simplices aliqui, offerant Patrem nostrum, quę ex debito legunt vel alia in Articulos scilicet in angustiam, & in captiuitatem, accusationem falsam, conspurationem, &c. & petant virtutes quę in tali Articulo relucunt à Domino Iesu sibi dari. Vel saltem accipiant figura passionis ante se, id est, crucifixum, & pensent quid in quolibet membro passus sit. Huic membro siue illi dolori offerat vnum vel plura Patrem nostrum pro gratiarum actione. Quod si fecerimus, sentiemus quotidianam profectum in gratia Dei & virtutibus, & post finem passionis nostrę, id est, post finem miserę vitę nostrę, perueniemus ad requiem eternę glorię. Quam mihi & vobis omnibus cęcedat Iesus Christus Dominus nostrus, qui cum Patre & Sancto Spiritu viuunt & regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen.

PARTIS PRIMÆ HVIVS PRIMI TOMI,
qua vocatur pars Hyemalis, Finis.

IN SANCTISSIMA SOLEN-
NITATE RESVRECTIONIS

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,
Epistola B. Pauli Apost. I. Cor. V.

EXPURGATE vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est CHRISTVS. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitię & nequitię, sed in azymis sinceritatis & veritatis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Inter Corinthios delictum detestabile ab vno magno peccatore fuerat admissum, de quo Paulus Corinthios, quia illum non corripuerunt, obiurgat, existimans hanc peccandi impunitam licentiam alijs fore in scandalum, quo facilius peccarent. Error nanque aut delictum vnius non raro vniuersę nocet communitati. Quę enim est illa bonitas, aut misericordia, vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Ante hanc itaque lectionem Apostolus Paulus dixerat: Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpat? Sequitur igitur nunc: Expurgate



1. Pet. 2.

vetus fermentum, & ex congregatione vestra, eum qui grauiter deliquit, eijcite. Separate eum, antequam ex vna oue morbida grex totus corrumpatur. Vocat illum vetus fermentum, quia postquam ad gratiam baptismi conuersus fuerat, & in sanctam vitam nouitatem regeneratus, iam denum ad prioris vite vetustatem, perinde ac canis ad vomitum reuersus est. Expurgate præterea ex vobis ipsi prauitatem antiquam ac vobis solitam, quæ est ad peccandum pronitas, concupiscentia inueterata atque corruptio, vt sit noua conspersio. Consersio seu azyma ferè idem sunt, puta farina perquam in massam, absque fermento conglutinata. Hanc esse nos vult conspersione, id est, congregationem mundam, donis gratiarum, & irrigatione Spiritus sancti conglutinatam. Vt sitis, inquit, noua consersio, sicut estis azymi, absque fermento corruptionis iam pridem facti per baptismum, quod vetus homo vester mortuus est, ac Christo conspersus. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Olim Iudæis lex Mosâica agnum imolabat Paschalem comedere in memoriam suæ liberationis de captiuitate, seruitutisq; Aegypti, quo nostra figurabatur redemptio. Siquidem agnus Dei ille verus, qui tollit peccata mundi, qui etiam de seipso per Hieremiam dicit: *Ego quasi agnus qui portatur ad victimam* in cruce pro nobis immolatus est, qui est Pascha quoque nostrum, per quem transimus à vitijs ad virtutem, de veteri mala conuersatione ad nouitatem vite, deque exilio huius peregrinationis ad patriam. Quomodo igitur Iudæis lex iubebat agnum, seu typhicum suum Pascha comedere cum azymis panibus, id est, absque fermento, ita nos Pascha nostrum, id est, corpus Christi absque fermento peccati comedere necesse est. Propterea enim sequitur: Itaque epulemur in altari sacramento corporis Christi alendi, non in fermento veteri iniquitatum nostrarum, neque in fermento malitiæ, qua ex certa scientia, aut dedita opera peccatur, aut nequitia, qua fraudulenta simulatione, ac circumuentione proximus læditur, sed in azymis epulemur sinceritatis & veritatis, hoc est, in puritate, sanctimonia, ac integritate vite. Vult itaque nos ab omni vitiositate peccati, qua ante baptismum tenebamur captiui, ab omni quoque vitiorum corruptione fore, permanereque liberos, ac mundos, multo magis quam eos esse necesse est, qui phasè Domini legale celebrabant.

Ioan. 1.
Hierc. 11.

Exod. 12.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM SO-
lennitatis Pasche Marci ultimo.

Luce 14.

Mulieribus
est apparue-
rit Christus.
Ioan. 20.

Matth. 23.

SEXUS deuotior hic, vt crebro alibi nobis commédabilis prædicatur. Siquidem Apostolicis viris domi residentibus, præ ac deuotæ quædam mulieres ad Domini sepulchrum profectæ sunt: idque hodie prima luce, & valde manè. Longa enim erat illis expectatio, atque molestia vehementer amantibus. Et quia ardentius cæteris amabant, ideo præ alijs quoque Christum & ante alios inueniebant. Multum enim refert quo amore, quo modo, quo desiderio, quo denique studio quærat Christus. Omnes quædam quærimus, sed non æque quærimus omnes. Nam si vos omnes & vestrum singulos quoque interrogarem: Quid hic facitis, aut quem quæritis, & quare hic estis? quid aliud mihi responderitis, quam Iesum quærimus crucifixum? Neque enim in hac sancta festiuitate quempiam nobiscum ingressi

templum puto, qui non quærat Dominum Iesum. Quærimus autem Saluatorem in ea forma, & in eo schemate quo redemit & saluauit nos, hoc est, crucifixum, spinis coronatum, flagellis laceratum, non habentem speciem neque decorem. Sic filij quotidie quæritis, bene quæritis. Sed dicitur vobis? *Surrexit, non est hic.* Non prohibetur vobis, ne ita quæritis Iesum, sed vt sciatis eum etiam à morte resurrexisse, hoc est, sciatis eum non solum passum propter delicta vestra, sed resurrexisse etiam propter iustificationem vestram. Surrexit, non est hic, qui pro vobis passus est, qui vos sua passione redemit, qui suo vos sanguine lauit. Hodie resurrexit à morte rediuiuus. & non est post hac vt ante erat, mortalis, passibilis, aut potens dolere, Huius resurrectionis hodie nobis est festiuius dies, sicut præteritis diebus passionis. Sed audiamus Euangelium.

Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.

Cum sanctæ mulieres, quæ fuerant cum beata Maria iuxta crucem & sepulchram Domini, obseruassent diligenter locum sepulchre Dominicæ, vidissent quoque Dominicum corpus aromatibus conditum, cogitabant se cum tractâtes quomodo ipsæ quoque suæ exercerent deuotionis officium in mortui corpus, pia quidem hac & deuota sollicitudine, etsi minus iusta ac fidei, metuentes ne putresceret in sepulchro iacens. Putabant enim, etsi fortasse diuinitas in eo fuisse viuente, illam tamen ab eodem recessisse in cruce, ipsumque reliquisse morientem. Quod Christum quoque (vt ipsi intellexerant) in cruce putabant conquestum, quando dixerat: *Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Quare eum vt hominem tantum æstimabant mortuum, cuius volebant vngere, ne in cinerem redigeretur mortuum corpus: quamuis illum iam semel scirent vnctum per viros timentes Deum. Sed nihil amanti existimatur factum, quod ipse non fecerit. Quapropter his sanctis mulieribus tametsi scirent vnctum à Nicodemo & Ioseph Dominum, non erat satis factum, nisi sua quoque fuissent vsæ deuotione. Atque ideo cum in sabbato magno nihil auderent emere propter celebritatem, in fine tamen diei, hoc est, in vespere ipsius sabbati, quo terminabatur solennitas, quæ inceperat vespere præcedenti diem sabbati. In secundo itaque vespere, quando iam transfret sabbatum, & licebat aliquid operari, emerunt mulieres illæ sanctæ aromata, vt venientes vngerent Iesum. Tempus enim deuotioni earum nimis fiebat prolixum. In fine itaque diei sabbati præparabant se, & summo mane exibant, cum iam adhuc tenebræ essent, hoc est, in aurora, aut diluculo, cum partim tenebræ, partim lux se diffunderet, ita vt tunc circa monumentum essent oriente sole, portantes secum aromata sua. Non satis commendare possum deuotissimas has mulieres, inter quas præcipua & vnica fidelissimaque Christi fuit amatrix ac discipula Magdalena, quandoquidem viris Apostolicis silentibus & penè desperantibus, hæ non quiescunt, nec ab amore deficiunt, sed impendere obsequia sua voluerunt mortuo, quæ libenter & suauius fortasse impendissent viuo. Habet hic sexus misericordie & pietatis plus, quam est inuenire in

Matth. 27.
Matth. 27.
Marc. 16.
Rom. 4.

Luc. 24.

Ioan. 20.

Psal. 2.
Matth. 7.
Marc. 15.

Ioan. 19.
Matth. 7.
Luc. 3.
Ioan. 9.
Luc. 24.

Ioan. 20.

Prou. 9.
Ioan. 9.
Marc. 6.
Luc. 4.
Luc. 1.

viris. Quare non insipienter dicit Sapiens: *Multi homines misericordes: virum autem fidem quis inueniet?* Dilexerant quidem mulieres hæ sanctissime Christum in vita, sed nihil de amore eius amiserunt eo moriente. Verum dicit quis, quæ fuerunt mulieres hæ? Ioannes vnam quidem tantum, solam Magdalenam scilicet narrat. Marcus præterea duas sorores beatæ virginis Mariæ recensens, narrat tres. Porro Lucas Ioannam quoque adnumerat, quæ vixit Cusæ fuerat procuratoris Herodis, & reliquas, quæ cum eis erant. Vnde plures fuisse conijciuntur, nisi quod fortasse hæ tres hic enumeratæ simul venerint vngere Iesum: aliæ verò plures se, aut associauerint, aut tardius venerint. Hinc tamen liquet deuotissimas fuisse has mulieres, nullam tamen habuisse fidem resurrectionis Christi. Alio qui si resurrectionem credidissent, quemodo aromatis tentassent condire?

Et valde manè vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole, & dicebant ad inuicem: *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem.* Erat quippe magnus valde.

Math. 27.
Marc. 15.

Valde manè vna sabbatorum, prima scilicet die sabbati, hoc est, prima die post sabbatum, veniunt ad monumentum, orto iam sole potest hoc quoque intelligi, quando sol incipiebat lucem diffundere. Dum itaque itinere adhuc forent constitutæ recordantes sepulchrum clausum ac signatum magno aduoluto lapide, sciscitantur inter se, & dicebant ad inuicem: *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Venimus, inquit, vngere Dominum, & clausum est sepulchrum magno lapide, quem nos amoueri impotes sumus. Quid igitur faciemus? Num gratis huc venimus? Quare hoc domi non præcogitarunt? Quare amor nil sibi putat impossibile, non haesitat deliberans? Itaque quomodo amor difficultates occursum non præmeditatur, ita ipsæ domi constitutæ nihil eorum cogitauerunt, quæ illas commorari possent, vt frustra ad vngendum venirent, sed hoc tantum mentes tractabant, quomodo aromatis illum vngerent. Porro in itinere constitutæ tunc primum recolebant lapidem monumento aduolutum, quo non remoto, non potuissent ingredi sepulchrum. Et sic inter loquendum respicientes viderunt reuolutum lapidem. Angelus enim Domini descendens de caelo, & accedens reuoluit, hoc est, remouit lapidem de ostio monumenti, & sedebat super eum. Remouit autem, postquam Dominus resurrexerat, & clauso prodierat sepulchro, quo sepulchrum ostenderet vacuum, Christumque resurrexisse. Erat quippe magnus valde, quare non mirum fuit, vt inter se trepidantes interrogarent mulieres, quis nam tantum sibi deponeret lapidem. Quippe quarum vires non fuerunt tantæ, vt ipsæ amouere eundem præsumerent.*

Math. 28.

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt.

Luc. 24.

Et introeuntes in monumentum, hoc est, in speluncam seu domunculam, in qua sepulchrum Domini excisum erat in petra, viderunt iuuenem, id est, Angelum Domini qui specie iuuenili, vt pote magis accepta & gratiosa se-

se exhibuit, sedentem à dextris, hoc est, à dextra parte sepulchri; fausta enim erat & accepta nunciaturus, ideo merito in dextera sedet: coopertum stola candida, id est, alba & fulgida veste. Ita enim & Matthæus scribit: *Et erat aspectus eius sicut fulgur & vestimenta eius candida sicut nix.* Aspectum, inquit, habuit sicut fulgur. Euangelista alius dicit Angelum sedisse super lapidem? hic verò dicitur in dextera parte sedisse monumenti. Qui vult, potest dicere eundem fuisse Angelum, qui primo visus sit sedere super lapidem ad sepulchrum venientibus, & is, qui inuentus ab introeuntibus est sedere ad dexteram partem sepulchri. Augustinus propterea quod Maria apud Ioannem refertur duos Angelos vidisse, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi fuerat positum corpus Iesu, dicit tres fuisse Angelos, duos in sepulchro sedisse, vt Ioannes dicit, & tertium, vt Matthæus dicit, sedisse in domuncula sepulchri, aut super lapidem. Nec obstat, quod stetit dicuntur à Luca, quia stari potuit, vt primo quidem visus sint sedere, dehinc colloquendo mulieribus assurrexisset. Erat, inquit, aspectus eius sicut fulgur, vtpote vultum quasi igneum, lucidum, atque terrificum, id est, angelica maiestate grauem ostendens.

Qui dixit illis: Nolite expauescere, Iesum queritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus, vbi posuerunt eum.

Familiares est Angelis bonis, pauidos aut sua presentia terribus consolari, & illuminare, quemadmodum diabolo assuetum est, eos qui ex se terribi sunt, magis terrere, & obscuriores reddere, Iesum queritis Nazarenum crucifixum. Vos quidem eum quem vidistis in cruce pendente & mortuum, à cruce verò solutum hic sepeliri, queritis. Sed surrexit à morte, non est hic per presentiam humanitatis corporalem, qui per diuinitatem nusquam desit. Ecce locus vbi posuerunt eum. Venite, propius accedite, explore & cernite locum, in quem posuerunt eum, vt videntes illum vacuum, profusus certæ illum resurrexisset.

Sed ite dicite discipulis eius & Petro.

Deuotiores erant hæc scemina viris, ideo præ viris etiam meruerunt consolari, & Christi resurrectionem non solum ante alios videre, sed alijs etiam nunciare. Mittuntur autem ad Petrum singulari expressione nominatum, quo consolationem in sua penitentia ille reciperet. Quod nisi factum fuisset, inter Apostolos comparere ausus non fuisset. Videre igitur quomodo solitam pietatem suam Dominus Iesus non obliuiscitur. Sed quos diligit, in finem diligit eos. Nam ad eum qui grauius præ cæteris se offenderat, mittit præ cæteris ei suam resurrectionem nunciare, quo illius fiduciam vehementius excitaret.

Quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Hæc intelliguntur esse verba Christi, quæ deberet Maria Apostolis nunciare. Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis, quia de seipso non sonat, vt Christus mandaret, sicut dixit vobis, sed potius,

V.V. 4. sicut

VI

Matth. 28.

Ibidem.

Augustin.

Ioan. 20.

Matth. 28.

Lucæ 24.

Matth. 28.

Matth. 27.

Marc. 15.

Lucæ 23.

Ioan. 19.

Matth. 26.

Marc. 14.

Math. 24. sicut dixi vobis. Verum Mariam voluit quasi proprijs verbis vrentem se loqui. Ibi eum videbitis, sicut dixi vobis. Quaras fortasse, vbi illum vide-
 rint in Galilza. Respondendum, in monte Thabor, ibi se manifestavit om-
 nibus. Quam apparitionem putant quidam esse, de qua Apostolus loquitur
 1. Cor. 15. Paulus: Deinde visus est plus quam quingentis fratribus. Potuit enim fieri,
 vt tam multi breui hoc tempore adunati fuerint discipuli, qui in morte
 Christi dispersi, audita eius resurrectione, iterum se simul collegerunt, at-
 que se Apostolis coniunxerunt. Si quæris, vbi prædixerit Christus discipu-
 lis, quod præcedat illos in Galilziam: Dico quando exiturus ad montem
 Oliueti, monuit suos, quod omnes forent scandalum passuri in illa nocte,
 ait scriptum esse: *Per viam pasto'em, & d'spergentur oves gregis. Postquam ve-
 tem surrexero, prædadam vos in Galilziam.* Gaudeamus igitur nunc filij charissi-
 mi, & redemptori nostro gratulemur, quia vicit mortem, vicit diabolum,
 destruxit infernum, redemit captiuos, abstulit inimico nostræ damnationis
 chirographum: restituit nos Patri, faciens nos filios & hæredes celestis re-
 gni. Hæc ille omnia in passione operatus est, & in gloriosa sua resurrectio-
 ne triumphans perfecit. Sit itaque gaudium nostrum, quod in iunctam sibi
 à Patre obedientiam tam feliciter consummauit, de hoste triumphauit glo-
 rioso, atque nos non minus potenter, quam misericorditer, non vi impo-
 rando, sed doloribus & passionibus pro nobis soluendo, ab hostis manu er-
 ripuit. Huius igitur gratiæ & beneficij memores, posthac in nouitate vitæ
 ambulemus.

Charissimi, recolite semper posthac, quod in hac sacra Quadragesima po-
 nitur de peccatis vestris, ieiunastis: aut quicumque filij estis Dei, saltem
 voluntatem bonam ieiunandi habuistis, & si id licuisset præ valetudine, aut
 laborum grauatine, crebrius ieiunastis. Estis item peccata vestra con-
 fessi, sumpsistis Eucharistiæ Sacramentum, Domini corpus & sanguinem.
 Quamuis enim ex calice sub vini specie non sumpsistis Domini sanguinem,
 sumpsistis tamen cum eius corpore, quia non sumpsistis mortuum & ex-
 angue corpus, sed sumpsistis verum ac viuum eius corpus, id ipsum scilicet
 quod habet cum sanguine, cum anima, cum diuinitate, in quo tota est Tri-
 nitas concomitanter, quia nunc impossibile est vnum esse, vbi aliud de his
 iam dictis non comiteretur. Estis de inferno & potestate dæmonis liberati,
 illis Deo reconciliati, & filij eius facti. Nunquid iam in hac lætiori festiuitate,
 & diebus per annum sequentibus ad peccata, ad diaboli seruitutem, & ad
 vestri captiuitatem (ex qua liberati estis) vltro redibitis? Num ad voluta-
 tum luti tanquam sues redibitis? Nunquid sicut ad vomitum canes, reuer-
 tentini? Nunquid ad impudica cubilia? Nunquid ad ebrietates & compositio-
 nes? Nunquid ad blasphemias & iuramenta, ad fraudes & mendacia, & ad
 infernalium peccatorum vestrorum stipendia redibitis? Absit, absit. Laui-
 pedes vestros, an iterum inquinabitis eos? Minime? Filij charissimi, vrigi-
 tur in sinceritate, & in sanctimonia vitæ ambuletis, sint vobis omnia in
 mundo suspecta, maximè autem vestra, (quam toties estis experti) infirmi-
 tas, vestra inconstantia, vestra leuitas. Quare nullo credatis pacto vobis-
 ipsi, non credatis etiam vili hominum, qui non ad sanctiorem vos horra-
 tur vitam: fugite occasiones, fugite societates & hominum conuentus. Vi-
 uatis

Zecha. 13.
 Matth. 26.
 Marc. 16.
 2. Tim. 7.
 Oicq. 13.
 Apoc. 5.
 Psal. 27.
 Iacob. 1.

Roman. 2.

Galat. 4.

1. Pet. 2.

Rom. 11.

Rom. 6.

Galat. 1.

uatis sobrijs in domibus vestris, & latemini cum prolibus, cum vxore & familia vestra iuxta faciem sanctorum. Ibi colloquamini aliquid boni, quod in predicatione audistis, & eis legite (si scitis) aliquid ex libris non hereticorum, sed ex pio aliquo catholico & bono libro. Parcite impensis, vt non faciatis magnifica conuiuia, nec ad eadem inuitati faciliter eatis. Si placent tamen conuiuia aut recreationes humanæ, inuitetis homines egenos & peregrinos, pupillos & viduas, mœstos & afflictos, & eos qui non habent vt iterum vos inuitent, aut vnde vobis retribuunt. His omnibus faciatis consolationem, atque in Domino cum illis gaudeatis, instixuatisque omnem vitam vestram, ac familiam ad pietatem, ad sanctimoniam, ad Dei timorem, ad præceptorum eius obseruantiam, vt sic omnes in vobis homines ædificentur, videntes vos cum Christo resurrexisse. Vosque in tempore hoc legi cum in eius gratia, in eiusque viuatis amicitia, & tandem feliciores & quieti mortamini, adiuuante vos in omnibus Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM SOLENNITATE.

Triplex Pascha nostrum Christum nos consolatur triplici transitu.

Pascha nostrum immolatus est Christus, I. ad Corinth. V. Pascha non semper in sacra scriptura æquè, vniformiterque accipitur. Significat enim interdum festiuitatem ipsam, quam olim Iudæi celebrabant quotannis per septem dies ob memoriam egressionis suæ de terra Aegypti. Deinde significat agnum quoque, qui in eadem solennitate immolabatur comedendus, quomodo discipuli acceperunt, quando Christo dicebāt: *Vbi vni paremus tibi: Pascha, id est, agnum vt manduces?* Hoc modo in epistola hic quoque Paulus accipit, dicens: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Ac si diceret: Pascha quidem cuiusmodi fuerit apud Israelitas ac Iudæos, non ignoratis. Veruntamen Pascha illud fuit figura tantum Paschetis nostri. Et idcirco quid nostrum sit Pascha in veteri illo olim figuratum, vt sciatis, audite. Pascha nostrum immolatus est Christus. Hoc ipse Christus quoque subindicat, vbi discipulis suis ante biduum passionis suæ dicit: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur?* Scitis quia post biduum agnum iuxta legem manducabimus immolandum? Scitis Pascha futurum? Scitote tunc etiam agnum verum, qui in illo typico agno figurabatur, hoc est, me pro vobis immolandum. *Tradetur enim tunc filius hominis, & crucifigetur, hoc est, maerabitur & immolabitur in redemptionem, & in cibum hominum.* Dicit igitur Paulus: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Non est, inquit, nobis, & pro nobis immolatus agnus, vt iuxta legem immolabatur, nec sumus liberati à seruitute Aegypti & Pharaonis, sed est pro nobis verus agnus immolatus Iesus Christus Dei Filius, sumusque liberati à seruitute diaboli & peccatorum. Hic agnus quem nos comederemus, immolatus pro nobis est in ara crucis. Hic est agnus de quo Baptista Ioannes dicit, digito illum monstrans: *Eccce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Istius agni carnes quotidie offeruntur modo in Ecclesia, nō vt quotidie patiatur Christus, sed vt illius qui semel passus est, obtuletque semetipsum pro nobis, ea-

dem oblatio iteretur, hoc est, ante conspectum Dei Patris offeratur pro nobis quotidie. Neque enim alium nos offerimus Christum, nec alia est oblatio nostra, quam nos Deo pro peccatis nostris offerimus, quam eadem hanc quam ipse obtulit pro nobis, & in qua Pascha illud vetus cessauit. Nam ante, qui comederunt carnes agni legales, hoc faciebant in memoriam ac gratiarum actionem liberationis suae, ac transitus de terra Aegyptii in terram repromissionis. Qui vero carnes veri atque immaculati agni edunt, hoc modo faciunt in Christi commemorationem, hoc est, in rememorationem charitatis & beneficiorum eius: praecipue autem illius, quo per transitum Christi, id est, per passionem ac mortem eius, nos quoque transitus de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de vetustate vitiorum ad nouitatem gratiae, de seruitute peccati ad libertatem spiritus. Pascha illud typicum quod nostrum figurabat Pascha, durabat septem diebus, nostrum vero durat per omne tempus vitae nostrae. Itaque Pascha nostrum immolatus est Christus. Agnus occisus & immolatus in sanctificationem nostram pro nobis est Christus Iesus.

Hunc agnum filij his diebus comeditis. Sed videte quemadmodum mouit vos, vt sui memoria, suaeque dilectionis imitatio semper maneat vobiscum. Nolite hoc obliuisci, quod ex sola charitate, non ex debito, non pro suo commodo, sed pro vestra salute, gratis propter vos passus & mortuus est. Pascha igitur vestrum, quo epulemini, quo gaudeatis, immolatus est Christus. Secundo vobis aduertendum est, quod Pascha transitus dicitur. Hoc modo Christus est Pascha nostrum, hoc est, transitus noster, quia ipse est virtus nostra & causa, vt per ipsum transeamus securi, vbi alioqui haudquaquam essemus securi. Est autem triplex huiuscemodi transitus, quorum nullum absque singulari adiutorio gratiae diuinae possumus peragere. Primus est transitus a culpa ad gratiam. In hoc tria occurrunt, quae nobis motum generant pariter & difficultatem. Primum est, quod per se non potest homo transire, scilicet a culpa ad gratiam. *Sine me, inquit, nihil potest fieri, quanto minus eius gratiam, aut amicitiam obtinere?* Verum consolatur eduerso, quod alibi dicit de ingressu diuinitum in regnum caelorum. Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum. Nempe apud illum omnia possible sunt, & non est ei impossibile omne verbum. Exultius igitur ope possumus, quod alioqui non possemus. Sic enim dicit Ecclesiasticus: *Considera opera Dei, quod nemo potest corrigere, quem ille despicit.* Magnum namque chaos firmatum est inter statum culpae, & statum gratiae, quod solus Deus dissoluere potest. Ideo in Esaia dicit: *Ego sum qui a caelo inquitur et stans propter me.* Tanto autem a se distant intervallo status gratiae & culpae, quanto caelum distat a terra. Siquidem status culpae, seu irae Dei, in quo uiuit peccator, est porta inferni. Status vero gratiae est porta regni caelestis. Vide iam quantum distent, nempe tantum, quantum infernus scilicet a regno caelorum. Non fit ergo transitus a culpa ad gratiam, nisi diuina virtute. Quomodo enim nulla creatura seipsam potest creare, ita nulla quoque potest seipsam recreare, aut a spiritali morte resuscitare. Secundo difficultas est, quia nisi transeat, perire illum necesse est, cum sit in manibus hostium. *Quis enim amat periculum, peribit in illo, sapiens autem fugiet.* Tertia est difficultas, quod

1. Petri 3.

Transitus triplex.

A culpa ad gratiam transitus secundum quod nam sunt difficultates. Ioan. 15.

Luca 7.

Eccl. 7.

Luca 16.

Isaia 43.

Isaia 2.

quod illi
Diuina
habet.
quod int
cum obe
bet. Itac
stem iu
otiam tu
theribi
ueniam
tempore
in facien
faciat li
quod Ap
molatur
neus pro
vt illum
omni, q
debeant
suum p
entim est
liu in ca
ere, de
gret. Qu
deria ill
urrunt.
tes, lab
strum in
est, tran
que amo
uam, q
mitatis
Tertius
is. Nor
Primum
amore o
sue redi
ritum. T
dem sum
ritate co
stabitur
charitate
re Domi
vna de
ceptum,
si dicit

VI

quod illum ad quem & cuius ope debet transire, fecit homo sibi inimicum. Divinam enim iustitiam offendit omnis peccator, & hanc sibi contrariam habet. Est tamen interim transire ad eius gratiam volenti hæc consolatio, quod iustitiæ misericordia Domini coniuncta est, quæ in hac vita principatum obtinet, quemadmodum iustitia post hanc vitam iudicium suum habet. Itaque Domini misericordia hic reos ac transire volentes absolvit, ibi autem iustitia sistit reos, & digna illis retribuit. Verum de hac Dei iustitia etiam nunc nobis imminente Psalmus ait: *Nisi conversi fueritis, gladium suum* Gal. 7. *erigebit, arcum suum tendit, & paravit illum. Et in eo paravit vasa mortis &c.* Præsumamus igitur faciem Domini oportet, eius quaerendo misericordiam in tempore opportuno, quo hostibus nos à tergo insequentibus, & mari nobis in faciem occurrente Domini misericordia mare dividat, nosque transire faciat liberos hostibus in mari submersis. De hoc transitu intelligimus, quod Apostolus dicit, Pascha nostrum, id est, transitum nostrum esse immolatum Christum. Verè enim immolatus est, verè in cruce ut serpens æneus pro nobis suspensus est, ut illum intueamur, ut intuentes sanemur, & ut illum manducantes, eidem incorporemur. In huius enim intuitu discimus, quo transire debeamus, quomodo ve ei assimilari, ac conformari debeamus transeuntes. Secundus transitus est de vitijs ad virtutes per desiderium penitentiae. Huic transitui quoque non desunt difficultates. Quis enim est qui dignos faciat fructus penitentiae? Quis ita penitet, ut Angelus in celo se se gaudium faciat? Quanta item est difficultas assuetis desuetere, delicata sibi subtrahere, amara deserere, & interdum licita sibi negare? Quanta item molestia est carnem affligere, peccata mortificare, desideria illicita persequi? In omnibus itaque quæ in hoc nobis transitu occurrunt, puta quo à vitijs transeamus ad virtutes, occurrunt difficultates, labores, timores, scrupuli, caligines, errores. Sed aspiciate agnum nostrum immaculatum, quomodo ille transierit. Pascha enim nostrum, id est, transitus, cuius amore nos transimus, & qui transire nos docet, cuiusque amore transire nos decet, immolatus est Christus. Inter immolandum autem, dum sicut agnus ducitur ad victimam, exemplum nobis dedit humilitatis, patientiæ ac obedientiæ, ut transeundo sequamur vestigia eius. Tertius transitus est à statu gratiæ ad statum gloriæ, per torrentem mortis. Non pauca sunt autem in hoc transitu, quæ formidanda occurrunt. Primum enim quod terret nos, est incertitudo salutis. Nescit enim homo an amore odiove dignus sit. Et sæpenumero fit, ut via videatur homini bona aut recta, iuxta sapientiam sententiam, cuius tamen novissima ducant ad infernum. Terret itaque quia incerti sumus nec securi de salute nostra. Securi quidem sumus per fidem, nos transituros: si tamen fidem hanc cum spe & charitate coniunxerimus. Nihilominus metuimus tamè. Quis enim est, qui gloriabitur se mundum habere cor? Quis est qui iactabit se habere fidem, spem, charitatemque certam? Neque enim vnum tantum, sed omnia necesse est implere Domini præcepta, omnem possidere virtutem, eum qui saluari cupit. Nã si vna deest homini virtus, nulla adest. Si vnum homo Dei præterierit præceptum, si legem in vno offenderit, factus est omnium reus. Eam ob rem, si deest charitas, non potest adeste fides, si deest fides, non potest adeste charitas.

Gal. 7.

Exod. 4.

1. Cor. 5.

Num. 21.

A vitijs ad virtutes. Math. 1. Lucæ 15.

Hiere. 17. 1. Petri 7.

A statu gratiæ ad statum gloriæ. Eccle. 9.

Prover. 11.

Jacob. 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. Cor. 13. *tas. Nam si fidem habuero vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Potest quidem fides in homine aliqua esse absque charitate: sed non potest fides esse saluans absq; charitate. Est enim in peccatore fides, sed mortua fides. Nam si in illo, qui introductus fuerat ad prandium regis, nuptiu filio suo facientis, non habente vestem nuptialem, fides non fuisset, ad prandium seu ad nuptias non intrasset. Per fidem introitus est in Ecclesiam. Habuit ergo fidem, sed mortuam, quia non habuit charitatem. Quor igitur hoc modo sunt alij, qui item credunt & contremiscunt, nō minus quam demones? qui tamen non magis saluantur, quam demones. Ergo non absque timore mors potest expectari, nisi superabundans Dei gratia hominem ne timeat, stabilierit. Est præterea difficultas alia non parum molesta. Nam qui in gratia quoque ad mortem venit, tamen consolari per spem potest seipsum, qua confidat in Deo, vt illius gratia protegente, in fine non seducatur, nec excidat à charitate, nequaquam tamen est certus. Occurrunt enim tentationes graues, concomitantur peccata & mala opera accusa: propria conscientia, expectatur purgatio acerbissima, quæ omnia præsertim quando instant, formidantur. Non est igitur hic quoque alia consolatio necia filij, quam quia Pascha nostrum immolatus est Christus. *Christus pro nobis mortuus est iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, victor autem spiritu.* In cruce namque factus est ipse nobis redemptio, quoniam eius passionem & mortem Patri offeramus oportet pro nobis. Nunquam enim tranquilli aut securi morimur nisi in fiducia bonitatis, & spe meritum ac passionis Christi moriamur. Postremo, hic aduertendum est, quod, vt supra dixi, Pascha vocatur hic agnus occisus, qui olim in lege prius fuit de grege segregatus, figurans Christum agnum mansuetissimum, qui pro nobis in die Parasceues Patri suo fuit pro nobis immolatus, quem vos etiam sacramentaliter sub specie panis comedistis. Ne enim in timore essetis magno, ipse se adeo exhibuit amicum, vt vobis seipsum in calicem traderet, & nihilominus sua vos morte liberaret. Omnem igitur superbiam, quem dixi, timorem exuere studeamus (si tamen semper bonæ voluntatis ad ipsum) propterea, quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Quum enim hoc recolimus filij, quod Christus pro nobis mortuus est, duo nobis occurrunt: Vnum quod nobis materia est flendi alterum, quod est gaudendi occasio. Flendi materiam nobis præbent abundantissima peccata nostra, & ingratitude: propterea enim, quod peccata nostris induximus super pijsimo Domino Iesu tantas calamitates, pœnas, tristitias & dolores, quæ omnia sustinere illum oportuit, si nos charitate sua immensa redimere debebat, nōne flere inconsolabiliter debemus? Ipse patitur, & quicquid patitur, propter nos patitur. Num & passionem eius iri debemus? Num iterum peccando pœnis eius insultabimus? An non conuertendo nos ad ipsum, nec eundem redamando charitatem eius participemus? Hoc minimè nos decet. Sed flebimus cum flente, sustinemus cum patiente, congemiscemus cum gemente, vt eius passio & dolor nobis quoque sit dolor, dolentes compatientesquæ passionem eius contuemur: quandoquidem scimus, ea quæcunque patitur, pro nobis illum pati.*

1. Cor. 13.

Iacob. 2.

1. Pet. 3.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Rom. 8.
In Pascha solennitate quam nobis præsent materiam flendi.

Roman. 8.


pati. Hoc modo studiose cogitemus immolationem Christi eiusque charitatem. Aliud est quod gaudendi est nobis quoque in passione Domini materia, & hoc bifariam. Si quidem autem ipsi gratulabimur seu congaudebimus patienti seu passio, aut nobis. Si ipsi grandis certe nobis gaudiorum occurrit & materia & occasio. Nam gratulemur ei oportet quod Ecclesiam quam sibi desponsauit, hanc precioso sanguine suo redemit, quod Patris impleuit obedientiam, quod mortem vicit, quod tristitia superauerit omnia, quod de diabolo ac morte triumphauit, ac tandem victoriosus sibi gloriam obtinuit. Si verò nobis ipsi gratulamur, exultabimus quidem, quod per eius passionem ab inferno redempti sumus, quod filij Dei ex filijs diaboli efficiamur, quod heredes efficiamur regni caelestis, quod ex potestate liberamur diaboli, & cunctis bonis per Christum implemur. Dixi igitur, tam gaudendi quam tristitiam nobis euenire ex meditatione passionis Christi materiam. Veruntamen quia tempus est tristandi, tempus quoque gaudendi, ea quae tristitia sunt, & ad fletum prouocant, in die Parasceues absoluiamus. Hodie quae gaudij sunt, ex Christi morte & resurrectione nobis euentura tractemus. Hoc namque modo rectè nos conformabimus Christo, vt in tristibus cum eodem simus tristes, & in laetis gaudentes. Vos charissimi, qui hoc sacro tempore non tam Pascha celebrastis, quam ipsi comedistis, puta agnum Paschalem, viuentem & verum Dominum nostrum Iesum Christum, idque sacramentaliter, quod ad eius corpus sub speciebus panis constitutum, id agite, vt quem deuoti suscepistis, non indignè rursus à vobis expellatis. Indignior autem nulla ex amici expulsio, quam ea qua amicus à se expellitur: amici verò hostis ad illius contumeliam, ad se quasi illius loco introducit, & quando fidem quam ad amicum quondam habuit quis, illiusque dona ab eodem recepta, ad illius conuertit hostem eiusque obsequium. Quod à nobis omnibus auertat Iesus Christus Dei Filius in aeternum benedictus, Amen.

PRO FERIA II. SOLENNITATIS PASCHAE

Paraphrasin in epistolam, & Exegetis in Euangelium
vna cum suo Sermone, require in Tomo secundo de festiuitatibus sanctorum.

DOMINICA IN OCTAUIS PASCHAE,

Epistola, I. Ioannis V.

 Mne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et haec est victoria qua vincit mundum, fides nostra. Quis autem est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam IESVS est Filius Dei. Hic est qui venit per aquam & sanguinem IESVS Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant

X X 3: in ter-

in terra, spiritus, aqua & sanguis. Et hi tres, unum sunt. Et tres sunt qui testi-
monium dant in celo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Et hi tres, unum
sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoni-
am hoc est testimonium Dei, quod maius est, quoniam testificatus est de Filio
suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Iacob. 1.
Galat. 1.

Mundus vir-
cere quid
sit

Apoc. 1.
2. Cor. 10.

1. Ioan. 3.

Iacob. 2:
Galat. 1.
Hebr. 11.

Ephes. 6.
1. Pet. 5.

Galat. 5.

Regeneratis ac nouæ Ecclesiæ filijs non inutiliter legebatur olim
hæc Epistola Ioannis, quæ docet in vera fide perseverantiam. Nam
hæc maximè testatur adoptionem filiorum Dei. Dicit igitur: Om-
ne quod natum est ex Deo per fidem, non eam quæ demonibus communis
est, qui credunt & contremiscunt, sed per eam eandem, quæ per dilectionem
operatur, vincit mundum, hoc est, vanitates impietatesque, & eam aduer-
sa quam prospera mundi. Non tamen hoc ita est intelligendum, vt quis
quis fidem habuerit, non possit peccare. Nihil enim aliud est vincere mun-
dum, quam non mortaliter peccare. Nam si peccat, iam non vincit mun-
dum, sed vincitur à mundo. Quod verò multi qui erant aliquando fide &
charitate Deo coniuncti atque ex Deo geniti superentur à mundo, mani-
festatur in Apocalypsi vbi manifestè dicitur: *Sed habeo aduersum te pauca, quia
charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto ut aqua vnde excedis.* Et Aposto-
lus ait: *Qui stat, videat ne cadat.* Ideo rectè intelligenda sunt hæc verba: Omne
quod natum est ex Deo, vincit mundum. Aut, *Qui natus est ex Deo, non pec-
cat, vt dicatur verum esse, vt quis quatenus est ex Deo natus, non peccat.*
Quamdiu enim in sua generatione persistit, non vincitur à mundo, nec pec-
cat. Verum si mutatur, aut si hanc deserit, peccat. Aut ait: *Qui natus est ex
Deo per æternam prædestinationem, non peccat, scilicet peccatum ad mor-
tem, id est, in quo moriatur. Vincitur tamen peccato ac mundo interdum
ad tempus. Quem tamen generatio Dei conseruat vt in peccato non mori-
atur, sed finem ac terminum vite suæ claudat in victoria mundi, sicut Fi-
lius Dei.* Et hæc est victoria nostra, qua mundum vincimus, fides nostra,
non ea quæ sine operibus mortua est, sed quæ per dilectionem operatur. De
qua scriptum est: *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam.* Hæc fi-
des (inquit) est victoria nostra. Quod Apostolus Paulus quoque insinuat,
Sumentes, inquit, suam fidem, in quo possit tela nequæ mi ignea extingueri. Et Pe-
trus ait: *Diabolus tanquam leorugiens in cunit quærès quem deuoret, cui fortes re-
sistite in fide.* Hanc fidem in vobis tenete, hoc credite, diaboli malitiam ni-
hil posse præualere, qui estis in Christo, Dei curam & continuam prote-
ctionem super vos esse Deum orantes vos exaudire, per fidem quoque inuo-
carum vobis adesse. Hæc est victoria qua mundum & diabolum per fidem
omnes vicerunt Sancti. Quis est autem qui vincit mundum cum suis vitijs
& concupiscentijs, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei. Qui enim hoc
non credit, non potest vincere mundum, imo non potest non vinci à mun-
do. Ergo nemo vincit, nisi qui credit in Dominum Iesum. Nec tamen dicitur,
quod omnes qui credunt, vincant, sed quod nemo vincit, nisi credat. Cu-
pienti igitur vincere fides necessaria est, licet sola necessaria nõ sit. Est enim
necessaria quoque spes & charitas, & obedientia mandatorum Dei, aut Io-

VI

eo illius humilitas penitentiae. Non est autem quod obijcias multos credere, nec ramentum mundum vincere. Nam sunt, inquis, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Dicendum non de omni fide, sed de ea quae vivit per charitatem, per eandemque operatur, Ioannē loqui Apostolum. Titum 2. Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. In aqua enim baptismatis seu regenerationis, & in effusione sui sanguinis, Iesus, id est, Saluator ad nos veniens, salutem nobis aduexit. Non in aqua venit tantum, ut erat baptismus Ioannis, corpus quidem ablucens, sed non dans remissionem peccatorum, sed venit in aqua & sanguine, aquas factu suū innocentissimae carnis virtutem regenerandi tribuens, idque in sacramento baptismi, quo pariter redemptionis suae virtutem ac passionis meritum nobis applicavit. Itaque venit Christus in aqua, qua peccato inquinatum ablueret. Venit in sanguine, quo redimeret solueretque captivos. Et Spiritus sanctus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas, verus homo, verusque Dei Filius, verē innocens, verus redemptor & saluator. Quando, inquis, Spiritus id sanctus testificatus est? Quando Christo baptizato descendit Spiritus sanctus corporali specie in ipsum. Quod Baptista quoque Ioannes indicat dicens: *Ille qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.* Tres enim sunt, qui Christo diuinitatis testimonium dant in caelo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Pater enim testimonium dedit, quando vox eius caelis apertis super Iesum baptizatum audita est, dicens: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Et in monte Thabor, dum glorificaretur coram tribus discipulis Iesus, vox similis Patris audita est. Porro Filius testatur, quando verbum testatur propriae diuinitati, & hoc tam operibus quam verbis. De operibus ipse loquitur dicens: *Hæc sunt, subaudi signa & miracula, quæ testimonium perhibent de me, quia fecit quæ nemo alius facere potuit.* Verbis testatur, quando dixit: *Ego & Pater vnum sumus.* Spiritus sanctus demum testatur Christi diuinitatem, quando scilicet in discipulos in die Penthecostes venit, eorum linguas & corda animavit ut testimonium perhiberent vniuerso mundo. Et hi tres, scilicet Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vnum sunt, non vnitate tantum naturæ, sed sunt etiam vnum testimonij conformitate. Et tres sunt qui testimonij humanitatis Christo dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis. Spiritus nempe quæ emisit Iesus moriens in cruce, testabatur Christum verum & non phantasticum hominem esse. Aqua vel lachrymarum, quam sumpsit super morte Lazari, vel super Hierusalem futuro excidio effudit, vel quæ de latere eius post mortē emanauit, hominē esse verū testatur. Sanguis denique cum dolore effusus id ipsam testatur. Et hi tres vnum sunt, id est, id ipsum concorditer testantur. Si testimonium hominum accipimus prophetarum de Christo nobis loquentium atque testantium, testimonium Dei maius est, id est, verius & excellentius, atque magis propterea credendum. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est hominum testimonio, quoniam Deus Pater testificatus est de Filio suo, hoc est, testatus est Iesum esse Filium suum. Qui credit in Filium Dei, testimonium Dei Patris, id est, fructum testificationis eius habet in se, ut sit ex adoptione filiorum vnus.

Titum 2.
Actor. 12.
Lucæ 3. Ioan. 1.
Matth. 2. Matth. 17. Marc. 19. Lucæ 9.
Ioan. 10.
Ibidem. Actor. 2.
Matth. 27.
Ioan. 11. Lucæ 19.
Ioan. 19. Lucæ 21.



Porro, qui non credit, in Filium, vt Filius sit Dei Iesus, sua incredulitate mendacem facit (quantum ex se est) Patre. Sequitur enim vt si Pater mendacio attestatur perhibens testimonium Iesu, quod Dei sit Filius, Pater ipse mendax efficitur. Atque ideo non credit in Filium, mendacem facit Patre (quem falsitatem putat testari) non credens testimonio, quod testificatus est Deus Pater de Filio suo. Et hoc est testimonium quod nos perhibemus Apostoli de Dei Filio, quoniam vitam aeternam dedit nobis Deus per ipsum. Quae vita aeterna est in Filio eius, hoc est, in cognitione, visione, & fruitione Filij eius. Itaque qui habet Filium per fidem & charitatem, habet quoque vitam, quando quidem haec est vita aeterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misit Iesum Christum. Qui non habet Filium per fidem & dilectionem, non habet vitam quae a morte seruat, & cum Christo in sua immortalitate viuere facit.

EXEGESIS EUANGELII DOMINICAE
in octauis Pasche. Ioannis XX.

Math. 12.

Cum immortalis adhuc corpore Dominus noster Iesus Christus suis adesset discipulis, consolatus est eos, atque in illis nos, dicens: *Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo ibi in uadit eorum sum.* Hoc hodie, vt alias semper inuisibiliter, in specie visibili demonstrauit. Siquidem Apostolis congregatis haud dubium in nomine Domini, adfuit Iesus in medio, dicens: *Pax vobis.* Adeo autem constat semper firmè ac indubitato seruari suam promissionem Deum, vt patres nostri preces generales, Litanias & processiones instituerent multas, non aliam ob rem, nisi vt orantium simul multorum colligatur consensus, & quod fortasse vni (sunt enim multa quae singulares impediunt, ne exaudiantur orationes) negaretur, non possit negari multitudini. In multitudine namque non desperandum est esse multos, qui Dei sunt amici, & qui orantes repellam non merentur. Accedit quod vbi multitudo est adunata, persona figuratur Ecclesiae, quae in rebus licitis, & salutaribus non potest non exaudiri. Quamobrem dicunt eruditi viri, in processibus, (tamen singularium hominum deuotio id non meretur) generalibus, vbi pro re precanda aut deprecanda multorum in vnum eorum consensus, celeritatem Deum apud fieri exauditionem. Nam multitudo in re licita consentanea exaudiri meretur, tamen separatim in illa paucissimi sunt qui merentur exaudiri. Pari modo & multo magis electi Domini discipuli adunati meruerunt à Domino visitari & consolari consolatione, quam praecipue nobis optat Deus, vt sit nobis pax. Hoc autem tunc factum est, cum de eius resurrectione tractarent Apostoli, & Cleopha ac eius socij audiret narrationem. Stetit Iesus in medio eorum dicens: Pax vobis. Itaque vt dicit Ioannes Euangelista.

Ioan. 10.

Litanias cum instituta sunt

Luc. 14.

Egod. 16.

Cum sero esset die illo vna sabbatorum, & fores essent clausae vbi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum. In hoc Euangelio Christi apparitiones narratur duae: quarum altera in die Paschae sero ingruente nocte facta est, altera post octo dies, hoc scilicet die. Cum enim sero esset vna sabbatorum, inter Paschalem solemnitatem quae per vnam hebdomadam durabat, cuius dies singuli erant festi, & sabbata

VI
I

bata dicebantur. Vna igitur sabbatorum, hoc est, altera die post magnum sabbatum, quod infra illam hebdomadam occurrebat, solennius propter hebdomadam Paschalem, reliquis sabbatis que singulis hebdomadibus occurrunt per integrum annum. Vna igitur sabbatorum, hoc est, die Dominica, qua Dominus surrexerat, cum sero factum esset, & duo ex Emaus Luc. 24. discipuli rediissent, inuenissentque vndecim simul hic congregatos, narrantes quod Dominus surrexisset verè, apparuissetque Simoni, narrantes ipsi quoque quo modo sibi in specie peregrini apparuisset Dominus, & quomodo eum in fractione cognouissent panis: tunc subito stetit Iesus in medio eorum, qui fuerat clausis ianuis ingressus, & dicit eis: Pax vobis. Hoc enim idem Evangelium quod Ioannes hic scribit, Lucas quoque refert, & lectum est feria tertia proxima superiori. Verùm cum Lucas dicat congregatos vndecim, Iudas verò tunc abierit in locum suum, suspensusque creparet medius, quomodo fuerunt Apostolorum vndecim (demptis alijs extra numerum Apostolorum presentibus, scilicet Cleopha & socio eius, & pluribus vt creditur alijs) quando Ioannes Thomam hic narrat defuisse? (Qui si defuit tunc, remanserunt tantum decem Apostoli. Dicendum Thomam quidem adfuisse inter vndecim vnum, quando Cleophas cum socio ex Emaus redierunt, & narrauerunt quæ sibi acciderant. Quibus tamen Thomas non credens, nec alijs decem Apostolis de Simone narrantibus, exiit, antequam Christus illis appareret. Aut fortasse melius dicitur, quod Lucas dicendo vndecim, collegium voluit aut congregationem nominare Apostolorum, quod nomen collegij aut vniversalitatis nihilominus illis erat, tametsi vnus aut alter abesset. Sicut apud Canonicos dicitur Capitulum congregatum: & apud monachos conuentus, & in Academijs Vniuersitas, tametsi aliqui defint. Hoc modo Apostoli vocabantur vndecim, non quod ita exactè fuerint tunc numerati, sed quia collegium eorum constabat ex vndecim. Vult igitur dicere totum collegium simul fuisse Apostolorum, cum dicit vndecim, quamuis aliquis defuerit, quia maior pars sibi nominis vendicat integritatè. Cum itaque sero factum esset vna sabbatorum, & fores, scilicet domus essent clausæ in qua erant discipuli congregati propter metum Iudæorum. Metuebant discipuli, nondum confortati ex alto, eos, qui corpus poterant occidere, ideo clausos & absconditos, quantum poterant, se seruabant. Mar. 10.

Venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

Stans Iesus in medio discipulorum, qui Dei mediator est & hominum, tanquam Magister, Pater, & Dominus omnium. Non autem immemor suorum est verborum, quibus Apostolis mandauerat: *In quam ungue domini intraueris, primum dicit: Pax huic domui.* Hoc modo ipse quoque vt facilius agnosceretur pacem illis optat. Voluit pariter illos suorum esse memores verborum, quæ illis dum ad passionem esset iturus, dixit: Nempe, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Sicut igitur abiens pacem eis commiserat, pacemque dederat, ita rediens, loqui mox vt est exorsus, pacem eis optat. Est enim reuera pax bonum non mediocre Christianis omnibus appetendum. *Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Atque ideo Augustinus in Tim. 2. Luc. 10. Ioan. 14. Matth. 5. Augustin.

Y Y libro

Pacis bonum
quàm sit
magnum
quid.

Pax triplex.

Luc 16.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

Math. 10.

Leuit. 19.

Ex. 3.
Augustin.

libro de ciuitate Dei, dicit: Tantum est pacis bonum, vt etiam in terrenis rebus atque corporalibus nihil gratius soleat audiri, nihilo desiderabilius concupisci, nil melius inueniri, nil melius possideri. Cur bellum à bonis geritur, nisi vt pax habeatur? Hinc bestia syluas repetunt, hinc volucres, ad aëra ad se sustollunt, pisces ad profunda maris se demergunt, reptilia in visceribus terræ se abscondunt, vt pacem habeant, Est autem quantum hinc dicere sufficit, in hac vita pax triplex, scilicet temporis, pectoris & æternitatis. Temporis, pax est, nullam sentire persecutionem, nullam molestiam, nullam perturbationem, & in omni tranquillitate constitui. Sic pacem habere in hac vita non bonum est signum. Timendum est enim haberi, vt aliquando mereatur audire, quod diues audiuit epulo: *Fili recepisti bonam vitam tuam.* Hanc pacem Christus suis hic non solet dare amicis, nec ipse eam in hac vita habuit: Propterea enim dixit: *In mundo pressuram habebitis, si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Et cum Apostolis in vltimo dixisset sermone: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis,* mox subiunxit: *Non quomodo mundus dat ego do vobis,* Mundus enim temporalem optat & promittit pacem, hanc Christus non promittit. *Non veni* inquit, *pacem mittere, sed gladium.* Non igitur hac pace nos Christus salutat, vt quietem à tribulatione & molestia habeamus, sed vt tribulationem & molestiam in quiete pectoris, in pacis cordis & animi tranquillitate sustineamus. Vult enim vt in omni perturbatione externa internam tranquillitatem & pacem cordis possideamus. Tertia est pax æternitatis. De hoc scriptum est: *Dabo pacem in cordibus vestris,* id est, in singulis viribus atque potentijs animæ. Dormietis, in iugi fructificatione summi & perfectissimi boni, & non erit qui exterreat. Itemque: *Sedabit populus meus in pulchritudine pacis & requie opulenta.* De hac pace Augustinus: *Quis inquit non desideret hanc pacem, vbi amicus non exit, inimicus non intrat? nullus tentator, nullus ibi est seditiosus nullus fatigans? Hæc pax ciuitatis est caelestis Hierusalem.*

Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gaudii sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis:

Luc 24.

Luc 23.

Ioan. 16.

Luc 24.

Refert Lucas Dominum dixisse antequam ostenderet eis loca clauorum in manibus: *Pax vobis: ego sum, nolite timere.* Conterriti enim fuerant & conturbati, existimantes se spiritum videre, spiritum scilicet Iesu, quem in cruce emittens Patri commendauerat. Hunc putabāt sibi apparere in specie aliqua corporali assumpta. Verum, dicit quis. Quomodo fuerunt conterriti, cum dicat Ioannes paulo post in hodierno Euangelio: *Gaudii sunt discipuli viso Domino?* Dicendum, ad apparitionem Christi subitam fuerunt conterriti, sed vbi eis ostendit manus & pedes, cicatrice scilicet vulnerum suorum gaudii sunt vehementer. Et quamuis dicat Lucas: *Illis autem non credentibus, sed præ gaudio mirantibus, videatur quod mirum quomodo non credentes gaudere potuerint, dicendum, id simul stare potuisse, vt ad præsentiam Domini gaudii fuerint valde, nihilominus tamen non perfecte crediderint, sed timuerint, ne fortasse Dominus non esset, qui appareret. Opabitur maxime veram esse Christi resurrectionem, & verum suum magistrum, qui appareret.*

parebat, & ideo præ magno gaudio in hac spe veritatis simul timebant: ne vane gauderent, aut ante tēpus frustra exultarent, puta ne aliqua specie fortasse fallerentur. Sed obstat quod Petro semel apparuit, qui habitare amodo non potuit. Ad quod dicendū, Petrus, etsi crederet, subito tamen, quia sero erat, & in colloctioni mutua erant Apostoli occupati, foresq; clausas, potuit in principio obstupefcere, videns foribus clausis apparitionem fieri, de qua non suspicabatur. Potest etiam dici maiore partem Apostolorum exterritam, puta non plane credentes, licet aliqui timuerint præ desiderio Christi, non esse solidum suum gaudium, sed falli (quod nolebant) se posse. Verū itaque est eos primo exterritos, eosq; mox gausos, & imperfectè adhuc credentes timuisse ne Dñs non esset. Gaudij igitur magnitudo causa fuit timendi. Sic nobis quotidie contingit, vt ad quod maximè gaudemus & quod maximè optamus metuimus ne aut non fit, aut non eueniat, aut ne fallamur.

Illis autem sic constitutis, dicit eis iterum: Pax vobis. Et secundum Lucam. Quid timidi estis, & cogitationes scilicet timidæ, ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpare & videre, quia spiritus carnem & ossa non habet. Deinde ostendit eis manus & pedes. At vt procul omnis abesset suspicio, ambiguitas & timor. Habetis, inquit, aliquid quod manducetur, nullū signum indiciumve prætermittens, quo probaret se verum corpus habere, quod in cruce fuisset vulneratū, quod palpari posset ac tangi, licet posset & non tãgi, quod viueret & comederet. Quapropter plenissimè resurrectionis suæ volens ostendere veritatē. Habetis, inquit, aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis asii, & fauam mellis. Et cum manducasset coram eis verò & non fide, ad ostendendam naturæ veritatem, non quod post resurrectionem necessarius foret ciborum usus. (Nec enim propterea dicitur commestio, quod cōuertat cibum in comedentem. Hæc enim non est commestio, sed effectus commestionis. Absq; enim hac conuersione seu incorporatione cibi in comedentem, dicitur vera commestio, quæ post resurrectionem fuit in Christo. Cibum enim quæ comedit, conuertit in spirituales, id est, in æream materiam, seu vaporem.) Tunc aperuit illis sensum, inquit Lucas, vt inteligerent scripturas. Porro Ioannes. Cum iterum dixisset Christus: Pax vobis, adiungit Christum adiecit: Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Sicut misit me, inquit, viuens Pater, & ego mitto vos. Ea charitate qua ego a Patre missus sum ad conuersionem mundi. (Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum daret vnigenitum, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam) mitto etiam vos ad prædicationem mundiq; conuersionem. Sicut me Pater misit ad persecutiones, ad pressuras & dolores sustinendos, ita mitto vos quoque ad eadem ferenda. Quæ bona ego recepi à mundo, eadem vobis relinquo. Non est discipulus super magistrū. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Hoc cum dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite Spiritum

Lucæ 24.

Christus quo modo post resurrectionem comedit.

Lucæ 24. Ioan. 10.

Ioan. 17.

Matth. 10.

Lucæ 6.

Ioan. 17.

Y Y 2 tum

tum sanctum, indicans prædicationis officium quod commiserat illis ab- que Spiritus sancti gratia dignè neminem posse exequi. Non sunt tamen pu- tandi Apostoli Spiritum sanctum ante non habuisse, sed credendum Spi- ritum sanctum quem ante habuerunt, nunc copiosius, hoc est, cum portio- bus pluribusque donis receperunt. Siquidem iam insufflando Christus de- dit eis quoque potestatem ligandi atque soluendi. Porro in dia Pentecostes iterum dans illis Spiritum sanctum, dona adhuc sua auxit copiosius, ut scilicet omnium linguis loquerentur, ut signa facerent, ut mortuos suscitarent, & ut nihil pro Christi subeundum amore formidarent. Quorum remisit- tis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis id est, retinenda iudica- ueritis, recenta sunt. Hoc etiam hodie sacerdotibus collatum est, si tamen iuxta leges Ecclesiæ, & iuxta merita demerita ve pœnitentium aut ligant aut soluant. Nam si suo moti arbitrio temere aliquid atque fieri debeat, facer- tentauerint idque scienter, grauius delinquent, audientque de se dici: Inter- fecerunt animas quæ non moriuntur, & uiuificabant animas quæ non ui- uunt. Videte quomodo suis hic Apostolis Christus auctoritatem præbet ani- mas soluendi atque ligandi, quomodo rex aliquis terrenus præfectis suis potestatem dat, eos qui rei sunt in carcerem ponendi, indeque educendi iux- ta subditorum merita.

Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij di- scipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Numerum recenset Apostolorum eo modo, quo tunc erat, antequam Do- minus iuit ad patendum: tunc enim duodenarius erat. Propterea enim di- cit: Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Dydimus (quod dubium aut geminum esse uolunt) non erat cum eis, quando uenit Iesus. Auditis- nim Cleopha ac socio eius, mox discesserat. Quod absque diuina non est factum dispensatione, ut per hoc daretur occasio, quo resurrectionis sue ue- ritas euidentius probaretur. Sed dicit quis: Vbi igitur Spiritum sanctum & potestatem ligandi & soluendi Thomas accepit, si absens fuit? Dicendum, post octo dies fuisse hoc à Domino suppletum in eo, quod alij acceperant A- postoli. Dixerunt ergo illi alij discipuli, scilicet reuertenti: Vidimus Do- minum. Ille autem non solum non credens, sed rem etiam impossibilem as- sumens dixit: Nisi uidero in manibus eius fixuras clauorum, & mittam di- gitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Hæc uidetur dixisse, propterea quod ab Apostolis audierit, Christum tenuisse fixuras & cicatrices uulnerum. Haudquaquam Aposto- lus ille spernendus est, propterea quod præ cæteris Apostolis ad credendum tardior fuerit. Multo enim magis profuit nobis illius ad credendum tardi- tas, quam Magdalene uelocitas. Ipse enim egit, ut multa, in quibus nos po- tuiffimus dubitare, ambiguitates elucidarentur nobis. Quamobrem non ex

Apost.

Ezech. 11.

Gregor.

ex du-

duricia aut fidei modicitate hoc illi accidit, sed vt dixi, per dispensationem. Ioan. i. 10.
 Nam cum Dominus Hierusalem redire vellet, vbi paulo ante illum lapida-
 re voluerant dicens: *Eamus in Iudaeam iterum*, dixisse ille solus legitur, Ioan. ii.
 iterum pro ceteris: *Eamus & nos, & moriamur cum illo*. Quod reuera verbum non
 parum fidei ac deuotionis fuit.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Tho-
 mas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, &
 dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tu-
 um huc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte
 in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit
 Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei
 Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non vide-
 runt, & crediderunt.

Et post dies octo, id est, octauo die, iterum erant discipuli eius intus, &
 Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum,
 & dicit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomae (propter hunc enim solum ne
 illum amitteret, venit.) Infer digitum tuum huc, scilicet in locum clauo-
 rum, & vide manus meas clavis perforatas: & adfer manum tuam, ponens
 in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Quasi dicat. Quia dixisti.
 Nisi mea vulnera tangeres, te non crediturum. Vide quid quantumque fa-
 cit Dominus clementissimus Saluator noster pro vna anima, quam saluet.
 Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus, scilicet tu es.
 Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Vidisti hominem & cre-
 didisti Deum. Beati qui non viderunt & crediderunt. In hoc posteriorum
 fides commendatur, qui non viderunt Christum in carne, sed ex aliorum
 predicatione cognouerunt.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipu-
 lorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec au-
 tem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei,
 & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Non omnia Ioannes quae egit Dominus Iesus signa aut miracula scripsisse
 se fatetur, aut alios Euangelistas. Multa enim plura, quam scripta sunt, acta
 sunt. Vbi & hoc est aduertendum, si signa & mira Christi opera non om-
 nia scripta sunt, quanto minus scripta sunt eius omnia verba eruditioria?
 quae certe mensuram excederent voluminis, si eadem scripta omnia forent.
 Haec autem, inquit, scripta sunt, hoc est, tot scripta sunt, quot sufficerent ad
 probandum Dominum Iesum verum esse Christum & Dei Filium, & ad fi-
 dei opus esset roboracionem, vt credatis, quia Iesus est Filius Dei. Et vt cre-
 dentes vitam habeatis, scilicet aeternam, quae sola vera est vita, in nomine
 eius. Quod ipse nobis largiatur Iesus Christus in secula benedictus, Amen. Augustin.

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dicit eis: **Pax vobis.** Ioannis XX. Solent homines cognosci à nobis ex voce, vbi etiam non videntur cum quibus aliquanto tempore viximus. Proinde cum Petrus de manibus Herodis per Angelum ex carcere ereptus, & nocte ad ianuam pulsaret domus Maris matris Ioannis, qui dicebatur Marcus, vbi multi erant discipuli congregati, puella quaedam nomine Rhode, ad videndum quis pulsaret, processit. Quæ Petri voce audita, ilico eum vt agnouit præ gaudio recurrit ad eos qui intus erant, ante nunciauit Petri præsentiam, quam aperire. Nouit itaque ex voce quem oculis nondum viderat. Hoc modo Christus cito ex voce à suis agnosceretur, voce vsus est solita. Nam ingrediens mundum, pacem fecit per Angelos nunciari his, qui bonæ sunt voluntatis. Evangelizans per mundum pacem annunciauit. Per Apostolos denique quantumque intrarent domum, iussit habitatoribus offerri optarique pacem. Mundum tandem egrediens Apostolis reliquit tanquam sui memoriam pacem, dicens hoc esse signum, quo ab omnibus agnoscerentur discipuli, si dilectionem, quam pax generat, & rursum ex eadem generatur, habuerint à inuicem. Nouissimè autem rediens, quo ipse certius agnosceretur esse, qui per passionem & mortem eos reliquerat, illos salutans, Pax, inquit, vobis. Est autem pax multiplex, nec omnis pax est bona. Est enim primo pax quædam inordinata, cum obedire qui debet imperare: sicut vbi Dominus obedit seruo, maritus vxori, ratio sensualitati, spiritus carni. Sic Adam obediuit Euz. Propterea audiuit à Domino: *Quia obedisti voci vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo.* Quapropter rectè Apostolus dicit: *Si secundum carnem vixeritis, hoc est, si caro vobis imperauerit, & vos carnis obedieritis desiderij, moriemini.* Est pax alia simulata, quam habent qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Huiusmodi pacem Iudas coluit erga Christum, & Ioab ad Amasam. Tertia est pax quæ est concordia malorum & peccantium consensus. Veruntamen nulla harum trium, verè loquendo, est pax. Pax enim omnium appetituum est consensus in bono atque concordia. Vbiunque igitur est pax, ibi est concordia, at non e converso. Inter malos enim concordia esse potest, sed haudquaquam pax. Sola enim pax est diligentibus legem tuam, Domine. Et non est pax impijs dicit Dominus. Concordia nominat tam in bono, quam in malo consensus, ideo concordia bonorum vti est bona, ita malorum est perniciofa. Duo igitur si consentiant, concordantes sunt. Vide autem in quo consentiant. In malo, inquis. Ergo neciter habet pacem, licet concordiam, vt dixi, habeant in malo. Porro inter bonos & malos nulla est concordia, nec vtriusque pax. Bonis enim pax esse potest, malis verò esse non potest, nisi boni fiant. Est ergo vera pax omnium appetituum consensus. Habes in te multos appetitus, si omnes in iustitiæ ac virtuti consentiant, habes pacem in te. Si vnus fuerit appetitus in te, qui à virtute dissentiat, non est pax in te. Vide igitur quam inique

Actoz. 11.

Lucz. 1.

Ioan. 14.

Math. 10.

Lucz. 10.

Ioan. 13.

Pax multiplex.

Genz. 3.

Rom. 8.

Psal. 27.

Math. 26.

Marc. 14.

2. Reg. 10.

Pax quid sit.

Psal. 119.

Esaie 41.

Iurmentur bonos iniqui, vbi simul in congregatione viuunt. Iniquis enim boni debent non consentire in malo: ideo non est quo ad hanc partem inter eos concordia. Si iam conquerantur se non posse habere cum cohabitatoribus concordiam, nihil mirum. Num malis consentiendum est in malo? Ipsi potius bonis consentiant, & erit concordia. Quod verò mali clamant, vt solent, sibi nullam esse pacem, dicendum: Nunquid malis propterea non est pax, quia cum bonis habitant? Amice, boni non auferunt tibi pacem, licet à te sanete discordent. Pacem tu ideo nō habes, quia malus es. Esto bonus, & habebis pacem, & erit tibi cum bonis concordia. Quando igitur tibi pacem deesse conquereris, te ipsum accusas, quod bonis non consentis, nec in te ipso consentis virtuti ac iustitiae. Nulla igitur culpa hic est bonorum. Haudquaquam enim in hoc, quod in te pax nulla est, ipsi tibi debent consentire, vt pacem habeas. Nam tuis illicitis boni non consentiunt, & à bono, si quod in te est, non dissident. Nam si in malo tibi consentirent, concordia posset fieri, quæ est malorum, non pax. Pax ergo solorum est bonorum. Possumus tamen dicere generalius de pace loquendo, cum tribus nobis pacem esse seruandam. Primo cum hominibus, quod admonet Apostolus, dicens: Quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Quare dicit, quantum in vobis est? quia non ex vno solo stat vt inter duos pax maneat. Tibi ipsi seruare potes pacem, adeo vt etiam proximi desiderijs malis aduersans, aut pro iustitia contendens, pacem intra te habeas neminem optans ex te lædi, neminem perturbari, tamen si vel Dei iniuriam vindices, aut tua tibi ablata iudicio repofcas. Nam tu in pace constitutus, iusta iuste agens, non læsisse pacem diceris, si alium sua perturbet iniquitas. Ita igitur iuberis cuncta agere, vt tu pacem habens etiam alijs eandem relinquant. Quod si aliena te iniquitas agere compellit quæ iusta sunt, licet alius propterea perturbetur, tu non illi, sed ipse sibi auferit pacem. Secundo, debemus seruare pacem nobiscum. Hoc in te fieri non potest esse, nisi continuo sis aduersarius privato amori & propriæ tuæ voluntati, & nisi sis consentiens iustitiæ & omni virtuti. Ad hanc pacem perfecta vitiorum mortificatio necessaria est ad hanc pacem, perfecta sui abnegatio atque resignatio in Dei perfectissimum beneplacitum est necessaria. Ad hanc Paulus hortatur vbi dicit: *Pacem sequimini, sine qua nemo videbit Deum.* Interrogas fortasse, quæ sint, quæ conducant, quæ promoueat aut generant hanc pacem. Primum est generale, habere propositum firmum, quo nolis peccare. Non enim est, inquit Psalmista, pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Peccatorum enim spiritus, quæ per penitentiam deletæ non sunt, pungunt & lacerant, nec pacem quietam conscientie sinunt. Secundum, quod pacem iuuat non vulgariter, est, vt quam primum in te senseris delictum, illud confitearis Domino, humilians te coram eodem, teque accusans ingratitude, ores illum tam pro venia delicti, quam pro gratia maiori, donec ad sacerdotem opportuno venias tempore, cui pariter delictum confitearis. Miram enim operatur pacem & consolationem Sacramentum hoc confessionis, conscientiam reuelans ac pacans. Nonne David humiliter dicens: Peccavi Domino, mox audire meruit: Transtulit quoque Dominus peccatum tuum? Tertium quæ tibi præceperit Deus cogitare semper, vt in lege Domini sic semper

Melius cur
 veram pacem
 non habeat.

Pax seruanda
 cum tribus.
 Rom. 12.

Hebr. 12.
 Sex quædam
 pacem perfectio
 generant.
 Psal. 7.

Reg. 12.

Y Y 4. volun-

Ecol. 1.
Eccle 7.
Luc 4.
Gregor.

Luc 21.

Exod. 14.
Augustin.

Ioan. 6.
Pacem vult
desiderans
quid facere
debeat.

Pro. 4.

Matth. 7.

Idioma dia-
bolicū quid
sit.

voluntas tua, & timens Deum nihil negligas. Quartum, ne animam tuam curis & rebus terrenis immoderate implices. Propterea Marthæ dicitur *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.* Gregorius quoque dicit: Quid laboriosius, quam terrenis desideriis insistere? quid quietius, quam nihil in hoc mundo appetere? Occupatio namque omnis temporalis distractio est cordis, & perturbatio mentis. Quintum est simplicitas mentis, ut aliena non inuestiges, non explores noua: imo adeo de illis te non intromittas, ut etiam ea, quæ tibi nihil ad salutem, nihilve ad pacem conducunt, nescire studeas. Curiositas namque sciendi noua seu aliena & alienæ vitæ inuestigatio nimium turbant. Sextum est patientia, seu in silentio mansuetudo. Qui enim integram optat pacem possidere, multa dissimulat, multa nesciat, multa tacens transeat, multa videns non videat, multa sciens non intelligat necesse est, quo minus turbetur, pacem quæ seruet ac tranquillitatem mentis. Nam qui omnia volunt excusare, de omnibus rationem reddere, ad singula respondere, sequæ defendere, non possunt diu in pace versari. Tu igitur in silentio, mansuetudine & patientia, posside animam tuam. **Committete Deo, & omnia excusationum negocia atque responsonum, quam diu tacere tibi & sustinere licet, eidem relinque:** quia Dominus tuus pugnabit pro te, & tu tacebis. Tercio pacem seruare debemus cum Deo per integram plenamque nostri subiectionem, per abyssalem nostri abnegationem, per resignationem & egressionem nostri perfectam. Hæc pax secundum Augustinum, est à voluntate Dei non diuidi, & in eis quæ solus Deus sunt, delectari. Vt igitur veram pacem pectoris, quam Christus nobis optat, in hac vita possideamus, videamus cuiusmodi habuerint conditiones Apostoli, quando Christus ad eos ianuis venit clausis, inde instructi nos illis quodam modo satagamus conformare. Primum est, quod fores erant clausæ domus, in qua residebant Apostoli. Quo significatur ianuas nostras, si nobis intus debeat annunciari pax, custodiri portis clausis debere. Quæ sunt portæ domus nostræ, in qua residet anima? Corpus nostrum domus est animæ. Sensus nostri sunt portæ domus. Per has enim perinde ac per portas domus ingreditur & egreditur, quicquid ab anima intus recipitur aut emittitur. Quicquid per sensus exteriores recipitur, hoc in interioribus sensibus imaginando, æstimando memorandoque versatur, & ex his ad affectiones aut auersiones cor inclinatur. Ex corde autem oriuntur proceduntque omnia tam bona quam mala. Propterea Sapiens dicit: *Omni custodia seruetur tuum.* Hoc est: Vide ut portæ omnes domus tuæ sint clausæ, atque contra hostes munitæ, ne quicquam te ingrediatur animæ tuæ inimicum. Inimicus enim noster diabolus, non aliter atque castrum nos obsidet. Ne igitur te ingredi possit, portas clausas tene. Si enim vides mulierem ad concupiscendam eam, facto diabolum intrasse per portam oculorum. Si carnalia, si detestatoria te delectat audire, per aures intrauit diabolus. Si impudice tangis, quicquam, diabolus per tactum intrauit. Si iuras, blasphemias aut maledictis, diabolus per os in te introit, & in lingua tua sedet per te loquens. **Idioma enim infernale ac diabolicum est blasphemare & maledicere.** Hoc enim **idiomate cuncti loquuntur damnati.** Quemadmodum in Dei regno ediuertuntur **omnes beati sui loquuntur idiomate, quod est laudare Deum, benedicere Deum,**

Deum,
expone
mate tu
nus h
dos, n
num o
ueri, c
fructu
ne cog
Propre
tu est a
tame
que et
frit te
subtra
Spiritu
sudent
ipsum
tam. N
hoc est
tione,
tempo
Quand
bono e
propri
solitud
Alioqu
tione n
debito.
te fru
memb
Apost
Teru
metum
à prop
tis, &
nos scr
am ad
Si non
ta veri
na effi
dam,
itaque
imper
cedant
teus su

rant tranquillitatem his maximè, qui in his rudimentis sunt ante imbuit Dominus igitur Iesus Christus filij charissimi, det nobis omnibus, conferuet, & indes augeat suam pacem. Qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA I. POST OCTAVAS PASCHAE.

Epistola, prima Beati Petri secundo.



Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum pareretur non comminabatur: tradebat autem iudicanti se ipsum. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccati mortui, iustitia vivamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

AD imitationem nos hortari cupiens Christi beatus Petrus Apollolus, ob oculos nostros eiusdem statuit passionem. Nihil enim adeo nos ad imitationem Christi extimulat, quam eius passionis contemplatio. Illuc igitur nos inuitat, quo fructum illius capiamus. Itaque dicit Christus passus est pro nobis, vel vt peccata nostra nobis auferret, quomodo Ioannes dicit, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:* Vel vt Deo nos Patri reconciliet. Cum enim adhuc inimici effemus, reconciliati sumus Deo per mortem eius: Vel vt gratia sua nos iustificet, ducens nos vt dux & legitur noster per vias iustitiae, quo ipse praecursor pro nobis introiit in aeternam haereditatem. Ideo sequitur, & dicit beatus Petrus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, & imitandi praemonstrans formam, iuxta quam sequamini vestigia eius. Cuiusmodi, inquis, reliquit nobis exemplum CHRISTVS? Nempe tribulationum, non deliciarum, contumeliarum, flagellorum, dolorum, opprobriorum, spinarum, crucis, vulnerum ac mortis. Exemplum nobis reliquit humilitatis, patientiae, mansuetudinis, vt sequamur vestigia eius per viam, qua praecessit nos. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare. *Qui peccatum non fecit.* Neque enim vt Deus peccare potuit, & homo ab exordio incarnationis suae tanta est confirmatus gratiarum plenitudine, vt nequè nulli subiacere posset peccato. Nec est inuentus dolus in ore eius. Quod a discipulorum suorum quoque testimonio probatum est, dicentium? *Magister, scimus quia veraces es & viam Veritatis doces.* Qui cum malediceretur à Iudeis, dicentibus illum daemone habere, & in principe daemoneum accipere daemona, potatorem esse vini & voracem, non maledicebat, sed pro malis bona, pro maledictione reddidit eruditionem & benedictionem. Siquidem in passione tanquam agnus coram tondeute se obmutuit.

Ioan. 1.
Rom. 5.
Eph. 1.
Hebr. 6.

Ioan. 1.

Math. 20.
Math. 21.
Luc. 11.
Math. 21.

Eph. 1.

Cum pareretur, non comminabatur occisoribus suis, quin potius pro eis ardentem ad Patrem orauit. Tradebat autem iudicanti se iniuncte. Siquidem ex timore humano Pilatus, quem innocentem sciebat, & saepius pronuncia-

uerat, i
quem i
se iudic
hominu
sum, qu
endum
morte n
retexol
quoque
peccatis
riantur
peccatu
dicit, qu
tunc in
quidem
mus. Il
luit. Ille
citur, pe
conuerti
fidem &
rum vest
estote su
iuxta al
dillime
ipsum of

E
Go
no
dib
suam ois
Neque er
dumitat
inueniet
ram, &
clandi, at
for bonu
zer ac so
flum, cu
solum ef
ere aut f
patoribu
stiuens i
Ego

VI

uerat, iniuste morti ad iudicauit. Iudæi quoque eum mortis iudicauerunt, atque inuis impo-
 ratis à Pilato, ut damnaretur, extorserunt. Tradebat autem
 se iudicanti iniuste, quia patienter tulit, nihil resistens, sed permittens in se
 hominum malitiam, crudelitatemque sentire. Tradidit præterea semetip-
 sum, quomodo scriptum est: Tradidit in mortem animam suam, ad obedi-
 endum placendumque Patri, qui propterea illum misit in mundum, ut sua
 morte mundum reconciliaret. Qui peccata nostra pertulit, quæ non rapue-
 rat exoluens, in corpore suo super lignum crucis extenso. Quomodo Esaias
 quoque prædixerat: *Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrarum*, ut nos
 peccatis mortui iustitiæ viuamus, id est, ut peccata nostra in nobis ita mo-
 riantur, ut ne vitia passionestque malæ quidem in nobis manifestentur, unde
 peccatum adhuc in nobis vitæ deprehendatur, sed serui inueniamur iu-
 ditiæ, quæ vitam suam in nobis manifestet. Ita que quoniam omnium por-
 tauerunt iniquitates, sicut ovis ad occisionem ductus, ideo pro nobis doluit. Et ipse
 quidem vulnerabatur propter peccata nostra: nos verò eius liuore sanati su-
 mus. Ille pro nobis peccatorum nostrorum poenas qui peccatum non fecit,
 luit. Ille soluit, nobis parcitur. Quia disciplina pacis nostræ, qua nobis par-
 citur, peccata tamen puniuntur super eum. Eratis autem aliquando ante
 conuersionem, sicut oves errantes, gradientes per abrupta vitiorum: sed per
 fidem & charitatem nunc conuersti estis ad pastorem & episcopum anima-
 rum vestrarum, Dominum puta Iesum, qui pascit animas & corpora nostra,
 esseque super nos vigilat, dum visitat nos. Quamobrem vocatur episcopus aut
 iuxta aliam literam visitator. Nam & in epistola ad Hebræos à Paulo re-
 ditissime vocatur sacerdos & pontifex, qui non hostias & munera, sed semetip-
 sum obtulit pro nobis Deo.

Luc. 22.
 Matth. 26.
 Marc. 14.
 Esai. 53.
 Ioan. 1.
 Esalm. 54.
 Esai. 53.
 Ibidem.
 Ibidem.
 Heb. 4. 5. & 8.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM
 Dominica, Ioannis X.

Ego sum pastor bonus. Verba sunt hæc Christi de seipso loquentis, & ad
 nostrum profectum se laudantis. Qui enim laudibus non eget, nec lau-
 dibus sit sublimior aut maior, seipsum turo laudare potest, quo nobis
 suam ostendat maiestatem atque perfectionem. Verum nobis hoc non licet.
 Neque enim Christi omnia sunt nobis imitanda, præsertim ea quæ illi ex
 diuinitate conueniunt. Aut enim præteritam suam vitam cogitat homo, &
 inueniet plangendi atque dolendi nimiam materiam, aut meditatur futu-
 ram, & inueniet causam timendi. Nusquam igitur causa est seipsum lau-
 dandi, aut alienis consentiendi laudibus. Dicit itaque Dominus: *Ego sum pa-
 stor bonus*. Occasionem ad hæc verba veniendi narrat Ioannes, quod ante di-
 xerat se ostium ouilis, & pastorem solum intrare in ouile ouium per o-
 stium, cuius est voluntas seruare oves. Nam si per ostium non intrat, mani-
 festum est eum esse non pastorem, sed furem: cuius est studium, non oves pas-
 cere aut fouere, nec ouium bonum querere, sed proprium. Deinde cunctis
 pastoribus seu prælatis & animarum rectoribus seipsum in exemplum con-
 stituens in hæc verba quæ proposui, sermonem continuans, ait:
 Ego sum pastor bonus.

Laudibus que
 nemo pro-
 priis conien-
 tite debeat.
 Ioan. 10.



Pastores
quosnam hic
nominet
Carthus.

In hoc Euangelio Dominus noster Iesus Christus docere nos vult, eum qui curam suscipit animarum pastorem esse debere, non mercenarium, non sua querere commoda, sed animarum sibi creditarum pastum, euectam, quietem, & incrementum, pro quibus periculis ac laboribus se exponere, in periculo oues non derelinquere, ne qua pereat ovis, ne infirmetur, ne aberret, ne denique seducatur, magna cura vigilare. Quod à nullo fieri pastore, nisi ab eo qui diligit oues, potest.

Ezech. 34.

Iam verò, si qui sunt qui pastoris habent officium, qui lac, lanam & reliqua quæ ex ouibus veniunt, commoda dumtaxat querunt, si oues iuxta Ezechielis sententiam non pascunt, sed semetipfos, si nullam curam impendunt gregi, & oues an pereant, an deuorentur, parvipendunt, hi non pastores, sed mercenarij sunt. Neque enim oues, sed ouium diligunt commoditates. Deinde subditos nominat Christus in hoc Euangelio oues, quia vult eos esse mites, innocentes, tractabiles, patientes, non se vindicantes, pastoris vocem per reuerentiam agnoscetes, eum audientes, sequentesque per obedientiam. Quare si rebelles, duri, litigiosi, inobedientes ac irruentes pastoribus fuerint, non oues certè, sed aut hædi, aut hirci, aut ceruæ lupi dicendi sunt, à sinistris in iudicio condemnandi. In exemplum igitur boni pastoris seipsum Dominus Iesus constituit, dicens: Ego sum pastor bonus. Quod autem boni sit pastoris indicium atque officium, mox adiungit.

Oues quomodo fidelis hic dicitur.

Matth. 25.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Charitatis
regula quæ
nam sit vera.

Animam suam, id est, vitam suam morti exponit pro spiritali saluè animarum sibi creditarum. Hæc enim regula est charitatis, vt quod vilis est, semper exponatur pro digniori. Quod enim melius, preciosius, atque dignius est, pluri habendum est, quam quod vilius est. Propterea, cum omnes pecudes simul viliores sint vita hominis, fatius est omnes bestias morti exponere, quam vnius vitam hominis. Iterum quia vnius anima salua præferenda est corporali vitæ multorum, ideo pastor suam debet potius vitam corporalem morti exponere, quam sinere vt anima aliqua pereat, si id potuerit cauere. Nemo enim, præsertim pastor, aut prælatus, aut pellem plus debet diligere, quam animam sui proximi, aut subditi.

Mercenarius
quis hic vo-
cetur.

Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues.

Mercenarius & qui non est pastor, id est, qui non pro amore diuino, sed pro temporali lucro oues pascit, vrpote cuius oues non sunt propriæ, sed operarius tantum est, laboris sui præcipuè mercedem querens, & ideo dilectionis affectum ad oues non habet: hic quomodo animam pro ouibus poneret, qui nollet pro his nummum expendere? Non est igitur pastor, sed mercenarius.

Verum diceret hic quis: Si oues significant animas gubernandi gregis Dominici, nullus erit pastor præter Christum, cuius oues sunt: propriæ, ergo omnes erunt mercenarij. Dicendam omnes bonos pastores eiusdem esse voluntatis, cum primo pastore pastorum, id est, cum Christo, quem plus amant quam seipfos: ideo etiam quæcunque diligunt, propter ipsam dili-

gunt, adeo ut quicquid ille amat, hoc ipsi diligunt propter ipsum quem in his diligunt, nec eadem aliter atque sua estimant, imo saepenumero plus quam sua diligunt. Hoc modo oves pastoribus bonis omnes sunt propriae. Mercenarius igitur a pastore distinguitur, quia pastor amat ovem, mercenarius vero mercedem. Mercenarius itaque videt lupum venientem, id est, Lupi qui hie dicantur. ni sine, siue haeretici, aut qui animas ad peccata seducunt, & eis male consulunt seu pervertunt: & dimitit oves & fugit. Fugit non locum mutando, Gregor. sed solatium, patrocinium atque defensionem non offerendo. Et lupus, diabolus, aut malus eius minister, rapit oves, id est, sibi subijcit. Tollit enim eas de possessione veri pastoris, & ab unitate gregis dispergit. Sed obijcitur Christum de ouibus dicere: *Non rapiet quisquam eas de manu mea.* Dicendum loan. 10. hoc Christum dicere de ouibus suis praedestinatis. Quas etsi ad tempus aliquod lupus rapiat, tamen, quia sunt verae oves, de faucibus illius tandem exiliunt, & ad ovile, hoc est, ad unitatem fidei ac charitatis reuertuntur. Itaque disperisionem ovium causa est, negligentia praelatorum. Quamobrem per Ezechielem Dominus loquitur: *Disperse sunt oves meae, eo quod non esset pastor.* Sapiens quoque ait: *Vbi non est gubernator, ibi corrumpit populum.* Ezech. 34. Prov. 11.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Causa, quare mercenarius gregem deserit, est, quia pastor non est, nec oves diligit. Si enim diligeret, non aliter eas quam quia Christi sunt oves in ipso, & propter ipsum diligeret, quo certe non iudicaret ad se nihil, sed multum, imo tantum pertinere de ouibus, quantum ad se pertinere novit. pastor quando fugere licet. fidelem esse Christi ministrum, a quo creditum sibi gregem accepit. Vide tamen hic quam expresse loquitur & distincte Dominus, instruens nos quando non liceat pastorem fugere, tunc scilicet, si deserit & relinquit oves. Nam si solus pastor persecutionem patitur & non oves, quae absque periculo sunt, & illis provisum interea est de pastu per alium licet pastorem fugere, & fugiendo se in aliud tempus ad ovium profectum servare. Hoc modo S. Athanasius Athanasius. fugit, & fuga sua plus fidei & Catholicae Ecclesiae profuit, quam si martyrium esset passus. Hoc modo Paulus quoque fugiens, in sporta demissus Act. 7. de muro in Damasco, se ad maximam frugem Ecclesiae servavit. 1. Cor. 11. Dicit itaque Christus, mercenarium esse eum, qui relinquit oves, & fugit. Vbi enim non esset alius, qui Dominicum gregem pasceret, pastori fugere non liceret, ne oves fugiens relinqueret, & periculo exponeret.

Ego sum pastor bonus. Et cognosco oves meas, & cognoscunt me meae. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

Ego inquit, sum pastor bonus, non ut ille qui non intrat per ostium, sed ascendet aliunde in ovile, utpote fur & latro, ad occidendas, non ad pascendas oves veniens, quia quod paulo ante hoc Evangelium legitur: *Ego veni, ut vitam habeant oves, & ut abundantius habeant.* Nec sum ut mercenarius, qui lupum venientem fugiens deserit oves, quia adeo cum ouibus persevero, ut animam quoque meam ponam pro ouibus meis. Denique ideo sum pastor bonus.

ZZ. 3.

bonus, quia cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, propter assiduum visitationem meam. Cognosco, id est, diligo. Quos enim reprobat, non nouisse dicitur. Et quos nouit, adeo nouit, ut eas in libro scriptos habeat vitæ. Ideo Moysi dixit: *Nouit te ex nomine*. Fatuus autem virginibus dicit: *Nescio vos*. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, id est, sicut amat me Pater, & ego amo Patrem: subaudi, ita ego nosco & diligo oues meas, & ipsæ amant me, cuius signum est quod sequitur? Et animam meam pono pro ouibus meis, scilicet ex amore.

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.

Alias oues præter eas, ad quas sum missus domus Israel, habeo. Vbi? Inter gentes scilicet, quæ item de numero ouium sunt mearum per prædestinationem æternam, tamen nunc sint lupi, quæ non sunt ex hoc ouili, id est, de synagoga Iudæorum. Et illas oportet me adducere, oportet, non per absolutam necessitatem, sed per immobile beneplacitum, adducere, hoc est, conuertere per Apostolos meos, & per illustrationem Spiritus sancti. Propterea alibi dicit: *Multi venient ab Oriente & Occidente, & incumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno celorum*. Et vocem meam audient, per Apostolos. Prædicatio enim Apostolorum vox erat Christi in illis enim Christus loquebatur. Et fiet vnum ouile, hoc est, ex duobus populis Iudæorum & gentium vna fiet Ecclesia. Hæc enim Ecclesia vna est, & vni corpus mysticum Christi, quod ab vno capite Christo gubernatur, vno Spiritu sancto viuificatur, vna lege dirigitur, vno baptismo fonte purificatur, vno panerficatur, ab vno Patre regeneratur, ad vnam patriam graditur, & sub vno vicario pastore, qui dicitur summus Pontifex, in terris regitur. Eam ob rem Christus lapis dicitur angularis, quoniam sicut in lapide angulari duo parietes iunguntur, ita in Christo tanquam in angulari lapide duo populi coniuncti sunt. De quo Apostolus inquit Paulus: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum*. Et vnus pastor, vniuersæ scilicet Ecclesie, vt non sit Iudæorum Deus tantum, sed & gentium. Hoc iam quidem impletum est, sed perfectissime adhuc implebitur circa finem mundi, quando post Antichristi persecutionem eiusdem perfidia per Enoch & Heliam detecta, vniuersus conuertetur mundus ad Christum. Videat autem nunc qui sunt animarum Pastores constituti, quam rationem sint reddituri pro grege sibi commisso. Animaduertant quam græue erit iudicium, his qui præsumunt. Expendant secum, an quispiam vnquam suorum subditorum perierit sua negligentia, hoc est, ideo perierit, quod neglexerit illum, reuocare, instruere, confortare, consolari, & quicquid Pastoris atinet officium, illi exhibere. Si negligentem se inuenerit, gemat, & doleat, sciatque illius sanguinem de sua manu requirendum. Videat præterea ne scandalo quempiam lædat. Est enim positus in exemplum maxime gregi suo, cuius vita esse debet vt liber vitæ, vt quid liceat, quid non liceat, quid perfectum sit, aut imperfectum, ex illius contemplatione discatur. Non leuis est vestra commissio Pastores, non facilis commissi iactura, nec vilis thesaurus, quem maxima sollicitudine

Exod. 11.
Matth. 15.

Marc. 15.

Matth. 2.

Esaiæ 18.
Matth. 21.
Lucæ 10.
1. p. 1.
Act. 4.
1. Pet. 2.
Ephes. 5.
Rom. 1.

Pastorū animarū quā in periculosis sitis.
Sapient. 6.

Ezech. 1.

Pastoris vitā quā debet esse exemplis.

VI
1

dine custodire vos oportet, cui tot pericula imminet, hostesq; insidiantur innumeri: & nihilominus huius ratio districta à vobis exigetur. Attendite igitur (vt Apostolus monet) vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Pastores, Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Primum vobis maximè necessaria est humilitas, ne honor, potestas, externaq; dominatio vos in superbiam eleuet. Nunquam enim bene regitur, vbi superbia, auferè, & nimis imperiosè regitur. Necessè est vos coram subditis etiam frequenter humiliari, vbi fructus hoc animarum expostulat, & vbi subditi de vestra humilitate edificantur. Quarto enim maiores (scriptum est) humiliati te in omnibus. Sit tamen hæc vestri humiliatio huiusmodi, ne vilescat simul auctoritas. Deinde non obliuiscendum est multa vobis licere, sed nò omnia edificare. Quapropter potissimum quid animabus & conscientijs subditorum còueniat, quid illos videret, prospiciendum est, vt tantum ea licere permittatis, quæ animas non offendunt ouium. Est igitur summè vobis necessaria priuati amoris extinctio, ne vos ne etiam vestra, sed quæ animarum sunt, hoc est, quæ Dei sunt, tantum parè queratis. Nunquam enim ea, quæ animarum còmissarum vobis sunt, fideliter queratis, si plus æquo quæ vestra sunt, amatis. Tertio, opus est vobis continua oratione, non tam pro vobis, quàm pro ouibus creditis. Propterea omnia cum Deo, quæ circa subditos agenda sunt, ante tractetis, cum eiusdem consilio, & ad ipsius honorem cuncta statuentes. Quarto, opus est vobis vigilantia maxima & zelo, ne per remissionem vestram, aut nimiam indulgentiam disciplina & lex Domini prætermittatur, negligatur, aut aboleatur, & pereat. De hoc enim districtam estis Deo rationem reddituri. Magis autem vobis curandum est, vt quæ perierunt reformentur, quæ neglecta sunt restaurentur, & virtutum studia, exercitiaq; sancta reforescant. Nemo vestrorum subditorum in peccatis sinatur iacere, sed erigatur, si lapsus est moneatur, & si necesse fuerit corrigatur & compellatur. Seueritas hæc quomodo esse debet (ne contemnatur) matura, nane odiatur, sed fructum faciat, si etiam benigna, hoc est, videant at sentiant subditi hanc procedere de charitate, non de crudelitate. Itaque cuiusmodi esse debeat pastor. Gregorius Magnus docet, sic scribens in Pastoralibus: Oportet vt sollicitè metiri se studeat, quanta tenendè rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo Prælati cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singulari compassione proximus, præ cunctis contemplatione sustentus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per iustitiam zelum erectus, æternorum & spiritualium curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum sollicitudine non relinquens. Dominus noster Iesus Christus & pastoribus nostris hæc docet, nosq; bonis pastoribus dignos efficiat (peccata enim populi sæpe merentur, vt detur eis pastor non bonus) atque nos cum pastoribus nostris tandem ad pascha talibus, perpetuèq; amicitatis, introducat. Qui cum Patre & Spiritu sancto Deus est benedictus in secula, Amen.

Astor. 20.

Humilitas quæ pastoribus sit necessaria.

virtutes pastorum maximè quæ necessaria.

1. Cor. 6. Eccl. 3.

Amoris priuati extinctio pastoribus quàm necessaria.

Orationi quatenus pastores inclinare semper debeant.

Zelo quanto opus sit pastoribus.

Gregorius.

Pastor animum quibus esse debeat.



*Quomodo Christus nos pascit & pascitur, &
de luxu Clericorum.*

Psalm. 94.

Pastores cur
quosdam vo-
lucis Chri-
stus esse ani-
matorum.

Psalm. 65.

1. Pet. 5.

Pascit nos
Christus
tripliciter.

Psalm. 114.

Genes. 1.

Deut. 1.

Psalm. 77.

Ioan. 6.

1. Reg. 17.

Daniel. 4.

Marc. 4.

1. Tim. 4.

Pauperibus
qui subueni-
endum.

Matth. 9.

Luc. 14.

Ego sum pastor bonus, Ioannis decimo, Christus Dominus noster pastor est noster, nos autem populi ueris & oues pascit ne erit. Ipse reuera bonus est Pastor, & officium boni gessit pastoris. Nec solus tamen pastor est, sed alios quoque qui erga illum sunt oues, reliquis ouibus pastores constituit. Voluit enim quosdam sibi ad hoc pastorale officium ascire, qui retores secum, & sub illo essent animarum, omnia ad illius nutum ac regulam dirigentes. Non ut sine illis non pascat gregem suum, nec quod oues deserant ipse, si forte à pastoribus alijs deserantur, sed quia omnia per media facta congrua, & hominem vult humilitatis gratia subdi homini: ideo etiam homines imposuit nobis super capita nostra, puta prelatos, rectores, prepositos, episcopos, & pastores, quibus humiliter obediamus loco Dei, licet ipsi vice Dei pro nobis vigilant, nos dirigunt, pascunt, & ducunt, & arcunt. Iste igitur dicitur Dominus ipse princeps pastorum, qui pastores alios tanquam suos vicarios nobis ponit, & ipse pastoribus eisdem, & ouibus ipsum pastorem quoque constituit. Dicitur igitur Christus Pastor primo bonus, quia nos multipliciter pascit. Verum, quantum hic sufficit, de triplici tantum pastu dicamus. Primo pascit nos corporali cibo. Propterea Psalmista dicit: *Oculi omnium in te sperant Domine & tu das illis escam in tempore oportuno.* Paut parentes nostros in paradiso, concedens eis omne linguam fructiferum in paradiso ad edendum. Paut filios Israel caelesti manna in desertos, Paut Heliam, mittens ei coruos, qui quotidie ei ferret carnes. Paut Daniëlem in lacu leonum, adducens prophetam Abacuc, qui ferret prædium Daniëli multis miliaribus in B. bylonem. Hos horumque similes in veteri & nouo testamento paut mirabiliter cibo exiguo, aut sine vilo cibo sibi electos reficiens, qui homines vniuersos pascit & reficit. Et quid dico omnia homines, cum pascat etiam bestias, volucres, orbemque vniuersum? Responsum, inquit, *voluntaria carum, que neque serunt, neque metunt, neque congruant in heretico.* & *Pater vester caelestis pascit ea.* Nunquid ingrati iam erimus pastori huic nostro. De suo nos pascit non de nostro. Creauit nos, ut haberet, quos pasceret. Nam creauit mundum propter nos, ut esset quo nos pasceret, qui etiam sine vilo cibo nos pascere posset. Creauit nos, ut haberet in quos bonitatis eius infinita plenitudo emanaret. Quare igitur cum nihil in mundum intulerimus, sed omnia nobis à Deo inuenimus præparata, omnia nobis donata, claudimus viscera charitatis fratribus & proximis nostris, ut esuriantibus illis nos comedamus, aut comedentibus nobis illi esuriant, quibus non communicamus de his que dona Dei sunt, & nobis collata sunt, non ut solum his utamur, sed nostris quoque participemus proximis? Nunquid soli habitabimus super terram? Nunquid nos plenitudinem eructabimus, & fratres nostros inedia & fame pati sinemus? Fili charissime, attende quanta facilitate tibi dederit præcepta Deus. Non tibi præcepit, ut omnia des, aliquid pauperibus, simulque tuum illis egeas, carneris ad perfectionem ambulantis id consuluerit, nec ut dimidium bonorum tuorum des pauperibus.

bus, sed hoc tantum, quod superest, vt des egeno. Cum tu iam satiatu fueris, quod superest, si Dominus quempiam miserit egenum, da illi: vt se ille quoque reficiat. Pro magno hoc beneficio accipe, si à te venerit à Deo missus egenus. Quem enim tu parvipendis egenum, hic est Christus quia in huius persona venit ad te Christus, à te petens & mendicans. Da igitur ei vel modicum de his, quæ ille tibi dedit. An putas tibi deficiet? Non potes deficere, quamdiu Christum pascis. Credis ne qui hodie tibi dedit, cras iterum dabit? Confide illi, quia & cras dabit. Noli timere anxius pro crastino. Nam vt

Luca 19.

Matth. 15.

Matth. 6.

Matth. 15.

Hoc enim fit omnibus, præcipuè tamen pastoribus est dictum, qui animarum præcium comedant, qui elemosynis pauperum saginantur. His enim non abster de Christi patrimonio licet viuere, quàm frugaliter, sobrie, & ad sustentationem sui corporis, nõ ad luxum & voluptatem. Quod si ita fuerit, pauca forent sacerdotia, pauca beneficia ecclesiastica, quorum vnũ non sufficeret vni, si computationibus, si comestationibus, si epulationibus, si denique suis (vt cum venia piarum aurium dicam) impudicitijs carere vellet, quin adhuc in pauperum, viduarum, orphanorum, peregrinorumque necessitates eroganda multa superessent. Iam verd quis luxu viuunt nimio, multa in preciosarum vestium vsum multa in epularum apparatus, multa in vinorum habendam varietatem, non pauciora ad inuilem familiam ad equos & canes præterea alendos, aliãque id genus multa (inter quæ ancillam cubiculariam computo) plurima sunt necessaria. Quare non vno, sed multis opus sit beneficij, donec quod pauperibus pijs est defunctorum testamentis legatum puta per Ecclesiarum ac collegiorum ministros erogandum, ad superfluos vsus profundatur, & impijssimè consumatur: imo donec miser prælati, infelicis plurium beneficiorum Canonici, aut sacerdotis ad sulphureos ignes anima cum ingenti dæmonum comitibus sollemnissimè deducatur. Non hæc filij in contemptum Cleri dicimus, nec in aliorum multorum bonorum ministrorum Ecclesie derogationem accipi volo, qui nobiscum has ineptias, moresque aliorum desendos odiunt, sed optarent, vt qui ex nobilibus, aut comitibus Clero velit sociari, ob pietatem ac sanctimoniam, non propter opes & turpem quæritum id fieret, sed vt clericus sobrie, pudicè, pièque viueret. Porro si venationibus, scortationibus, epulationibus, ebrietatibus, computationibus, in militari & seculari habitu vacare voluerit, ad hæc malè suo patrimonio domi vtatur. Huiusmodi sacerdotia, beneficiaque Ecclesiastica, quæ in alium sunt vsum, & alijs conferenda, sibi non vendicent, cleri statum (qui esse debet sanctimonia) suis corruptissimis moribus non inquinent, Dei plebem non scandalizent, nec in cleri, ac religionis odium, vniuersa mala sua vita prouocent, minorique tandem damnatione inter prophanos, quàm in clero constituti, plectantur.

Patrimonio Christi quomodo videndum.

Clericorum quorundam voluptas & luxus quàm noxius.

A A A tur

VI

pastor
mores
or est
consti
reco
ulã di
delecta
a fact
in ho
exposi
tur ipi
ent. lu
os tan
sep
no bo
ripiti
salim
e oppo
m tru
defor
De
eri se
bi di
onem
estati
berra
ic no
palec
ciam
mitat
m in
is do
urien
quib
no vt
foli
us, &
quam
alij
ante
uperi
bus,

Clericorum
quorundam
quàm deflor-
da deflor-
mias.

tur. Videre certe est in horum adeo multis, quod sanguineis lachrymis fo-
ret plangendum, puta tantam deformitatem, turpitudinemq; vt præfaret
videre mores pagani, quàm helluonum quorundam, qui in clero se re-
centent. De his loquor, qui (vt quondam cernere est) adeo perditè viuunt,
adeo iurant, adeo per sanctos execrantur, in quorum ore impudicitia, tur-
piloquium, gloriatio de peccatis suis (vt alia taceam) continuè versatur, vt
magis eligendum viro esses sensato, in statu Iudæ proditoris, aut Pilati,
quàm horum satraparum mori. Hoc, inquam, reprobis illis & malis sic
dictum, non bonis, nec statui cleri, aut sacerdotio propterea, qui sanctus
est, sit derogatum. Aduertendum est tamen & cauendum hic concionatori,
nec hæc in simplicem plebem effundat, vbi nullus sequitur fructus, sed vbi
loquendum est coram his qui nebulonum, aut helluonum magis vitam
ducunt quàm clericorum, id dicatur, vt erubescant.

Mores per-
uersos cleri-
corum non
imitandos.
Math. 23.

Ioan. 10.
Ouis pro-
prietates
imitabilis
quæ.

Vos quoque simul moneo filij, quo exemplis eorum malis non moue-
mini ad scandalum, nec faciliter eos, aut irreuerenter propterea, maximè
sacerdotes, tractetis, contemnatis, aut iudicetis. Habent iudicem suum, eor-
um vita vobis non est posita vt eam imitemini, sed eruditio Catholica.
Meminisse vos oportet, quòd Christus de scribis & Phariseis dicit: Quæ
vobis dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Mementote vos
comparatos ouibus, ideo condiciones bonorum ouium vobis vsurpate.
Ouis namque innocentiam habet, neminem lædit, neminem mordeat.
Patientiam quoque exhibet, nec clamat. Est denique ovis animal sobri-
um, & edulio non precioso sustentatur. Postremo multæ est utilitas.
Hæc omnia decent subditam, & bonum Christianum. Præterea, vt ovis
obedit, agnoscit quæ ac sequitur suum pastorem, sic vestrum est non in pa-
storis vitam (si mala est) liuido oculo intueri, sed eidem compati, & eum
excusare, quantum potestis, prouidentiam diuinam, qua vobis datus est
pastor, doctor & pater, attendere, & eius monita salubria reuerenter acci-
pere, illique propter diuinam ordinationem, vt præposito vestro hono-
rem impendere. Vbi si pastor bonæ ac sanctæ est vitæ, cum maiori est re-
uerentia tractandus & amore. Iuxta illud Pauli: *Qui bene præsumt, duplici bono-
re digni sunt.* Verùm de hoc satis.

1. Tim. 5.

Dixi Christum boni officium pastoris exhibere, qui nos corporali pa-
scit alimonia, nec tamen alimonia tantum nos fouet, sed alijs quoque cor-
poralibus beneficijs, puta amictu, potu, solatio, medicina, consilio humano,
atque omnibus in hac vita necessarijs. Nam vitam ipsam quis alius nobis
donat, quàm ipse Dominus Deus noster? Et quid de temporali hac vita est
mirandum, quando & maiora, & plura beneficia nobis contulit alia, puta
ab æterna nos damnatione eripuit, quòd suo nos corpore & sanguine ciba-
uit quòd pro nobis moriendo nos adoptauit, quòd denique regni caelestis
nos sibi fecit coheredes. Secundo Dominus Iesus pascit nos Dei verbo. Hæc
enim spiritalis est nostra alimonia & refectio. Sive autè hoc verbu sit præ-
dicatum, siue lectum, siue inspiratum, cibus est animarum. Vnde scriptu est:
Cibus est eis Dominus pane vita & intellectus id est, verbo Dei: Neque enim (vt
Saluator ait) *in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Sic
pastores gregem reficere debet Dei verbo. Quod Dominus promiserat olim.
Dabo.

Ezecl. 3.
Deut. 1.
Math. 4.
Lucæ 4.

DOMINIC. I. POST OCTAVAS PASCHAE.

974

Dabo, inquit, vobis pastores secundum cor meum, & pascient vos scientia & doctrina. In hoc genere pascendi, annumerandum quoque est, quod sanctissima sua vita & conuersatione nos Christus dum erudit, pascit. De quo intelligitur illud Psalmi: *Pascit eos in innocentia cordis sui*. Et quod in cena sua dixit discipulis, quando eorum pedes lauerat: *Exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis*: quid aliud quam pascio seu refectio erat? Hoc modo pastores boni, non tam quam exemplo bono pascere suum debent gregem. Cuius Christus nos admonens: *Lucaat*, inquit, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui est in caelis*. Itaque quod ceperam dicere, Christus verbo Dei multipliciter nos pascit. Alium enim lamentis pascit poenitentiae, alium amoris lachrymis inebriat, alium reficit consolatione, alium spe ac desiderio confortat aeternae patriae. Nec extra eius pascua sunt, quos metu terret gehennae, quo vtiliter eos arceat ad quaerenda pascua vitae. Tertio, pascit nos sacramentali refectioe. Dedit enim nobis corpus suum in cibum, & sanguinem in potum. Secundo, est Christus Pastor bonus ex dilectione, quia animam suam ponit in mortem pro ouibus suis. Ipse enim dilexit & lauit oues suas in sanguine suo, & pro grege suo mori dignatus est. *Maiorem*, ipse inquit, *dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis*. Hoc pastores eius vicarij, ubi necesse foret, pro saluanda anima quoque debent. Sed quotus est hodie, qui vno velit aureo animam a morte seruare, aut qui non minus curae seutristetur, si peccato mortali pereat anima, quam si argenteus illi perierit nummus? Huiusmodi sunt non pastores, ut Christus inquit, sed mercenarij, qui lac & lanam ouium quaerunt, non ouium salutem. Dominus noster Iesus Christus nos pascat, nos dirigat, nos protegat, nosque foueat sua gratia, ut inter suas mereamur oues numerari & haberi: qui est benedictus in secula, Amen.

Hierem. 3.

Psalm. 77.

Ioan. 15.

Matth. 5.

Ioan. 6.

Esaie 51.

Apoc. 1.

Ioan. 15.

Ezech. 34.

DOMINICA II. POST OCTAVAS PASCHAE, Epistola, prima Petri secundo.

Bsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos a carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam, ut in eo quod destruant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum: Sive regi, quasi praecellenti: sive ducibus tanquam ab commissis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas Dei, ut beneficietes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitia libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum time, regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Haec est enim gratia in Christo IESU Domino nostro.

AAA 2 PARA

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

1. Pet. 2.

Hebr. 10.

Ephes. 2.

Galat. 1.

Osee 4.

Dauid. 17.

Galat. 1.

Philip. 1.

Sapient. 5.

Ioan. 13.

Hortatur nos beatissimus Apostolorum princeps, omnesq; Christianos, ut suae nobilitatis, dignitatis, excellentiaeque per Christi gratiam sibi collatae sint memores, qui per Christum obtinuerunt, ut genus vocentur ac sint electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ne à tanta nobilitate, quam ex adoptione Dei habent per Christum, moribus degenerent. Hoc autem non seuerè præcepit nobis, sed per charitatem, & per Deum obsecrat, dicens: Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas, utpote propter originale peccatum de paraiso in hoc exilium detrusos, atque in hoc mundo alienos seu hospites, ad patriam verò caelestem peregrinos. Neque enim hic manentem habetis ciuitatem, sed futuram inquiritis. Obsecro, inquam, vos tanquam eos, qui verè estis peregrini & aduenae in hoc mundo, licet quantum attinet ad electionem Dei, sint diues sanctorum & domestici Dei, abstinere à carnalibus desiderijs, pura nihil consentiatis, sed mortificetis, refrænetis, & de cordibus vestris eadem eieciatis. Quod Paulus quoque monet, dicens: Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis. Abstinete igitur à carnalibus desiderijs, quæ militent aduersus animam. Scriptum est enim: *Formatio, & ebrietas, & vinum, auferunt cor.* Itemque: *Species decipit te, & concupiscentia subuertit cor tuum.* Itemque: *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem.* Haec enim sibi inuicem aduersantur: ut non quaecunque vultis, illa faciat. Sequitur: Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam, nemine scandalosam, quia sitis sine querela, simplices filij Dei in medio nationis prauae atque peruersae, ut in eo quod detrahunt vobis tāquam malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis, tunc scilicet cum videbunt vobis praemia, sibi verò ac malis omnibus supplicia conferenda. Tunc enim videbunt impij gementes pra angustia spiritus iustos, quos hic deriserunt, magna constantia aduersus se triumphantes. Eam ob rem dicturi sunt de illis: *Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Quomodo nunc computati sumus inter filios Dei? Nos insensatitiam illorum assumabamus insaniam.* Sequitur: Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum. Quod nunc absque labore, aut absque negotio villo sit, si superiores vos alterutrum arbitraminis, si supportaueritis vos, & per charitatem seruiertis inuicem. Hoc namque magister humilitatis Christus nos docuit. Nam lotis discipulorum pedibus, dixit discipulis: *Ne ego magister & Dominus vester laui pedes vestros, quantum igitur vos alij aliterius debetis lauare pedes? Aut subiecti estote omni humanae creaturae, puta cuius in genere & ordine suo. Sive regi, tanquam praecellenti, siue ducibus, aut praefectis, tanquam ab eo missis, hoc est, submittitis, ad vindictam malorum, laudem verò honorum, hoc est, ad arcendos, puniendosque malos, fouendos verò ac defendendos bonos: quia sic est voluntas Dei, ut in omni subiectione & obedientia benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, qui quod nesciunt, iudicant, & inique vobis tanquam malefactoribus detrahunt. Obediendo namque in seicis, tollitis iniquis de trahedi, & materia, & occasione. Quasi liberi estote, nulli ser-*

VI
I

seruientes peccato (omnis enim qui facit peccatum, quod Saluator ait, seruu est iuan 8. peccati) & non velamen malitiæ habentes libertatem, vt sub velamine libertatis, qua vos à peccati seruitute, à seruitute quoque legis Mosaicæ Christus liberauit, putetis vobis permillum principibus non obedire, aut nulli legi humanæ obtemperare: sed ita estote liberi, vt serui sitis Dei. Omnes homines honorate. Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem, &c. Fra- Rom. 13. ternitatem, hoc est, omnes proximos, potissimum Christianos, qui ex Christo & Ecclesia in baptismo regenerati vobis sunt fratres, diligite. Deum timete vt filij, casto timore eum diligentes. Regem, quia est Dei minister, diuina auctoritate ad reipublicæ regimen institutus, honorate. Serui subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam vitiosis, & absque disciplina viuentibus. In his tamen quæ Deo sunt contraria, non est obediendum. Siquidem Deo magis oportet obedire, Astor. 5. quam hominibus.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM

Dominica, Ioannis XVI.

Dominus noster Iesus Christus, suis est discipulis quædam verba loquutus post vltimam cœnam, cum esset iurus ad passionem, quibus voluit eos præmonere de futura eorum tristitia, quia in eius passione erant contristandi, ploraturi super magistri calamitate, quam incidisse eundem videbant, & super sua desolatione. Optimum enim & nobilissimum quod in hoc mundo habuerunt, erant aliquo modo amissuri, atque ideo non immerito ploraturi. Nam quicquid in mundo charum, quicquid in mundo habuerant preciosum, parentes, coniuges, bona temporalia, et si quid aliud habebant, amore Christi omnia reliquerant. Quare Christus præuidens eorum tristitiam fore magnam quando iam & hunc amississent, cuius amore ante alia omnia reliquerant, præmonuit eos dicens: *P. orabitis* Math. 19. *vos & videbitis: mundus autem gaudet* Lucæ 15. *quod suum expleuerit desiderium me* Ioan. 16. *occidendo.* Veruntamen, non diurnus erit hic planctus, quia post modicum iterum me videndo resurrexisset, consolabimini. Post multa itaque alia instructionis & consolationis verba quæ prædixerat, infinnat hic eis futuram & tristitiam & lætitiã succedentem, hoc modo:

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem.

Quum hæc Christus verba loqueretur, paulo post erat capiendus, & cruci affigendus. Quapropter illud modicum temporis spatium, quod ab illo tempore, quo hæc loquebatur, vsque ad ipsius mortem interdicebat, in quo adhuc illum erant visuri (iuxta mentem Augustini) vocabat modicum. Modicum igitur tempus restabat, post cuius expletionem eum non erant visuri, scilicet tempore illo, quod à morte vsque ad ipsius interstuebat resurrectionem. Illo ergo tempore, quod similiter erat modicum, hoc est, inter mortem & resurrectionem, expleto, iterum erant eum visuri, & gauisuri. Alij per hoc quod dicit modicum, non ipsum tempus, quod ab hac hora vsque ad suam interfluxit captiuitatem, qua erant fugiendo Christum relin-

Modicum qui intelligendum. Augustina.

AAA 3 eturi,

Auri, volunt significatum, sed quod post mortem sequebatur vsque ad eius resurrectionem, quod erat modicum, quo non viderunt Apostoli Christum, Et iterum modicum, puta à Pascha, vsque ad Ascensionem eius, erat: Christum aliquando visuri. Vtraque tamen expositio ferè nihil differt à altera, sed in eundem coit sensum.

Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid hoc est quod dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur.

Hæc verba non intelligebant Apostoli, vel quia mæore erant eorum animi perturbati, propterea quod amissuros se audiebant magistrum dilectissimum. Hoc enim adeo eos reddebat stupidos, vt quid diceretur, minus intelligerent. Vel quia contraria videbatur eis loqui: Videbitis & non videbitis. Vnde suspicabantur, ne fortasse (vt solebat) parabolicè loqueretur. Mussitabant igitur inter se, vel conferendo clanculum paucis verbis alterutrum, vel in seipsis taciti mussitabant, quod non intelligerent, quod in verbo modicum vellet dicere. Erant enim eis hæc verba obicura, antequam implerentur. Pro eius tamen reuerentia, licet cuperent, non tamen illis audebant eum interrogare.

Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter vos, quia dixi: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ostendit antequam sibi loquerentur, Dominus Iesus, quod eorum cordium occulta cognosceret, & ideo quod ex ipso libenter interrogassent, respondendo præueniens dissoluit: Amen amen dico vobis, plorabitis & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. De primo hoc modico tempore loquitur, quo Christus captus, flagellatus, impiè & crudeliter tractatus, tandem crucifixus est & mortuus. Tunc enim fleuerunt Apostoli ex compassione Christi pœnas & mortem: fleuerunt quoque suam desolationem, suamque flagram, qua infideliter eundem reliquerunt, nec post mortem viderunt, vsque ad tempus resurrectionis. Tunc etiam mundus gaudium habuit. Mundus, inquam, id est, homines mundani & Christi inimici gaudii sunt, quod eum quem odio habuerunt gratis, iuxta suam voluntatem (vt putabant) exterminauerant. Obserua tamen quod non solis Apostolis hoc dictum est, sed cunctis etiam Christifidelibus & amicis: nec pro tempore illo tantum, quo Christus mortuus iacuit in sepulchro, verum pro omni tempore huius vitæ inter electos & reprobos hoc prænuuciauit fore discrimen, vt in quidem

Apostoli
quando glo
rauerint &
fleuerint.

Psal. 68.
Ioan. 15.

Amicorum
Christi in hoc
seculo tenta

VI

quidem discipuli & amici, quos post hanc vitam gloria foret coronaturus
 aeterna, hic tribulationes, contemptum, aduersitates, pressuras & angustias
 cordis, desolationes, mundi que odia sentirent, & pacem mundi, hoc est,
 tranquillitatem externam, neque hic haberent, neque sibi quærerent, sed
 pacem cordis, quæ pax est, consensus, voluntatisque unio cum Deo, in-
 dies & quærerent, & firmiter tenerent, & felicitius possiderent. Hoc itaque in-
 finuare voluit, ut sui electi non ad presentia respicerent gaudia, sed per la-
 chrymas & tristitias ad aeterna contenderent. Quomodo & Psalmogra-
 phus, *Qui seminant, inquit, in lachrymis, in exultatione metent. Eunte ibant & fle-*
rent, venientes autem venient cum exultatione, portantes ma-
tipulos suos. Christus quoque: *In mundo, inquit, pressuram habebitis, sed confidi-*
te, quia ego vici mundum. Vici, inquit, mundum, non pro metantum, sed pro
 vobis membris meis, ut & victoria mea sit victoria vestra, & victoria mea
 vobis profit, vobisque, qui in me estis, imputetur. Et iterum: *Si mundus vos*
odit, scitate quia me primum vobis odio habuit. Et odij causam plenius explicans,
 dicit: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret. Quia verò*
de mundo non estis, sed ego elegeri vos de mundo, propterea odit vos mun-
do. Itaque electos suos milites amicosque suis insignit armis, suis signis,
 suisque coloribus, quibus ex ipso esse familia cognoscantur, vestit. Quo-
 inquit, genere vestis? Tribulatione, pressura, tristitia, persecutione & his si-
 milibus, cuiusmodi veste, cuiusmodi diademate Christum quoque coro-
 navit mater sua, hoc est, gens Iudaica. Hoc igitur modo suos quoque quos
 amat, vestit. Ad nullam rem paratior est Iesus, quam suis quos habet in
 hoc mundo, grauamina atque dolores tam corporum quam animorum
 impartiri, modo ea ferre possint, ut eis ad fructum & coronam, quam ipse
 intendit, proveniant. Vnam nos esse, in quos hæc omnia superiora
 quadrarent. Dicit igitur Christus: *Vos Apostoli, vos mei omnes electi plo-*
rabitis & flebitis, persecutiones & odia patiemini: vos autem nemini per-
secutionem, nemini iniuriam inferetis, sed pro contumelia reddetis bene-
ditionem, pro calumnia gratiam, pro malis bona, & pro odio dilectionem.
 Sed quid Domine de non electis ac reprobis interim? Mundus gaudebit. Hi
 qui filij lucis non sunt, sed tenebrarum, quibus paratus est ignis æternus
 cum diabolo ac angelis eius, hic florebut, gaudebut, dominabuntur,
 alios prement, abundabunt & consolabuntur: verum hæc quidem breui
 tempore, quia in hoc solo vitæ curriculo. Quod autem vitam hanc sequi-
 tur, æternum erit supplicium. Nobiscum enim agitur dissimiliter, quia
 dissimiliter vivimus. Qui enim hic bona sua recipiunt in vita sua, non gau-
 debunt post mortem: & qui dolores & calamitates patienter hic sustinent,
 post mortem ad refrigerium ibunt. Falco avis est nobilis, & in manibus
 principum quiescit, delicate nutritur, multa que ei cura seruitur. Ac ubi
 mortuus fuerit, in sium abijcitur. Porro gallina in vita vili nutritur cibo
 occisa coquitur, & in argenteis discis principibus comedenda offertur. Hoc
 modo nobiscum quoque agitur, ut qui hic lani sunt & delitijs saginantur,
 post mortem cruciabuntur: hi verò, qui hic affliguntur, horum tristitia ver-
 tur in gaudium, quod nemo auferet ab eis. Propterea his qui hic gau-
 dent, Dominus dicit Iesus: *Va vobis divites, qui habetis hic consolationes vestras.*

tionis & tri-
 bulationes
 varia.
 Psal. 125.
 Ioan. 16.
 Ioan. 15.
 Milites suos
 quibusquam
 armis insigni-
 at Christus.
 Cant. 1.
 Matth. 27.
 Luca 16.
 Gaudium
 mundi quam
 sit electi fuit
 endam.
 Luca 6.

AAA 4. Itemque:

Ibidem.

Tristitia electorum
Vei
quam breui
tinetur.
Apoc. 11.

Sapient. 2.

Discrimen
quantum sit
inter filios
Dei & filios
diaboli.1. Pet. 2.
Esa 55.

Itemque: *Et a vobis qui videtis nunc, quoniam iugebitis & flebitis.* Nolite igitur invidere filij his qui terrena sapiunt, qui mundi quærunt gloriam, qui carnis voluptates, nolite eos æmulari, quia non eritis semper vos delicti, non eritis semper tristes, non eritis semper absque honore, non semper ærumnosi & miseri. Plorabitis quidem, & ad modicum hic contristabimini tempus, sed tristitia vestra vobis vertetur in gaudium. Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis vestris, & non erit vobis amplius luctus aut clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora hæc omnia transierunt. Hi vero, qui hic dixerunt: *Venite & fruamur bonis que sunt, & vtamur creaturam quam in munditate & celeriter, vino precioso & vnguentis vos vt oleamus, & non prouideat nos flos temeritatis, coronemus nos rosas antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertransit luxuria nostra: vbi que relinquimus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra, &c.* Vbi hæc vita & hæc illorum (vt putabant) felicitas finita fuerit, quid dicent? Videntes iustos, quorum hic abstulerunt labores, & quos aliquando habuere in derisum, stantes in magna gloria, timore concutientur horribili, & plangent se infeliciter, dicent: *Nos infensæ vitæ am illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Et quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Ergo erramus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditiois, & ambulauimus viam desideriorum autem Domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum lætitiæ quid contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam vmbra. Hoc igitur in summa putemus nobis dictum, hoc pro monumento nobis inscribendum, & Christo relictum, videlicet esse discrimen hoc inter filios Dei, & filios diaboli, quod filij Dei in hoc mundo pressuram habent & tribulationem, filij autem tenebrarum sua hic explent desideria. Debent igitur filij lucis omnia, quæ occurrunt sibi, molesta vincere, quomodo Christus vicit, non repugnando, sed sustinendo. De Christo enim scriptum est: *Quum malediceretur, non maledicebat quum periretur, non comminabatur. Trad: bat autem vultum suum, & se in iuste.* Verum (vt Euangelij verba continuemus) Christus mox ad ipsius similitudinem, qua tristitiam consoletur Apostolorum, dicens:*

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis.

Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius, hoc est, tempus doloris, & tempus pariendi. Cum autem peperit puerum, quod suauius gaudiosiusque est, quam peperisse foemellam, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Si, inquit, subloquens gaudium de partu pueri, tamen magis præcesserit dolor, & tristitia in pariendo, poterit obliterare omnem patientis, quam paulo ante sensit, tristitiam, quomodo non vestrum gaudium, quod de resurrectione mea habebitis, tollet à vobis omnem moerorem? Tantum enim erit gaudium vestrum, vt obliuio vos capiat omnis prioris tristitiæ, vt iam non de hoc quod lætitia vos afficit, cogitetis. Hoc est ergo, quod dicit:

Iterum

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Sive de resurrectione, qua apparuit Apostolis, siue de hora mortis nostræ, qua electi recipimur ad Deum, intelligatur, vtrumque bene intelligitur. Sed dubium habere potest, quod dicit: Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Nam si de nouissimo gaudio beatitudinis intelligatur, haud dubium est illud à beatis nunquam amittendum, aut tollendum. Sed Apostolis, qui in Christi resurrectione lætati sunt, quomodo scriptum est: *Gaui sunt & se-* Ioan. xvi.
piti vno Domino. videtur non mansisse semper illud gaudium, vt nemo illud dicit possit eis abstulisse: quandoquidem multa & varia passi sunt post Christi ascensionem, & Spiritus sancti missionem. Dicendum igitur, Christum non dixisse, Apostolos nihil post suam resurrectionem, & post illam lætiti-
 am ex eius presentia receptam passuros, sed resurrectionis sue gaudio tunc eos adeo roborandos, vt inter tristitia quoque nihilominus in Domino gau-
 derent. Libenter enim postea aduersa ferebant, adeo vt Iacobus: *Omne gau-* Iacob. i.
dium diceret, existimate fratres mei, si in varias tentationes incideris. Cæcis enim
 Apostolis, dum denunciaretur, ne posthac loquerentur aliquo modo in no-
 mine Domini, quid refert de illis Lucas? *Ibam inquit, Apostoli gaudentes à on-*
deru concilio, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Itaque
 adeo non fuit illis gaudium, quod ex resurrectione Christi acceperunt ad-
 emptum (scientibus sibi vitam quidem, quam cum iniustis habebant com-
 munitatem, à tyrannis tolli posse, Christum verò, in quo est vita æterna, nun-
 quam sibi adimi posse) vt persecutiones non solum non fugerint, sed his
 etiam, vbi hoc ad gloriam pertinebat Christi, vltro sese obiecerint, & pœ-
 nas pro Christo quidam eorum etiam, vt epulas optauerint. Quis igitur
 sancta illa lætitia Dei electos carere, aut priuari, vel per tormenta crederet,
 quando Tiburtium martyrem prunas ardentis pro rosis duxisse, & Laurentium
 ignem rorem æstimasse legit? Quapropter verè Christus suos consolatur:
 Et gaudebit, inquit, cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet
 à vobis. Ipse enim erat gaudium eorum, quod semper amabant, quod inter
 flagella & carceres, inter plagas & in morte possidebant. Nemo hoc gau-
 dium tulit ab eis, quia pro quo tristitia, grauiusque patiuntur, & hic eis præ-
 sens semper est in corde, & post hanc vitam eos reficiet in æterna felicitate.
 Ad hoc gaudium nos quoque aspiremus, vt in hac vita adeo amemus Chri-
 stum, vt eius amore nihil hic possit tam graue nobis occurrere, quod non
 elacri animo de eius manibus suscipientes patienter feramus. Sit nobis gau-
 dio pro Christo lachrymari, hoc est, vel pro nostris, vel pro alienis peccatis,
 pro Christi que contemptu tristari. Sit nobis voluptati pro Christo ieiunare,
 diuitias putemus, paupertatem Christi amore ferre. Nihil hic habere
 gaudij, nihil delectationis corporalis, summum gaudium ducamus, vt
 aliquando ad illud verum, vnicum, sempiternumque gaudium pertingamus,
 quod est in Christo Iesu Domino nostro in secula benedicto, Amen.

BBB SERMO

Quod gaudium sit mundi, quodve sanctorum, quae item tristitia bona, quae mala.

Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, Ioannis XVI. Quomodo non omne gaudium bonum, nec omne est malum, ita nec omne tristitia bona, nec quaeuis est mala. Itaque de gaudio primum dicimus: Mundus, inquit, gaudebit. Satis datur intelligi, non esse hoc primum Sanctorum gaudium, quando dicit, mundus gaudebit. Mundum enim hic vocat eos, qui mundum, hoc est, qui diuitias, luxum, delicias, honores, & id genus alia, quae mundi sunt, amant. Et quanquam gaudium nullum in mundo, quia nec recte gaudet, nec gaudij veri ratio illi qui in Deo non gaudet, conuenire potest: dicuntur tamen gaudere filij huius mundi, quando quidem pro gaudio ducunt, dum quod amant, adipiscuntur. Itaque filij huius mundi gaudent in vitijs suis, & in malitia sua. Superbus gaudet in honoribus, in potestate, in praelatione, in veneratione sibi exhibita. Avarus gaudet in opibus cumulantis, incontinens in rebus veneris, iracundus consolationem accipit, dum sui furoris aestum alicui maledicendo refrigat, gulosus dum seruit ventri, inuidus dum alienam conspicitur infortunatam, aediosus postremo, si ocio, aut ignavia indulgere potest. De his omnibus scriptum est: *Latantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Latantur quum faciunt mala, latantur quum opprimunt & impediunt bonos, latantur si via eorum mala fortunatur, latantur quoque quum Sanctorum prosergatur propositum.* Commune est tamen impijs omnibus gaudere, aut in concupiscentia oculorum, aut in concupiscentia carnis, aut in superbia vitae, sicut sanctus Ioannes dicit: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae.*

Mundi nomine quid hic intelligitur.

Psalm. 1.

1. Ioan. 2.

Gaudium mundi quod sit.

August.

Eccle. 1.

Luc. 12.

Iob 21.

Gaudium sanctorum quod sit. Psal. 110.

Ceterum, quantum a vero gaudio distet mundanum, facile dinoscitur. Gaudium namque mundi est vile, quia plerunque in rebus est illicitis. Quere Augustinus recte dixit interrogans: Quid est seculi laetitia? Quasi dicens: Quid est inebriari, scortari, comessationibus operam dare? Et subiijci respondens: Nihil est, inquit, nisi impunita nequitia. Quamobrem etiam nihil iudicat infelicius felicitate peccantium. Salomon quoque: *Vidi inquit, cuncta, quae sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus.* Secundo mundi gaudium est breue. Quodcumque enim, seu quantumcumque sit, non potest esse diurnum. Habemus hoc de diuite illo in Euangelio, qui diuitum multas congregaret, in quibus sibi ducebat quiescendum dicens: *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare.* Cui responsum est: *Silulce, hac nocte animam tuam repentem a te, quae a seipsum paraffus erunt?* In Iob quoque dicitur: *Tenant tympanum, & citaram, & gaudent in fontium organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Porro gaudium sanctorum, est laetitia casta, laetitia sancta, exultatio in Deo. Neque enim de creatura concipitur, sed de creatore. Hoc Psalmsa considerans: *Laetificabis eum, inquit, in gaudio cum vultu tuo.* Quapropter nunquam potest esse gaudium verum, & in Deo, nisi sit tibi conscientia mundicia & integra. Omnia igitur si vis te accusent, omnia premant, sola sit con-

scientia
Mundu
cia, in
lumini
Est den
natur a
natur,
repor
viro de
quam
compu
que in
rij iudi
pura se
Quem
uertatur
ad genu
a, v d
men ne
regant
quis er
ta de pe
nam r
admir
iuitar
lubrite
de que
lugen
tra em
Peccat
ctorum
caza fu
mus q
nobis
que pe
norem
nem c
proxi
lia, qu
gnior
uis an
ploral
plang
eius a
quam
Tristit

VI

scientia libera, sola conscientia non te accuset, & esse potes semper lætus. Mundus, inquit, gaudebit, suo videlicet more, in rebus vanis, atque caducis, in vitiolis & noxijs, in impudicis & inhonestis. Vos autem contristabimini. Non omnis est tristitia laudabilis & bona, non omnis item mala. Est denique quedam tristitia, quæ in se nec bona est, nec mala, sed purè est naturalis, vtpote melancholica, ad quam homo vel suapte natura inclinat, vtsit tristis. Hæc tamen in sua natura non diu impermixta manere potest. Accedit enim mox, aut ad virtutem, aut ad vitium. Hæc tamen viro deo esse potest (si eadem bene voluerit uti, & moderatè admittat, quantum satis est, non vt inuito dominetur) salubre instrumentum ad compunctionem. Quod nisi fiat, trahetur paulatim in vitia (vt germinæ quæ inde oriuntur, satis indicabunt) iræ, inuidiæ, suspitionum, temerarij iudicij, acedix, & similibus: vt in desperationem & huiusmodi grauiam, quæ scrupulositatem, perplexitatemque præteritorum nimis molestat. Quemadmodum enim læticia naturalis, nisi labore & dedita opera conuertatur ad bonum, germinabit & vitia, vt sunt leuitates, ioci, risus, & alia id genus permulta, ita facit quoque tristitia. Naturalia enim nostra tamen, vt dixi, quatenus naturalia sunt, nec bona sunt, nec mala: ex innata tamen nobis corruptione: ex mala quoque consuetudine (nisi vigilantissimo regantur studio) insolescunt vehementer, declinantque ad malum. Quisquis ergo hanc in te passionem sentis, studeas ea ad tuam vt salutem. Cogitè de peccatis tuis, exerce te ad contritionem, simul tamen semper ad diuinam respiciens benignitatem: illam interim ama, illam prædica, illam admira, vt te assuefacias feliciter tristarî, quandoquidem ad tristitiam inuitaris ex inclinatione naturæ. Quare maximopere est curandum, vt salubriter tristeris. Est igitur tristitia alia sanctorum bona, lugere scilicet, de quo legendum est. Neque enim super omni est aduersitate miseriam lugendum. Quicquid contra Dei sit honorem, est lugendum, quicquid contra eiusdem sit, aut factum est beneplacitum, merito doleri, & plangi debet. Peccata igitur tam propria debemus lugere, quam aliena. Hæc tristitia sanctorum est. Nostra enim peccata nos separant à Deo. Plangenda igitur peccata sunt, tam propterea, & hoc præcipue, quia ex honorauimus, offendimusque Deum (ibi enim charitas operatur tristitiam) quam quia nocuimus nobis virtute, Dei gratia & felicitate nos spoliando. Propter aliena quoque peccata tristandum est, partim quod his offenditur Dominus, cui honorem super omnia tenemur zelari: partim, quod proximo compassionem debemus, qui sibi ipsi delinquendo damna intulit multa. Si enim proximo charitate impellente compatiendum est patienti damna corporalia, quanto magis est condolendum (cum anima multo sit, quam corpus dignior) pro damnis spiritualibus? Si pro sanitate corporali, aut re alia quantum amissa, cum proximo ploras, si felicitatem idem amisit æternam, non plorabis? Plangis, inquit Augustinus, mortuum, magis plange impium, plange infidelem: plangis quia corpus deseruit, & ab eodem recessit vita eius anima? magis plange, quia ab anima recesserit vita eius Deus. Itaque quum aut te, aut proximum tuum peccasse cognoscis, merito tristarîs. Tristantur iterum sancti ex consideratione defectuum suorum, pro-

Tristitia naturalis quæ sit.

Tristitia sanctorum bona quæ. I.

Augustin.

II.

omodo
c omnis
in dicit
oc pium
mim hic
es, sed
m in v
Deo non
e, quan
que filij
audierit
ca. Au
accumbit
refrige
in festi
his om
mi. Le
iunt bo
um San
mibus
cras, u
aut p
noscitur
es. Que
d dicit
sibi ip
re
iam u
i, inquit
do m
non po
ciunt
vna mu
are. Cu
aut ip
u lene
at. Pecc
Deo. Ne
combe
er m
ria m
a sit con
scite.

prizque infirmitatis toties experta. Eam ob rem cum nihil possint sibi bo-
ni confidere, lugent. Siue enim proposuerint, siue iurauerint etiam, non est
robur, non est virtus, non est constantia in voluntate hominis. Nisi enim
Deus te regat, nisi teneat, quid es? Inde igitur oritur tristitia, quod pro-
pter tuam mutabilitatem, propter tuam corruptionem, propter afflic-
tionem malam: propter infirmitatem tuam magnam, propter tentatio-
nem multiplicam, & propter pronitatem & inclinationem ad malum mi-
nis procliuem, semper habes timere, ne iterum cadas, ne Dei gratiam a-
mittas, ne tibi contingat, quod te sanctioribus, fortioribusque vides conti-
gisse. Expertus enim es te ipsum satis, quod nihil ausis tibi promittere, nihil
te possis consolari, ex tua bona voluntate, aut bono proposito, quo con-
stantem, perseverantemque te in bono inuentum iri confidas. Vide Apo-
stolorum ferè maximum Paulum non vno in loco contra seipsum conque-
stem (quod certè non risu, sed cum lachrymis putandus est facere) & dicitur
tem: *Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam velle adiacet mi-
hi: perficere autem non inuenio. Non enim quod bonum volo, hoc facio: sed quod uolo
malum, hoc ago. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Augusti-
nus quoque: *Terret me, inquit, vita mea, quia nisi sterilitas est in ea. Nam
dicit. Nunc hoc, nunc illud. Post hoc: Nec hoc, nec illud. Tercio, sinit
tristantur ex dubia discussione conscientie, quia nullam habent assicura-
tionem aut certitudinem, nisi eam quæ communiter omnibus est ex Chri-
sto, per spem nostræ redemptionis, quam cito tamen aut facilliter possumus
negligere, aut non uti. Nescit itaque homo, utrum amore an odio dignus
sit. Quandoquidem est via, quæ videtur homini recta, nouissima uero eum
ducunt ad interitum. Quarto, tristantur sancti compassione. Recolunt
enim Domini Iesu passionem, iniurias, persecutiones, dolores & mortem,
tandemque quod horum omnium ipsi causa eidem fuerint, dolent atque tri-
stantur. Si enim flagitiosis, & pro suis sceleribus patientibus compatimur,
quomodo virtuti ac studio pietatis deditis, aut propter pietatem innocenti
patientibus, quomodo, inquam, Domino nostro Iesu Christo, pro nobis,
non pro se patienti non compatiemur? Hoc igitur modo omnibus eius
membris etiam corporaliter infirmis compatiendum est. In huiusmodi
sancto luctu & tristitia fuit Dauid sanctus, faciens Psalmum illum quo-
quagesimum: *Miserere mei Deus, propter grauem offensionem Dei amo-
uendam, quam in adulterij reatu contraxerat. Luxit nihilominus ab ho-
num peccatum. Nam filij sui Absolonis, ex filio facti acerrimi persecuto-
ris mortem grauius luxit, non quod mortuus est, sed quia in peccatis gra-
uibus atque sceleribus mortuus est. Samuel luxit etiam regem Saulem
que ad diem mortis luxit, eo quod hunc inobedientem sibi Deus abiecerit.*
Est tristitia tertia, quæ noxia est & mala. Hæc est tædium in diuinis salubri-
tunquæ humanæ conuersationis. Hanc comitatur interdum desperatio.
Contra hanc tristitiam assumendus feruor, excitanda deuotio, & contra
suam quoque inclinationem introducenda frequentandaque sunt exercitia pie-
tatis. Sic enim tristis huiusmodi solus in melancholia sibi dimissus fuerit,
nisi puta valde fuerit eius conscientia, aut singularis protectio diuina, ad gra-
ue periculosumque facinus vix illum non tentabit inimicus. Vbi cumque iqueat
malis.*

Rom. 7.

Augustin.

III.

Ecl. 9.

Prou. 25.

III.

Psalm. 50.

2. Reg. 12.

2. Reg. 8.

3. Reg. 15.

Tristitia ma-
la quæ.

mala fuerit conscientia, ibi tristitia huiusmodi multo omnium maximè est periculosa. Horrendum est de huiusmodi tentationibus, quæ siue ex irregulari irrationabiliq; tristitia, siue ex ea tristitia, quæ facinorosa parit procedens vita nascuntur, loqui: ne hi qui solitariè viuunt, aut pusillanimes, aut melancholici & manici aliqua ex parte sunt, sibi ipsi cogitationes, periculatq; faciant delinquendi. Satis est Apostolum Paulum dixisse: *Secundum tristitia mortem operatur*, cum tamen alibi de penitentium tristitia gloriatur bona. *Si contristati*, inquit, *vos in epistola, non me penitet, sed gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam, contristati enim estis secundum Deum*. Est præterea tristitia mala, quæ oritur ex inuidia & torquetur felicitate aliena. Est etiam tristitia mala ex priuato amore, & ex immortificatione propria, aut quia aliquid fit, quod contra suam voluntatè, aut quod contra iudicium suum ac consiliū fit. Hoc modo contristatus fuit Achitophel, quia consiliū Cusi melius videbatur, & magis probabatur, quàm suum. Contra hanc tristitiam non sanius est consiliū, quàm mortificato proprio amore, mortificata omni propria ac sui ipsius quæstione Domino Deo se resignare, atque exeundo omnem proprietatem siue iudicij, siue consilij, siue voluntatis, paratum & resignatum se offerre id omne beneplacitū Dei. Hæc resignatio generat pacem & lætitiā cordis, malamq; omne propulsat tristitiam. Consultissimum proinde est, omni tempore esse resignatos, atque in omne Dei beneplacitum nos abnegemus, vt id quod tolerandū est, toleretur libenter propter Domini voluntatem, nostratq; voluntas in omnibus subijciatur Deo. Quando ergo tristitia super nos venit, memores simus promissionis Christi, qua dixit: *Mundus gaudebit vos autem contristabimini*. Quali diceret: Mundi est in presentiarum gaudere, quia dura nimis eos tristitia post hanc vitam obruet. Vos autem amici mei quos post hanc vitam læticia manet sempiterna, hic contristabimini, hoc est, tristitia patiemini, eritisq; tam pro vestris peccatis, & defectibus, quàm pro alienis gementes & afflicti. Sed tristitia tamen vestra vertetur in gaudium. Non in hoc solum quod terminabitur in æternam lætitiā futuram, sed quod etiam hic vertetur in gaudium, quo amici mei hic gaudeant in aduersis, latentur cum pro mea gloria passi fuerint, siquæ eis desideratum mei amore contristari. Hoc gaudiū centuplo est nobilius atque suauius gaudio mundano, quod gaudiij nomine indignum est. Hoc gaudium spiritus est in hoc exultantis, quod aliquid habet agere, patire, quo suum ostendat erga Deum amorem. Memor esto Davidis, persecutionem filij sui & maledictionem Semæi humiliter ferentis: quomodo nudis pedibus nudoq; capite incedebat fugiens & flets, quam humili ac resignato animo in eandem se submitit tribulationem, nec virum sibi maledicentem puniri cōsensit, sed de manu Dei omnia hæc sibi iuste intellexit euenire. Flebat, inquam, sed ex resignatione atque humillima sui ipsius submissione in illam tribulationem, quam suscepit patiens ac mitis, nec murmurauit, sed mente gauisus ac spiritu Deū laudauit. Hoc est ergo gaudiū, quod suis hic dat amicis Deus, vt licet tristitia ferat, in tristitia tamè nō sunt tristes, hoc est, grauati nō sunt, sed alacres & feruidi. Quibus non solum post hanc vitam, sed hic etiam tristitiam illorum vertit in gaudium Deus. In gaudiū inquæ, huiusmodi quod non auferetur,

1. Cor. 7.

Ibidem.

Alia tristitia mala quæ.

1. Reg. 17. Remediū aduersus tristitiam malam.

Ioh. 16.

1. Reg. 17.

Ibidem.

hoc est, quod hic quidē aliquo modo incipit, sed post hanc vitam perfectur. largietur id Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA III. POST OCTAVAS PASCHÆ: Epistola, I. Beati Iacobi Apostoli.

Dane datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genui non verbo veritatis, ut finis initium aliquid creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Propter quod abijcentes omnem immunditiam, & avaritiam malitiae, in mansuetudine suscipite in seipsum verbum, quod potest saluare animas vestras.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

Hoc ait nos Apostolus Iacobus ad veram nostri cognitionem & humilitatem, quæ cognoscamus nihil, quod à Deo non recepimus, quantumlibet sit illud, boni nos habere. *Quid enim habes, inquit Paulus, quod non accepisti?* Dicit igitur: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum. Quod Patrem dicit luminum, creatorem vult dicere Angelorum, qui lumina sunt regni cælestis & astra. Verum, quod dicit datum optimum & donum perfectum, dubium non est ubi optimum fuerit, ibi esse quocumque bonum & melius. Vbi perfectum, ibi esse aliquid etiam, quod minus fuerit perfectum. Dona igitur Dei cum varia sint ac multa, & in multiplici quoque differentia, omnia tamen quæ habemus bona à Deo nobis donata sunt. Sequitur. Apud quem non est vlla mutabilitas. Quicquid enim agit aut vult adeo est excellēter bonum, vtilius non possit esse, adeo stabilitas apud eum est pax, serenitasq; æterna, quæ nulla possit mutatione nulla præteritione suggestioneve, nulla denique vicissitudinis obumbratione perturbari. Neque enim propter merita nostra, sed gratuito & pro voluntatis suæ bonitate ac liberalitate nos regeneravit de tenebris ad lucem, in adoptionem filiorum Dei, verbo veritatis propter nos incarnato & nobis prædicato, ut simus initium, id est, principatum habentes, ac veluti primitiæ creature eius, utpote reliquis creaturis digniores & excellentiores. Scitis hæc omnia fratres mei dilectissimi, nempe ex Deo quicquid sumus, nos esse, & nobis per Osee à Domino dictum: *Perditatus ex te Israhel, ex me tamen auxilium tuum.* Scitis præterea qua dignatione vos regeneravit in filios adoptionis Deus. Quamobrem decet erga illum qui in nos contulit beneficia, esse nos, quomodo illi placeamus, & quomodo ei seruiamus, sollicitos. Sit igitur omnis homo velox ad audiendum quæ salutaria sunt, ut percipiat non quæ curiosa sunt, sed quæ audire necessario oportet. Sit autem tardus ad loquendum. Loquendo namque periclitatur homo, quam audiēdo citius. Parce igitur, & tarde, & ubi necessitas & utilitas exigat, est loquendum. Siquidem ubi innocētia damnatur, ubi negatur veritas, ubi vite opprimitur iustitia, non est tacendum. Alioqui in multiloquio occi-

2. Cor. 4.

1. Ios. 11.

Psalm. 10.

so 200

so non deest peccatum. Sit denique vnusquisque tardus ad iram. Vide tamen quia non dicit omnino non irascendum, sed tardos nos esse debere ad iram. Verum quantaxat ira aut seueritate vtamur, quando alia consilia aut remedia, quibus à peccato extrahendus peccator foret, inuare non possunt. Cur autem ad irascendum tardi esse debeamus, ratio est: Ira enim iustitiam Dei non operatur. Quare? Quia cum sit iustitia implere Dei mandata. (Implere vero Dei mandata, absque proximi charitate nemo possit. Charitati vero ita repugnat) recte dicitur iram non operari Dei iustitiam.

Propter quod abijcientes omnem immunditiam tam carnis quam spiritus, omniaque inquinamenta vestra, & abundantiam malicia, id est, tam prauitatem quae intus in animo est, & tunc abundat, quando in signa, in verba, in operaque foras erumpit, in mansuetudine, non in contentione aut disputatione, suscipite verbum quod à Christo in Apostolos & inde vobis innotuit, hoc est, seminatum aut plantatum est, quodd seruatura saluare potest animas vestras. *Beati enim qui audiuunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Luc 11.

EXEESIS EVANGELII EIVSDEM
Dominica, Ioannis XVI.

Collegerat sibi Dominus Iesus discipulos, per quos colligi quoque volebat plures alios, & per hos item alios: & hoc modo vsque in finem mundi est collecturus sibi discipulos, filios scilicet suae adoptionis, quos hic ministros postea vero ciues & cohaeredes regni sui, participesque beati tudinis suae constituit. Hos ab aeterno elegit, hos praedestinavit, hos vocauit, hos denique vt salui fiant, iustificat. Dicit enim alibi: *Vado ad Patrem, vt vbi sum ego, & illi sint mecum.* Et denuo: *Et vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Quando igitur vicinum in habitabat tempus quo per mortem abiret ad Patrem, qui miserat illum, de mundo, & quia non multo post erant cum in hac mortali specie discipuli deinceps non visuri, praedicit charissimis quos tunc habebat in mundo, suum recessum, quo non desperet eum sequi, esseque cum eo, vbicumque fuerit ille. Ad hoc inuitat suos, non solum Apostolos, verum nos etiam vt sequamur, promittens nobis consolatore atque ductorem, qui doceat & dirigat nos, spiritum sanctum. Dicit itaque.

Ephes. 1.

Rom. 8.

Ephes. 2.

Ioan. 17.

Ioan. 12.

Vado ad eum, qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis,

Quasi diceret Vos filioli mei qui de hoc mundo non estis, quia à me electi primùm, elegistis me sequi, vt vbi ego sum, ibi & vos sitis. Iam à vobis iuxta hanc formam visibilem recedo, qua haestenus me vidistis in hoc seculo. Non me, vt modò cernitis, post hac habebitis, non me ita videbitis semper. Vado autè quidè per passionem & mortem, paulo post verò per resurrectionem & ascensionem. Vado, inquam, ad Patrem, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Interrogauerat quidem ex me Petrus, dicens: Domine quo vadis? cum abiturum ad passionem paulo ante me indicarem. Cui respondi: Quo vado, non potes me sequi modo. Neque enim infirmitate adhuc grauari sequi me potestis, mortem propter me & mecum nunc excipien-

Ioan. 16.

Ioan. 14.

Ioan. 13.

BBB 4 cipient-

ciendo. Veniet tamen tempus quo aliquando postea sequamini, puta vel præcessero, & Spiritum sanctum, cuius virtute roboramini omnes, misero, iam verò de ascensione loquens mea, qua iturus sum in cælum, vobis dico hanc adeo vobis fore manifestam, vt nemo tunc sit futurus qui me, qua vadam interroget. Quomodo enim dubitaretis, aut quomodo interrogando aliquid disceretis, quod oculis ipsi tunc palam videbitis?

Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum, Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis vt ego vadam.

Ioan. 13.
Math. 10.
Luc. 16.
Ioan. 16.

Quia hæc quæ paulo ante prædixi, locutus sum vobis, puta ea quod post meum abitum persequetur vos, absque synagogis facient vos, eritisq; mundo adeo exosi, adeo abominabiles, vt quisquis interfecerit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo, tristitia impleuit cor vestrum. Putatis enim quod ex meo recessu manebitis prorsus desolati. Veruntamen tristitiam hanc à vobis pellite. Neque enim propter ea quod à vobis abeo, eritis miseriores, nec recipietis damna aliquid, sed potius commodi adferunt multum meus abitus. Nam licet inuiti tristesque id audiat, non possum tamen non dicere vobis veritatem, quod expedit etiam vobis vt vadam. Nam quamdiu vobiscum sum hic præsens corporaliter, neque Patris neque etiam mei veram capietis noticiam. Dulcis est vobis mea præsentia corporalis, quare vt filij ad matrem ad me in omnibus curritis, nihil intermitten-tes discentes rogare Patrem in Spiritu, nec ad cælestia & ad Patrem vestrum vos orando erigitis, sed ad me tantummodo, quomodo ad hominem homines, curritis confugitisq;. Expedit igitur vobis vt hæc forma serui, quam sensualiter diligitis, auferatur à vobis, ne semper lacte isto contenti infantes maneatis.

Hebr. 1.
1. Petri. 2.

Sic enim non abiero, paracletus non veniet ad vos.

1. Cor. 1.

Nisi abiero à vobis, nisi in qua requiescitis, carnalem meam vobis præsentiam subtraxero, paracletus non veniet ad vos. Quamdiu carnaliter me esuritis, tamdiu spiritus capaces non estis. Apostoli in Christi præsentia corporali toti quiescebant, & in illum omnem sui transferebant curam gaudentes in suavissima illius allocutione, conuersatione & eruditione. Volebat autem Dominus Iesus eos habere perfectiores, ne secundum humanitatem tantum se amarent, & in hac sociali conuersatione fiderent sibi, hoc est, Christo: sed (vt factum est, post eius ascensionem) discerent recurrere ad Deum, suas ibi necessitates & sollicitudines offerentes, orantesq; crescerent in spiritu. Voluit eos fieri ambiguos in agendis, recurrere ad Deum, sese illi commendare, illi fidere, illum rogare, ab illo exaudiri, atque Christum quoque non, vt ante, carnaliter cognoscere, hoc est, secundum carnem, sed spiritualiter. Erat enim Christus dulcis, mitis, benignus, amabilis, secundum humanam conuersationem, iuxta humanum modum amandi illum suavissimè diligebant Apostoli, illiq; inhærebant: quare altius se ad puriorem diuinitatis contemplationem erigere non poterant. Eam ob rem dixit, quod verum erat necessarium fore vt illis Christus sub specie sub-

trahatur humana, vt iam non secundum carnem, sed secundum spiritum cognoscerent ac diligerent Christum, non tanquam hominem, sed tanquam Deum. Sed videndum hic, si Christi visibilis aspectus, eiusque conuersatio quamlibet sancta, tamen adhuc humana, erat Apostolis occasio, qua impedirentur recipere Spiritum sanctum, quomodo non impediet nos vel proprius amor, & aut naturalis aut sensualis erga creaturas, quo minus spirituales efficiamur. Si inquam, vt verbis diui vtat Bernardi, Apostoli carni diuini adherendo eius quæ sancti sanctorum erat, Spiritu sancto repleti non poterant, quid tu qui carni tuæ quæ sordidissima est, ita conglutinatust, vis recipere Spiritum sanctum? Delicata certe est diuina consolatio, nec datur admittentibus alienana. Sed dicit quis: Christus non potuit Spiritum sanctum dare in his terris? Potuit quidem, sicut & in die Paschæ fecit, sed non decuit vt in illa plenitudine daret, qua dedit in die Pentecostes. Nam circa Apostolos obstabat impedimentum, quodeorum erga Christum amor, quam ambularet inter eos, erat sensualis quodammodo, idcirco minus capax ad recipiendum Spiritum sanctum, præsertim in ea plenitudine, qua post Domini ascensionem illum receperunt. Decebat quoque vt non daret Spiritum sanctum Dominus Iesus, nisi passione consummata post resurrectionem, cum iam sederet Christus in sede regni. Quomodo enim daret Apostolis Spiritum sanctum nondum fuso sanguine quo erant redimendi ac adoprandi? Sequitur itaque:

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

Hocest, faciam vos spiritualiter viuere, & de me veram fidem habere.

Cognoscenda hic est gratia Domini nostri Iesu Christi, & pro magno est beneficio habendum, si quando terrenas nostras consolationes nobis admittit, si delinquendi tollit occasiones. Videmus namque quanta sit malitia nostra, quanta delinquendi pronitas. Heu quantum fallimur, & cupientes de mundo aliquid habere, & spiritu nihil amittere. Certe mundus & caro

hic in regione sua versantur: Spiritus autem hic peregrè conuersatur. Non est hic eius patria. Quare cum tres habeat hostes, puta dæmonem, carnem, mundum, & horum quibus extra diuinam protectionem, quam spiritus, fit

validior, quando iam vbi tres hic domi sunt, vbi roborentur tanquam in regno suo, spiritui aduersantur, quæ spes, nisi diuina adesset & gratia & protectio, spiritui esset victoriæ? Roborat autem Deus spiritum vt hostes hostes in ipsorum proprio regno contere & prosternere valeat, modò sibi ipsi non desit. Aufert enim occasiones vnde caro insolescit, mittit infirmitates, persecutiones, captiuitates, passionisque, quibus carnis atteritur petulantia. Subiugat hunc hostem spiritui. Viribus enim exhausta caro affligit, quid rebellare potest? Deinde alium hostem eneruat, quo spiritus confortetur. Nam paupertatem & contemptum dans homini, quo vana gloria superbiat prosternatur, quid aliud facit, quam vt mundum faciat spiritui subiugari, aut (vt verius loquar) vt faciat à spiritu mundum contemni? Si itaque hac commoditate vt voluerit spiritus, vt ea quæ sibi in sui erectionem Deus administrauerit, ipse quoque in robur sui conuertat, facile duobus his hostibus præualebit. Quibus certe euictis non haberet hostis tertius diabolus, quo læderet spiritum, carne subiugata, mundoque spreto. Vtitur enim

CCC

enim

enim ille in carnis suis ex carne & mundo, quibus impugnare aut fallere spiritum molitur. Nos verò cum deberemus omni vigilantia corpora nostra mortificare, cum omnia quæ sunt mundi, à nobis, id est, ex animo nostro deberemus proficere, sumus amatores carnis nostræ & mundi, blandimur carni, & mundus nobis blanditur: ideo manemus semper in pugna, nunquam victores. Manet nobis nostra infirmitas, nec nobis ipsi vim inferre possumus. Ceterum quomodo gratias non agemus Deo nostro, si ipse, licet per tristissima quæque, nobis, hoc est, spiritui subiugat carnem, mundumque reddet à nobis alienum? Et quid interea magis sperare nobis licet, quam ut subiugatis & in captiuitatem redactis his, Spiritus sanctus detur nobis? Cōsultissimum igitur est Deo semper resignatum esse eius se providentiæ committere, de eius manu cuncta suscipere, & quicquid ille super te permiserit, vtilissimum credere. Certissimum namque est adipisci posse neminem perfectionem, qui in delictis vivit, qui carnis & creaturarum amore tenetur, & qui in externo adhuc homine moratur. Omnino vitæ interiori viuat hominem necesse est, quisquis ad perfectionem anhelaerit. Est enim interna vita pijs omnibus adeo necessaria, ut sine illa spiritualis vita nec esse, nec possit amari. Impossibile est quoque vni absterere, qui multis intendit.

Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia verò, quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Infidelitas
quale sit peccatum.

Hebr. 10.

De qua iustitia arguendus sit mundus.

De quo iudicio arguendus sit mundus.

De tribus arguet mundum Spiritus sanctus. Primo arguet de peccato infidelitatis hoc est, de omnibus peccatis. Nominando enim cunctorum peccatorum radicem & scaturiginem, infidelitatem. scilicet omnia nominat peccata. Neque enim vllum peccatum deleri potest, aut non argui, vbi est infidelitas. *S. ne fide in impossibile est placere Deo.* Et quamdiu infidelitas manet, omnia peccata manent. Quia, inquit, non crediderunt in me. Non credendo autem omnia eorum peccata manent super eos. Secundo arguet mundum de iustitia, non de iustitia quam homines sunt mundani operati, sed de iustitia Christi, quam videntem non sunt imitati. Christus enim docens eos iustitiam, hoc est, iuste viuere, non est auditus. In hoc accens manifestata est Christi iustitia eiusque prædicatio esse vera, quoniam si iniquus esset propheta. Modus verò iustus inuenitur, quia ad calum accendi, gloriosus. Potest etiam dici mundum argui, de iustitia credentium, quos noluerunt impij imitari credendo aut bene viuendo, sed magis despicere & ridere. Arguet tertio mundum de iudicio, quod non expauerunt, cum ex principe suo diabolo iam merito discerent, quantum timere deberent, quem vident iam iudicatum. Vnde suum æque habent expectare iudicium cum illo.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare.

VI

remodo. Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Adhuc multa habeo vobis dicere de credendis, de regimine Ecclesie, de mysterijs docendis atque tradendis, de statu futuri seculi, & de consummatione seculi. Verum non potestis portare modum. Estis enim inepti, pleni tristitia & formidine ad audiendum. Accedit quod quamdiu vobis non est eruditio necessaria, parum attenditis. Veniet tempus cum ego vobis subtractus fuero, tunc in vos intrabunt ambiguitates, orienturq; in cordibus vestris questiones, quibus soluendis necessarium erit, vt vobis adfit Spiritus sanctus, qui est Spiritus veritatis, hoc est, doctor & fons veritatis, & ille tunc docebit vos omnem veritatem. Nec sua tantum, nec à Patre & à me dif-

Recessus Christi cur fuerit occultatus

Matth. 10. Lucz 10.

formia, sed eadem, & quæ tam Pater quàm ego docemus, docebit. Pro his igitur omnibus necessarium est vt vadam, pro vobis patiar, vos redimam, vobis resurgam, coram vobis in caelum ascendam, indeq; Spiritum vobis sanctum mittam, qui vos illuminet, confortet, dirigat, mundumq; arguat, hoc est, vos impleat, vobisque scientiam, animum & discretionem arguendi mundum tribuat. Vos enim estis, per quos mundum arguet Spiritus sanctus. Quapropter ante vobis dixi non timere aut præmeditando auxiliari quid loquamini. Dabitur enim vobis Spiritus, dabitur vobis os & sapientia, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij vestri. Ad obtinendum igitur Spiritum sanctum & nos charissimi ad interna confugi-tes, & delicta nostra lugentes viuamus casti, pij, simplices, & tam ab omni affectione mala puri, quàm ab inutili occupatione liberi.

Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet lo-

quetur, & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.

Quomodo Spiritus sanctus non est à semetipso, sed à Patre & Filio, ita quoque potestatem, scientiam, & quicquid habet suscipit à Patre & Filio. Dicitur igitur. Non enim loquetur à semetipso hoc est, non vos illuminabit per allocutionem internam virtute ac scientia non recepta, sed à Patre & Filioq; sibi communicata. Caue tamen ne putes propterea minorem Spiritum sanctum quàm Patrem & Filium, quoniam sanctæ Trinitatis vna est natura, vna essentia, vna virtus, vnaq; potestas. Loquetur vobis, id est, Ecclesie. Quæ enim hic de Spiritu sancto promittit, non solum Apostolis, sed vniuersæ Ecclesie promittit, cui vsque in finem mundi loquetur per inspirationem, quæcunq; audiuit à Patre & Filio ab æterno processione suæ à Patre & Filio. Nunquam igitur deseret Ecclesiam suam cui inter ambigua reuelat veritatem. Nec dubitandum est de eius veritate, quandoquidem non alia quàm Pater & Filius loquitur. Spiritus verò malignus ex proprio loquitur, quia quicquid loquitur, ex mendacio loquitur, qui est mendacij pater. Et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Ostendit Apostolos futuros prophetas. Nonne Apostolo Ioanni, imo in eo vniuersæ Ecclesie futura (quæ Apocalypsis eius testatur) annuntiata sunt? Quàm multa item Petro & alijs Apostolis, puta de vocatione & purificatione gentium, de nouissimo quoque temporibus reuelata sunt? Quàm multa denique Paulo de vltimo aduentu Christi, de Antichristo, de iudicio, de cæna quoque Domi-

Sancti spiritus diuinitas & inuestitas & æqualitas cum Patre & Filio.

Ioan. 8. prophete vt fuerint Apostoli. 1. Pet. 1. 1. Pet. 2. 1. Theff. 4. Rom. 2. 1. Corin. 13.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nica, & ritu Eucharistiam sumendi reuelauit Spiritus sanctus? Aliaque alij multa, quæ non scribendo, sed loquendo nobis tradita sunt, & per successorem antecessorum nostrorum ad nos vsque venerunt.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi. Quia de meo accipiet, & annunciat vobis.

Spiritus sanctus Christum clarificauit (quomodo de eo hic Christus pradicat) implens Apostolos, disertosque eos faciens, vt absque timore loquerentur, in eius nomine signa facerent & miracula, quibus Euangelicæ eius prædicationi & diuinitati attestarentur. Ille, inquit, de meo accipiet, essentiam & sapientiam bonitatemque à me procedendo eandem habens, & annunciat vobis, pura omnia quæ vobis, scitu necessaria sunt, quæ ad regimen pertinent Ecclesiæ. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Eadem enim & ipse habeo, quia nobis vna est essentia, vna Deitas, & vna natura. Cum igitur ab vtroque procedat Spiritus sanctus, dixi propterea, quod ille de meo recipiet, & annunciat vobis. Itaque charissimi, vt sua præsentia nos dignetur Spiritus sanctus, simus puri & immaculati corde, & casti corpore viuentes in dilectione & obedientia Domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO I. DE EADEM DOMINICA.

Qua sit Christi via ad hominem, hominisque rursus ad Deum.

Vado ad eum qui misit me, Ioannis XVI. Nulli dubium esse potest missum esse Dominum ad oues, quæ perierunt domus Israel, ac minime ambiguum, Saluatorem in mundum venisse ad saluandos eos omnes, quotquot vel ex gente Iudæorum vel paganorum prædestinati sunt ad vitam. Cur enim venit medicus, nisi vt sanet ægrotos? Cur venit Saluator, nisi vt saluet, eos scilicet qui pereunt? Missus igitur est Dominus in mundum Saluator, non vt iudicet mundum, sed vt saluet mundum per ipsum. Veni vt saluum faciat populum suum à peccatis eorum. Itaque ad nos venit Christus, & propter nos venit, vt se ad nos reduceret. Nusquam nobis bene est, nisi cum illo. Nulla enim res esse quæta potest nisi finem ad quem creata est, & quem naturali instinctu quærit, ad præra fuerit. Cum finis itaque sit hominis esse cum Deo, non satiabitur vnquam, quamdiu cum illo non fuerit. Christus autem misericordissimus videns hominem suo priuari sine, nec posse hunc obtinere eundem, quo ad Deum suum perueniat, venit ipse ad hominem, vt hunc doceret modum & viam veniendi ad Deum. Ostendit ei viuentem modum in seipso, quem imitetur qui cupit seruari. Nec viam modumque sequendi solum ostendit, sed iuvat præterea infirmitatem nostram, allicere volentes, ducit euntes, excitat nolentes, titubantes regit ac tenet, hæsitantes trahit. Postremo seipsum exhibens viam, Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Videamus igitur quo iuit. Illuc enim tendere nos oportet, si volumus sequi. Nempe ad Patrem iuit, ibi inuenimus eam. Sed quomodo dicis, illuc perueniemus? Certè ambulando eius vias,

vias, quas nobis præmonstravit. Ab his haudquaquam recedendum est no-
 bis. Scrutemur igitur quæ sint viæ eius, & interrogemus de semitis eius.
 Viæ enim eius, viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ. Prima itaque est viæ
 Christi mundicia & puritas. *Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macu-
 la.* Proinde non ambulat nisi vias mundas, & nemo illum sequitur, nisi qui
 munda graditur viæ. Nam *viæ eius sancta vocabitur*, & alienus non transibit
 per eam, sed ambulabunt per eam qui liberati & redempti fuerint à Domi-
 no. Ergo immundus & luxuriosus non sequitur Christum. Qui peccata
 sua non lauat lachrymis, qui peccata sua non odit ac detestatur, qui non
 confitetur, qui non erubescit, qui non damnat & qui se corrigere non sta-
 nit, non ambulat post Christum. Quicumque enim huiusmodi est, adhuc
 in sordibus est. Qui item delinquendi præuaricandique habet propositum,
 non sequitur Christum. Qui obscenis quoque vltro oblectatur cogitatio-
 nibus, non sequitur Christum. Quem ergo sequitur, non sequens Christum?
 Eum scilicet, qui obscenis omnibus delectatur spurcitijs, scilicet diabo-
 lum. Neque enim alia est viæ, nisi hæc duæ, quarum altera post Christum,
 altera post diabolum respicit. Gloriatur enim & diabolus suos se habere a-
 micos, sui imitatores, & quidem habet valde multos. Est enim immunditiæ
 amator diabolus. Idcirco se mitti rogavit in porcos. Diligamus nos mun-
 ditiam, sanctimoniam, castitatem & puritatem cordis. *Beati enim mundo*
terre, quoniam ipsi non solum post Christum ambulabunt, sed etiam *Deum*
ipsi videbunt. Videbunt, quia sequuti Christum munditiam cordis dilexe-
 runt. Obserua tamen diligenter, quod nominat munditiam cordis. Siqui-
 dem exterior corporis munditia nihil profusus facit ad sanctitatem, tamen
 ad vanitatem conferat plurimum. Certè qui pollutum cor gerit sub ex-
 terna munditia externoque cultu corporis, similis est (quomodo Phari-
 saeos Christus comparat) sepulchro dealbato. Non tamen de his hic lo-
 quor, qui tentationes carnales, immundasve cogitationes sustinent inuiti,
 siue id in carne, siue in corde tantum agatur. Quamdiu enim resistunt,
 quamdiu non acquiescunt delectationibus seu peccatorum, seu cogitatio-
 num, que non ex solo actu cogitandi, sed ex rebus oriuntur cogitatis, quam-
 diu vel tentationibus vel tentationum importunitate tædioque resistendi
 non vincuntur, vt iam repugnare desistant, nihil habent damnationis, quia
 labor & pressura in resistendo, hoc est, in defendendo se, ne consentiant sci-
 licet, tollit vulnera lauia. Maximè autem eadem sanar charitas, quæ con-
 flictum pugnamque hanc sustinet propter Deum. Consolare igitur, quif-
 quis in pugna versaris contra huiusmodi carnis insultus, aut contra cor-
 dis obscenas phantasias, quas pateris inuitus. Quicquid enim in cogitatio-
 ne voluerit, quicquid sentiatur in carne, quamdiu repugnas, quamdiu non
 tanquam victus ac consentiens non cessas repugnare, nulla est tibi damna-
 tio. Displicet quod improbè se ingerit rationi, rationalisque voluntas ab
 illo dissentiat, quicquid etiam appetitus sensitivus qui non est voluntas ra-
 tionis, optet, & erit virtutis exercitium, non exterminium. Potest fieri vt
 leuia quædam peccata in prælio hoc, seu vulnera parua contrahantur: cha-
 ritas tamen quæ pugnam pugnaque pressuram pro virtute, & ne Deum of-
 fundas, sustines, cito hoc absorbet, teste Gersono, Ad Elisabeth quoque de
 CCC 3 Scho-

Vix Christi
 quæ sint.
 Prou. 5.

Puritas
 Christi viæ
 que sit.
 Sapient. 7.
 Esaiæ 53.

Puritati Chri-
 sti quinam
 repugnent.

Matth. 8.
 Matth. 5.

Matth. 23.

Cogitatio-
 nes obscenæ
 quando non
 nocent ani-
 mæ.

Ioannes
 Gerson.

VI



Schonaugia virginem reuelationibus claram angelus in libro viarum Dei interrogatus, pro his qui non sponte carnis stimulos experiuntur in tentatione, & molestè ferunt ardorem, qui corporis sui munditiæ aduersatur, nulla tamen repugnatione hunc prævalent euitare, an illis hoc reperitur in peccatum? loquens, responder: Si molestè ferunt tentamenta huiusmodi, neque animo eis consentiunt, leuiore poenitentia culpæ suæ quam sic contrahunt, veniam consequentur, & magnam mercedem adipiscentes. Cuiusdam etiam graui carnis tentatione impugnato, virgine hac pro eo suscitante, Angelus respondit: Gaudium fit ei, non tamen sine tristitia, pro eo quod Dominus tale ei aliquid imponere dignatus est, per quod ad mercedem magnam præparatur, Non fit tamen sine tristitia, quia in tali tentatione non omnino culpa euitatur. Hæc ibi. Vides igitur quia in huiusmodi tentationibus, etsi culpæ leuiusque vulnera contrahantur, quæ hominem humiliant, fabricatur tamen nihilominus hæc patienti, & in agone pugnantem coronam magna pro labore & pressura, quam impugnatus resistendo & assidendo sese pertulit, quæ leuia illa vulnera cooperiat? Hæc dico, vt nemo ex pusillanimitate, aut resistendi tardio, seu desperatione victoriæ à pugna desistat, victumque sese hostibus nequissimis tradat. Secundo, Christus ambulauit viam charitatis. Siquidem sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum unigenitum daret. vt omnis qui credit in illum, non peccet, sed habeat vitam æternam. Propter nimiam etiam charitatem suam qua dilexit nos Deus, misit Deus Filium suum in similitudine carnis peccati. Itaque charitas est via, qua Christus ad nos venit, qua etiam ad Patrem rediit. Ad nos enim tanquam ad Filios, infirmitatibus nostris condolens, descendit, quos cupit sanare. Ad Patrem quem infinita charitate diligit, & diligitur, rediit. Sicut enim testis Ambrosio) sine via nullus peruenit quo tendit, ita sine charitate nemo ambulare potest ad Deum, Quamobrem dixi charitatem esse viam, qua & ad nos Deus, & nos ad Deum imus. Hortatur autem nos Dominus Iesus propterea tam frequenter ad dilectionem, quod sciat, discereque nos velit, præ omnibus esse nobis necessariam charitatem, nec vllam esse posse virtutem, nullum posse impleri præceptum absque charitate, quomodo neque charitas consistere potest absque obseruantia Dei mandatorum. Manete, inquit, in dilectione. Itemque: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego præcepta Patris mei seruauis, & maneo in dilectione eius. Itemque: Si diligitis me, mandata mea seruate. Qui mandata mea seruat, hic est qui diligit me. Nemo autem præcepta seruare potest Christi, nisi qui diligit Christum. Neque enim actum illum solum corporis & externum expetit Deus, sed viuentem charitate internum, qui ad sui honorem & beneplacitum fiat. Sine autem charitate non potest impleri Christi præceptum. Tertio sicut Christus viam poenitentis, quemadmodum Apostolus dixit: Nonne oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam? Hanc viam vt ambulemus, commendauit etiam nobis & exemplo & præcepto: Intrate per angustam portam, quia lata est & uia, que ducit ad perditionem. Ecce iterum: Quam angusta est porta, & & uia, que ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Videte modo, uersus pene mundum quam spaciosam ambulet viam, nemoque per angustam contendat portam intrare. Sunt qui magis vocari quam uolunt esse Euangeli-

Tentationes carnales quod dominus accedant.

Charitas Christi via que fuerit. Ioan. 1. Ephes. 2. Charitatis via que uocatur.

Ambros.

Ioan. 1. Ibidem. Ioan. 14. Ibidem.

Poenitentis Christi via que fuerit.

Lucas 14

Matth. 7. Ibidem. Lucas 13.

gelici est def... vi, m... bus a... gelica... sores... frequ... uerit... Siqui... inbet... ve iub... iuberi... irrita... Christi... am, se... bus, Si... tal Ob... bedien... que su... ciliam... Si Eccl... vorum... viator... tatis, i... tem do... truis, i... ris, q... Iple ne... mus, I... Iple ef... gno, C... Christi... ta: pa... pallio... lallice... Aposto... diam si... bus ob... qui me... prope... sum n... trem... sequar... rogat... nemo... sulit,

VI

geli. Nam si esse vellent, quare hic non sunt Euangelici? An Euangelium est desiderijs carnis indulgere, nemini obedire, suæ voluntatis petulantia vei, nulli petenti tribuere, aliena rapere, fratrem contumelijs & irrisionibus afficere, diuinas prohibere laudes, Ecclesia ieiunia temerare? Si Euangelica sunt hæc, tunc iuxta Lutherum hæc Euangelica sunt, cuius sunt imitatores qui carnem sequuntur, de spiritu loquuntur tantum, in quorum ore frequens est nomen Euangelij & verbum Dei: porro ab eorum vita in vniuersum abest, quippe quæ cum Euangelio CHRISTI ex diametro pugnat. Siquidem Christus qui se dicit viam, veritatem & vitam, omni petenti se iubet tribuere: ei item, qui auferre vult pallium, adeo vult non repugnari, vt iubeat non prohibere tunicam quoque: & cadenti te in maxillam vnam iuberis præbere nihilominus alteram, Proximos adeo noluit irrideri aut irritari, vt odientes etiam ac inimicos mandet diligere, ijsquæ benefacere. Christus obediuit Patri, cum venisse se dicat non vt voluntatem faciat suam, sed Patris sui: obediuit matri, dum subditus scribitur fuisse parentibus. Subdidit se quoque Cæsari, tributum & didragma soluens. Quid multa? Obediuit legi, obediuit in passione & tortoribus & iudici, mansit quæ obediens vsque ad mortem. Hæretici nostri neque prælatis Ecclesiasticis, neque summo pontifici, atque adeo ne Ecclesiæ quidem vel propter se in concilio vocandæ parere volunt, quamuis in Euangelio vel inuiti audiant: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi quasi ethnicus & publicanus.* Via itaque hæreticorum nostri æui, lata ac nimis est spaciosa, quo verò hæc perduxerit suos viatores, paulo post miseri videbunt. Quarto, Christus iuit viam pauperitatis, sicut ipse de se testatur: *Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinat.* Vide iam tu qui palatia tibi extruis, qui ædes amplas habens, angustaris, qui Christianus propterea dicitur, quod vias imiteris Christi quomodo tua vita conformis est Christo? Ipse non habuit quo caput suum reclinet, & te nisi multa habeas palatia, domus, licet sumptuosa, angustat. Hæcine vita est arcta quæ ducit ad vitam? Ipse esurit & sitit, & tu crapulam ructuas? Ipse nudus propter te pendet in ligno, & tu serico & preciosis vestiris? Habet ergo Christus multos qui Christi nomine gloriantur, paucissimos verò qui Christi gloriantur vita: pauciores qui Christi cruce gloriantur, hoc est, qui Christi optent passionibus conformari. Reuelato itaque, quo Christus iret, ad Patrem scilicet, de hoc quod tam pauci se sequerentur, penè est admiratus, cum Apostoli non interrogarent eum quo iret. Quapropter in Apostolis quosdam figuratos intelligens, quos ignauia accediaque foret obsessura, quibus obijcit negligentiam minimumquæ amorem: *Vado ad eum* inquit, *qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quov idu?* Quasi nobis omnibus impropere diceret: *Ego in mundum veni, & quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.* Omni tempore quo hic fui, nihil aliud ago, quam ad Patrem vado, ad Patrem vos duco, & in meipso vobis viam monstro, vt me sequamini, mecum ambuletis: & tamen nemo vestrum est, qui me interroget quo vadam, hoc est, nemo est vestrum qui de vijs virtutis interroget, nemo sollicitus est, vt exploret qua sit via eundem ad Patrem, nemo me consulit, nemo sciificatur, quomodo sit ambulandum, ne deuietur, ne aberretur.

Lutherus imitatores quales habeat.

Ioan. 14.

Lucæ 6.

Matth. 5.

Ibidem.

Lucæ 6.

Ioan. 6.

Lucæ 11.

Matth. 17.

Philip. 2.

Matth. 18.

Matth. 8.

Lucæ 9.

Pauperitatis Christi via quanta sit.

Matth. 7.

Matth. 11. 29.

Ioan. 16.

Ioan. 9.



Omnes volunt esse vbi ego sum, veruntamen non omnes ambulare volunt, vbi ego ambulo. Quamobrem minime nobis satis est esse Christianos, non satis audiuisse Euangelium, nisi & iuxta Christi vitam viuendo Euangelioque obediendo Christianos nos esse ostendamus. Sit igitur fili omne studium nostrum, vt Christi imitemur vitam, mortificemus desideria nostra. Quæ Superbiendi, inuidendi, stomachandi, comessandi, ludendi, inebriandi, ridendi, fabulandi. Sit vita nostra iugis compunctio perpetuaque oratio. Viuendum in continuo gemitu pro delictis nostris quotidianis, nihilominus tamen in spe diuinæ miserationis quiescendum. Pandenda quoque sunt lachrymæ, sed non quæ amarificent, non quæ perturbent, non quæ pusillanimitatem nutriant: sed potius quæ nutriant alacritatem, foueant amorem, omnemque mœrorem propellent. Tristandum quidem de peccato, sed exultandum multo amplius de diuina bonitate, de eius misericordia, de eius quoque benignitate, inquam sperantes, quotquot boni sumus voluntatis, non possumus ab ipso falli, nec possumus seduci, reddente nobis etiam vltra quam sperare possumus, diuina misericordia quæ promittit. Cui sit laus, honor & benedictio in secula seculorum, Amen.

SERMO II. DE EADEM DOMINICA.

Quam varius Spiritus sancto arguendi sit modus.

Quum autem venerit ille, scilicet Spiritus veritatis, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, Ioannis XVI. Promiserat Apostolus nobisque omnibus Christus daturum se Spiritum sanctum. Cuius receptio quum fiat nobis occulta, voluit tamen Dominus Iesus eatenus nobis fore illam quasi per signa quædam manifestam, vt in nobis inueniantur, quæ solet in eorum cordibus, quæ inhabitat Spiritus sanctus, operari. Quæ, inquis, operatur Spiritus sanctus in cordibus, quæ inhabitat? Ipse arguit mundum de peccato, de iustitia & de iudicio. Vide ne in te sit mundus, Si vanitates, si rumores seculi, si gaudia pereuntia, si fabulationes & iocos diligis (vt peccata grauius taceam, quibus cum nihil commercij habere potest Spiritus sanctus) in te haud dubium est mundus. Si deinde voluntate veris propria, non prorsus resignatus Deo, sed pro te ipso zelaris, Dei honorem non fitiens, nec purè quærens illum, per amorem proprium, in te est mundus, quia tu ipse pro quo zelaris, & quem in te ipso amas, est in hac parte immundus. Itaque si iam in te non sentis Spiritum sanctum hæc arguentem, si quietus & tranquillus viuis, & defectus tuos conscientia tua dissimulans tolerat, si non iudicium in te sentis asperissimum atque amarissimum signum est in te non esse Spiritum sanctum. Quoniam si esset, procul dubio monstraret tibi exorbitantias tuas, ostenderet defectus, improperaret negligetias, exprobraret ingratitude, ante oculosque tuos poneret omnia delicta, pro his te reprehenderet, iudicaret, damnaret: nihilominus ad sperandum quoque erigeret, consolaretur & illuminaret.

Inter hæc tamen sciendum, mille defectus non adeo esse graues periculososque homini bonæ voluntatis, qui propter eisdem animum suum discruciat, affligit, & seipsum dijudicans plangit, impugnat, punitque in seipso, quam vnus de huiusmodi defectus homini est negligenti, non timorati, &c.

Desideria
quæ qui mor-
tificanda.

Ioan. 16.
Mundus
quando fit in
nobis.

Defectus
quinam mi-
nus periculi
habent.

VI

& ei quem non iudicat arguitq; conscientia eius, hoc est, quem non arguit Spiritus sanctus. Et ferè omnes, quorquor mundo viuunt homines, & qui iuxta naturam suam viuunt, hoc est, ea quæ conueniunt eidem, indulgent studiose, de hac reprehensione nesciunt interna. Ideo neque absque periculo viuunt, neque sine periculo moriuntur. Sciendum præterea, non vno modo Deum arguere mundum. Aliquando enim arguit inspirando, & quasi intus nobis loquendo, durè increpans & accusans nos aut negligentia, aut transgressionis, aut duplicitatis, aut impuritatis. Aliquando arguit signo, pura, dum alios peccatores castigans te admonet, vt confestim te corrigas, antequam censura sua diuina ad te perueniat, quam in proximo tuo iam vides. Exemplo namque aliorum te terret atque emendat. Vides cædi, vides submergi innocentiores, corrige te, quia iustus tibi hæc vltio quam illi euenisset. Quapropter Augustinus super Psalmo CXLVIII. disputans: Quare (inquit) aliquando percutiunt fulmina montem, & non percutiunt latronem? Quia fortè adhuc latronis conuersionem quærit, & ideo percutitur mons qui non timet, vt mutetur homo qui timet aliquando. Et tu quum das disciplinam, terram feris, vt infans expauescat. Et Deus aliquando ferit, & quem vult hominem. Sed dicis mihi. Ecce cædit innocentiores, & dimittit sceleratorem. Noli mirari. Vnde cunq; mors pio bona est. Vnde autem scis illi sceleratiori, si se mutare noluerit, quid poenarum in occulto seruetur? Nonne mallent fulmine incendij potius interire, quibus in fine dicitur: *Ita maledicti in ignem æternum?* Corrigit igitur Deus signo, quippe qui peccatorem aut iustum puniens, alium interim magis vitiosum terret vt compungatur, corrigat se & diuinam vltionem, quam in proximo vidit, euadat. Tertio arguit flagello, hoc est, tribulatione, anxietate, infirmitate, paupertate, & alijs id genus aduersitatibus. His enim mundi amatoribus vias præcludit, atque spinis sepit, vt sua desideria aut non possint obtinere, aut non valeant perficere. Impedit enim conatus malos & iratus flagellat filium quem recipit, quo faciat meliorem. Solent enim sæpe numero calamitates & ærumnæ ad mentem reducere demerita sua, nimirum causas patiendi cælestisq; vindictæ, quibus miseri se agnoscant, agnoscentes infelicitatem & infelicitatis suæ causam redeant in se, & ex se, vbi nullam inueniunt consolationem, confugiunt ad Deum. Habemus exemplum in filijs Iacob, qui fratrem suum Ioseph ex inuidia vendiderunt in Aegyptum, patriq; eius seni illum à fera pessima deuoratum mentiti sunt. Cuius facinoris nunquam tamè poenituerunt, nisi quando idem Ioseph frater eorum in Aegyptum venditus, ac post à rege exaltatus, in fame constitutos fratres eosdem, quos ipse non agnitus ab eis agnoscebat, tribulatione sicca inuoluit. In qua dum sic essent obstricti, vt exitum desperarent, inter se dixerunt, memores facinoris quod in fratrem suum Ioseph olim commiserat: *Merito hac patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. En sanguis eius requiritur.* Videat, cui placet, in Genesi. Hoc tantum nunc dico, quod calamitates & miseræ sunt castigationes & flagella, quibus arguitur mundus, hoc est, aut mundus, id est, mundi amicus de peccatis arguitur: aut mundus arguitur, qui plus æquo in cordibus etiam iustorum amatur. Obijcitur enim à Spi-

Inspiratio-
ne quæ em
Spiritus sanctus arguit.

Signo quo-
modo Spi-
ritus sanctus arguat.

August.

Math. 25.

Flagello
quando Spi-
ritus sanctus arguat.

Hebr. 12.

Gen. 37.

Gen. 41. 42.

DDD - ritu

ritu sancto viro timentem Deum, vbi plus hzserit, plus amauerit, plus im-
plicatus fuerit, quam par est mundo, culpa eius, idque per modum humili-
ationis & improprietatis, qua sibi culpa de se agitur ac reuelatur. Est quon-
dam modus arguendi, quo arguit Deus beneficio. Legimus de multis, qui con-
sideratione nimiorum beneficiorum Dei ex facinorosa & pestilenti via
conuersi ad Deum redierunt. Dum enim in peccatis constituti, hoc ipsum
quo Christum, quantum in ipsis erat, denuo crucifigebant, expendere,
quam turpiter, quamque ingratis ac nequiter agerent contra Deum, qui eis
minime iuxta peccata sua, sed misericordissime respiciens, cumulatim quo-
tidie beneficijs & dilectionis suae indicijs fovebat, displicuit illis vita pro-
pria, ceperunt suam ingratitude malitiamque detestari, accusare, ag-
guere, flere, punire, mutare, & pie viuere: nimirum haec intra se agere ar-
genteque Spiritu sancto. Potest tamen aliter intelligi, quod Spiritus sanctus
arguet mundum de peccato, quia eos quorum corda oblidet & implet,
fortes constantesque facit, vt pro veritate non timeant loqui, pro iustitia
non metuant se potentibus opponere, iniquitatem denique non palpat,
sed reprehendere damnareque audeant. Ad hoc autem, dum Dei electos ido-
neos facit praedicatores Spiritus sanctus, vt audeant arguere mundum,
mundique minas rideant acque ac promissa, Spiritus sanctus dicitur arguere
mundum: quia per electorum suorum verba loquitur, per eorum con-
sultationes excitat, docet, roborat, & perducit ad finem beatum. Quando
igitur correptio fraterna debitis sit circumstantijs ex charitate, operatur
eam Spiritus sanctus. Neque enim fructuosa erit correptio in corde delin-
quentis, nisi operante eam Spiritu sancto. Non igitur debent leuiter fieri
correptiones. Quas tamen qui faciunt, tam praelati quam proximi, cau-
ent eos quos corripiunt, iudicare, hoc est, contemnere, aut se in animo delin-
quentibus praefere, aut certe sibi videri se meliores. Potest quidem
praelatus subditum vt iudex, & iuxta inuenta delicta iudicare, iusto tamen
modo: sed non debet in animo eum quem iudicat, contemnere, & peccato-
rem iudicare. Sperandus enim est per gratiam aut resuscitatus, aut magis
resuscitandus. Porro quibus ex officio discutere & aliena peccata iudicare
non incumbit, caueant vllam iudicare rem omnino, nisi euidentissimum
agnouerint id esse mortale peccatum. Hic enim nemo debet malum dicere
bonum. Est tamen compatiendum fratri, est etiam in eum pie excusanda
delinquentis. Hinc interdum Spiritus sanctus, in cuiuspiam mente ho-
bitans, delinquentem arguit in lenitate charitatis & benignitatis per ho-
minem: idque tempore non quocumque, sed eo quo correptionis sperant
fructus. Est enim interdum aut in corripiente, aut in delincente impo-
nendum, quare correptio inutilis fit in delincente, qui non omni tempo-
re ad agnoscendam culpam, ad correptionis ruborem, ad compunctionem
denique est idoneus, nec omni tempore aeque patiens. Expectandum igitur
tempus, quo vtilissime fiat. In arguente est quoque nonnunquam impedi-
mentum, quod correptionis salubrem excludit finem, puta ira, inuidia aut
odium. Siquidem vbi ex ira & verbis aut asperioribus aut amarioribus cor-
reptio videtur procedere, impatienti hac animo toleratur. Propterea re-
bet Paulus in spiritu lenitatis arguere propter fratris infirmitatem, & se-
ipsum

Beneficio
quomodo ar-
guat Spiritus
sanctus.

Quomodo
arguet mun-
dum Spiritus
sanctus de
peccato.

Correptio-
nes quomodo
debeant fieri.

Est. 5.

Correptio-
nes quomodo
debeant fieri.

Galat. 6.

VI

ipsum obseruare, ne displicentia, superbia, aut fastuoso supercilio ad infirmiorum quempiam spernendum iudicandumve tentetur. Deinde obseruandum, si correctio etiam austerioribus egeat verbis, vt cum ira (sunt enim interdum delinquentes duri, inciuiles, desides ac ignaui, quos benignitas minus mouet) hanc fieri oporteat, non tamen conuenit, vt prodeat ex ira. Scriptum est namque: *Est correctio men lax in ore sentumeliosi.* Mendax dicitur correctio, quando non querit aut non obtinet finem debitum (quæ est emendatio) cuius gratia correctio fit. Non ergo maledictionibus, exasperationibus, exprobrationibusve contumeliosis fiat correctio, quia vt quidam sanctorum dixit: Non alius alium eiecit diabolus, hoc est, nemo vitio aut passioni, ira, odij, inuidia, superbiaeve subditus, potest huic passioni seruiendo, hoc aut aliud vitium in proximo sanare, maxime si de huiusmodi fuerit apud corrigendum vitio notatus. Tunc enim per parua sequitur ex correptione sanitas & ædificatio. Debet ergo correctio prodire ex charitate & pietate, nec propterea qui corripitur, est æstimandus vilior, nec verbis probroffis tractandus, vnde in cordibus vilipendatur aliorum, aut vnde exspectetur magis. Si quidem alienum à vero est, medico pro vno vulnere curando tria alia insigere. Ad correptionem hanc obligantur prelati, quam interdum eis non licet intermittere, tamen si apud delinquentem correptionis fructum minimum sperent. Oportet enim non solum propter delinquentis emendationem correptionem fieri, sed etiam propter censuram disciplinæ & reipublicæ salutem, ne veniæ facilitas & dissimulatio alijs quoque incitium præbeat delinquendi. Debent, inquam, correptiones ab his, quibus ex officio incumbit fieri, ne hi qui sani adhuc sunt, contagione inquinentur peccantium, dum quod non vident corrigi, ipsi quoque præsumunt imitari. Ideo Apostolus: *Peccantes, inquit, coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant.* Beati tamen quibus hæc cura commissa non est. Qui omnia simplici oculo intuentur, qui boni consulunt omnia, quia ex sui mortificatione detractionem aut derisionem malunt sustinere, quam aliquem verbo aut contristare, aut in contentionem trahere: Itaque dixi Spiritum sanctum per eos quos implet arguere mundum, hoc est, peccatores, arguere etiã quos inhabitat: & hoc de peccato. Semper enim repugnat peccato, & nullã pacem finit delinquentibus Spiritus sanctus. Si perperam aliquid agens mox vulneraris & si propterea lætionẽ sentiens doles, si dolens penites, si denique penitens omnino cauenda similia statuis: nec in minimo quiescere potes, donec te Deus liberet à peccato, signum est bonam Spiritus sancti inhabitantis. Secundo arguit mundum de iustitia. Omnes iustitiæ nostræ quid sunt, nisi pannus menstruatus, & abominationes apud Deum? Arguit itaque nos de iustitiæ impuritate, insufficientia & imperfectione. Qui in suis iustitijs, operibus, exercitijsve sibi placent, eademque tantum faciunt, vt ne illa (quæ tamen, arbitraria sunt) propria sua intermittant, negligunt charitatis, obedientiæ & necessitatis opera, neque bonum, neque vtile salutareve existimantes quicquam præter ea, quæ sibi vtilia statuerunt. In his hominibus parum proficere potest Spiritus sanctus, quia immortificati seipso Deo non relinquunt, nec Deo aliter quam iuxta consuetudinem, quam sibi ipsis statuerunt, seruire volunt. Arguit tertio Spiritus sanctus mundum de iudicio. De quo iudicio? De hoc, quod quando as-

Eccle. 19.

1. Tim. 5.

Esaie 64. De iustitia quomodo arguit mundum Spiritus sanctus.

De iudicio

DDD 2 alius

guat mundum Spiritus sanctus.

1. Cor. 11.

alius alium temerè iudicat, nemo seipsum. Nostros enim defectus catus, entes præterimus, in aliorum errata iusto plus oculati. Et hoc est quod grande adfert impedimentum nobis & deuotionis & charitatis. Abstine igitur (per Deum vos obsecro) à iudicio alieno. Qui iudicare vult, seipsum iudicet. Si suspiciones & phantasiæ opinionum iniquarum renitentibus & nolentibus inciderint, nolite eas confirmare, nolite recipere, abijcite. Incidisse non nocet, modo displiceant, modo reijciantur, modo eis non consentiatur. Habeat Dei seruus quasi in pacto ac fœdere cum Deo, neminem velle iudicare. Hoc est, assuescat firmam de nemine sententiam admittere, tenere, definire, aut pro vero concludere, esse eum malum, reprobum, aut letaliter peccasse. Huiusmodi, inquam, iudicium in cor serui Dei nunquam veniat. In huiusmodi cogitatione nihil vnquam concludendum, sed iudicio relinquendum diuino. Piè timere possumus, compati debemus, prudenter quæ exhortari proximos, non autem eos iudicare, hoc est eorum animos: sunt eorum euidentia crimina, quæ videmus mala, non laudanda, sed damnanda sint. Hoc si fecerimus, magna nobis semper erit pax & tranquillitas in cordibus nostris. Ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA III. POST OCTAVAS PASCHÆ: quæ dicitur Dominica rogationum.
Epistola, B. Iacobi, Cap. I.



Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparatur iur vivo consideranti vultum naturæ suæ in speculo. Considerat enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem rem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in factis suis erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens eum suum, huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

IN hæc tempora respexisse putandus est Apostolus Iacobus, quando hæc scripsit epistolam. Siquidem passim iam omnes scripturas legere videntur, adeo ut arator quoque & faber in lingua habeat vernacula, quod ex scripturis legat. Quamuis autem legere cupiant omnes, audireque verbum Dei videantur, nulla tamen recipitur apud illos deuotio, nulla charitas: nec ideo legunt, ut eadem faciant. Studium igitur hoc hominum vanitatem, curiositatemque habet, non charitatem. Nam si haberet charitatem, non foret illa ociosa, sed operaretur ea, quæ didicit Dei esse mandata Deo: ve beneplacita, inuenirentur quæ ibi fructus spiritus, non opera carnis. Dicit itaque: Estote factores verbi diuini, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, quasi sufficiat audiuisset verbum Dei, aut saluaret fides in mortua

aciformis, puta credere Christum sic docuisse, vbi tamen nihil aliud sequitur. Non enim, vt Paulus ait, *auditores legis iusti sunt apud Deū, sed factores legis iustificabuntur.* Et à Christo dicitur, *Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui & non fecit, plagis & vulsibus multus.* Et idem hic Iacobus: *Scienti bonum & non facienti peccatum est illi.* Sequitur: Quia si quis auditor est verbi, & non factor diuinæ iussionis, comparabitur homini, vultum suum corporalem intuenti in speculo, cuius dum contemplatur similitudinem, seu imaginē, mox postquam abierit, oblitus est, qualis fuerit. Nam huiusmodi contemplatio corporalis, quemadmodum est vana, & infructuosa, ita vanum est quoque audire diuinam scripturam, audire verbum Dei, eiusque præcepta, & opere nihil horum implere, nihil inde fieri meliorem. Qui autem perspexerit se in lege perfecta, perfectæ libertatis, & tam ipsam legem, quam seipsum, hoc est, suam imperfectiōnem, atque dissimilitudinem ad legem Euangelicam comparans, penitus perstrauerit, atque in huiusmodi legis meditatione per manserit, esuriens & sitiens iustitiam, non obliuiosus auditor, sed, opere, quod lex iubet Euangelica, executor factus, hic beatus in opere suo erit. Vide quia hic legem Euangelicam ad differentiam legis antiquæ vocat legem libertatis. Profecto non aliam ob rem, quam quia lex Euangelica est lex charitatis & gratiæ, qua sponte, liberatque voluntate seruitur Deo. Lex enim vetus timoris erat, quæ cogebat per pœnas. Quapropter, vt Apostolus ait, ad perfectum nihil ducebat. Euangelica verò lex, vt dictum est, veræ libertatis, aut perfectæ libertatis. Quod Apostolus confirmat Romanis scribens: *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis.* Vbi autem iste spiritus, ibi & libertas: qua libertate Christus nos liberauit. Vide præterea quomodo Lutheranos præuidens Iacobus, tam manifestè explicet, quam velit dicere libertatem Euangelicam, non eorum, qui libertate abutuntur in occasionem carnis, serui miseræ corruptionis & peccati. Quorum libertas non Christiana est, sed prorsus impia omnique seruitute humana abiectior, turpiorque. Ideo dicit Iacobus, non obliuiosus auditor, sed factor operis. Qui legem Euangelicam perspicit, & se tanquam in speculo videns, atque iuxta legem tanquam ad normam se viuendi cõponens, propter mundi curas non mox iterum fuerit legis oblitus, sed legem in se viuendo expresserit, hic beatus in facto suo erit: non propterea quod legem audierit, sed quod moribus in se eam præstiterit. Proinde Saluator: *Si hæc scitis, inquit, beati eritis, si feceritis ea.* Vult autem præterea ostendere, non vsquequaque religiosum quemuis dicendum, quamuis legē videatur seruare perfectæ libertatis, nisi etiam linguā suam ab impudico, à turpi, à detractorio, contumelioso, & ab omni malo verbo refrænauerit. Propterea sequitur: Si quis putat se religiosum esse, aut Dei seruum deuotum, non refrænans linguam suam à mendacijs, periurijs, alijsque malis sermonibus, frustra se religiosum putat, seducens cor suum, ne videat periculum suum, atque peccatum. Quare huius vana est religio? quia non operatur ei salutem. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem nostrum cælestem hæc est: Visitare pupillos & viduas, vt pote parentū, aut maritorum solatio orbatos in tribulatione eorum, eosdemque consolari, iuuare, atque pro virili per opera misericordiæ illis succurrere. Quidam Christi

Roman. 2.

Luc. 12.

Iacob. 1.

Hebr. 7.

Roman. 8.

Galat. 4.
Lutheranos
libertas quæ
lib. sit.

Ioan. 15.

Matth. 23.

lius quoque suadens: *Quicquid inquit, vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Et nihilo minus immaculatū se custodire ab hoc seculo, hoc est, cauere hominum vitiosorum, ac mundi amicorum corruptiones, quæ mundi sum, ea non appetere, neminemque scandalizare.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM
Dominica, Ioannis XVI.

Ineffabilis est Dei bonitas, quæ non solum dona sua nobis largitur, sed offert etiam, imo hortatur ut petamus, simul promittens, si quid petierimus Patrem in ipsius nomine, dabit nobis Pater. Iuber autem ut petamus, quia delectat eum nobis bene facere, delectat cum seipsum nobis & sua dona communicare. Posset quidem dare nobis non rogatus, sed non expedit nobis, ut omnia recipiamus non orantes, quia indignis, ac quasi iniustis dona sua largiretur. Quamobrem vult rogari, non ob aliud, quam ut desiderio nostro excitato, dignè accipiamus, quæ ipse præsto est nobis dare. Dicit ergo:

Amen amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Psal. 111.

Quod Christus nos hortatur ad petendum, promittitque nos non gratis esse petituros, sed desiderijs nostris, si tamen iusta fuerint, hoc est, si hiis circumstantijs fuerint vallata, quæ infra dicentur, se satisfacturum non alia huius est ratio, quam quod bonus est, & in æternum misericordia eius. Deligit enim nos, & nobis dare vult non solum sua dona, verum etiam se ipsum. Quod ut non minus iuste, quam misericorditer faciat, vult rogari à nobis. Est enim non tam misericordia, quam iustitiæ potissimum, liberalissimum, ditissimum, atque clementissimum munus dare oranti, quomodo iustissimum quoque est, egenum, miserum, atque orantem à diuine exaudiri. Deus autem cum sit æque iustus & misericors quomodo non facit iustitiam sine misericordia, ita nec misericordiam facit, nisi cum iustitia. Quantæ autem sit misericordia, quærere etiam & constituere sibi occasiones miserendi, atque facere sibi causam, propter quam sibi congruat iuste misereri, vos filij expendite. Hoc namque loco id ipsum nobis omnibus generatim facit, ut interim taceam, quæ cum hominibus multis agit singulariter. Nam suadet nobis, ut orantes petamus, hoc est, ut ad miserandum, & iuste dandum ipsam cogamus. *Dives est namque in misericordia in omnes, qui inuocant illum: neque pauperior vbi dederit, neque vbi negauerit, dicitur.* Quamobrem ne gratis nos rogasse, & nihil accepisse causemur, adiunxit iuramentum, Amen amen. Quo verbo utitur, ac si diceret: Verè verè, aut in veritate ita dico vobis. Voluit enim hoc iurandi modo seuros reddere nos, & confidentiam nostram excitare, ac credere impossibile futurum, ut quicquam salutiferum, aut saltem salutem, & profectui nostro spirituali non contrarium nobis negetur. Quantum enim confidimus, tantum impetramus: ideo non solum ut oremus nos inuitat, sed etiam ut fiduciam habeamus. Fiducia enim est, quæ impetrat à Deo. Quapropter postulet, inquit Iacobus, in fide nihil hæsitans. Quid autem nos vermiculi auderemus petere, quid

Ephos. 1.

Iacob. 1.

quid auderemus præsumere petendo, nisi Dominus ipse maiestatis nobis mandaret, dicens: *Petite & accipietis*, simulque iuraret nobis daturum Patrem, quicquid in nomine Filij peteremus? Dicit itaque:

Amen amen dico vobis. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ac si diceret: Verè, verè dico vobis: Si quid petieritis Patrem meum in nomine meo, hoc est, si quid per me rogaueritis Patrem, audiet vos Pater. Adlocutum enim me habebitis apud Patrem, & Mediatorem. Pater dabit vobis quæcumque rogatis illum in nomine meo. Spiritus sanctus paracletus reget, diriget & consolabitur vos, Ego autem ero mediator, faciamque ut quicquid in nomine meo petieritis, fiat vobis. In nomine, inquit, meo, id est, secundum nomen meum. Non potest autem quid in nomine meo rectè peti, quod non petitur ad salutem. Iesus enim nomen mihi est, quod Saluator aut salutare dicitur. Non igitur rectè Saluator diceret, si contra rationem salutis exaudiret. Præbet autem aliunde quoque orandi fiduciam, cum dicit: *Petite & accipietis*, ut gaudium vestrum sit plenum. Ac si diceret: *Petite, ut vestrum gaudium sit plenum, & accipietis.* Gaudium in hac vita nunquam est plenum, sed *satiabor* (inquit Psalmista) *cum apparuerit gloria eius.* Illud igitur gaudium petite, quod plenum sit, quod omnia satiet desideria vestra, quod omni vos bono repleat, gaudium quod nemo tollat à vobis, quod nunquam inuenitur alibi, quam in Deo, & in æterna beatitudine. His autem verbis inferre nobis nititur spem, fiduciamque petendi minora, quando iubet perfectissima petere. Minora sunt autem omnia æterna beatitudine. Quando igitur beatitudinem dandam promittit, atque petendam iubet, quod non faceret, nisi exaudiret: quanto magis credendum est, nos pro minoribus ab illo exaudiendos? Tantum abest, ut præsumptionis, si ab eo vel grandia peteremus, arguamur. Tertio erigit fiduciam addens & hæc: *Ipse enim Pater amat vos.* Quasi diceret: Haudquaquam ad petendum segnes vos esse conuenit, quandoquidem Pater ipse meus amat vos: Amor autem eius non sinit eum, ut grauatè ferat si rogetur imo hoc vobis potius persuadeatis, quod nihil sit vobis negaturus cum amet vos. Quid diffiditis amanti? *Sic enim dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret vobis*, in vestra redemptionis præcium, *ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Quomodo ergo non omnia vobis donabit cum illo? Itaque amor Patris causa est, quare nihil, quod tamen saluiferum sit, vobis neget. Securi igitur petitis, securi confiditis, quando amantem rogatis, quando amanti, qui imponere vobis nescit, confiditis.

Verum redeamus ad ordinem verborum: Si quid petieritis Patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Inculcare vult eis, quicquid impetrare velint esse petendum in sui nomine, sese mediatorem inter Patrem & eos constituisse, se mediatorè agnosci cupiens adeo necessarium, ut dicat: *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Nemo quoque possit impetrare quicquam à Deo, nisi per nomen suum. Neque enim sub cælo aliud nomen datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, quam nomen nobis Iesu. Non tamen putandum est in hoc literalis nomine, tametsi suauissimum sit in pronuncian- do, hoc est, in quingulis literis, tantam inesse virtutem, sed in eo, cuius est hoc nomen. Quapropter cum in nomine Iesu petimus, per eum petimus

In nomine
Iesu petere
quid sit.

Lucæ 22.
Matth. 9.
Ioan. 19.
Marc. 5.
Lucæ 25.

cuius est hoc nomen, puta qui propter nos est incarnatus, captus, flagellatus, crucifixus & mortuus. Vult igitur Dominus Iesus dicere: Qui petit in nomine meo, hoc est, qui petit per virtutem, ac merita passionis mex, virtutumq; mearum, exaudietur. Hinc manauit nobis ecclesiastica ista orandi regula, vt omnes fere orationes ecclesiasticæ concludantur: Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, hoc est, per virtutem & merita Domini nostri Iesu Christi.

Vsq; modò non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Apostoli huc vsque nihil petisse dicuntur in nomine Iesu, quod bifariam potest intelligi. Primò, vel quòd nihil rogarunt Apostoli in nomine Iesu. Multa quidem petierunt, non tamen in nomine Iesu ea petierunt, quia nesciebant ita petendum. Neque enim fidem habuerunt satis explicitam de Christo, adeo vt quem credebant Dei Filium, intelligerent etiam eundem esse Dei & hominum mediatorem, aut vt crederent iphus nomen orationis nostræ oportere esse vehiculum, quo pertingerent ad Deum. Secundo potest intelligi, quod cum gaudium perfectæ beatitudinis rogare debuissent, nõ petierunt, quod vel ad cõparatione huius beatitudinis esse posset aliquod. Quicquid enim extra beatitudinem petitur nihil petitur: quia in cõparatione beatitudinis, omnia alia corã eo sunt quasi non sint, & quasi nihilum & inane reputata sunt. Petite, inquit, vt gaudium vestrum sit plenum, & accipietis. In quo autem gaudium nostrum plenum esse poterit, nisi vt veniamus & appareamus ante faciem Dei? gaudium nanque mundi, gaudium quod de creatura non de creatore percipitur, est vanum, incertum & deceptorium. *Risum nanque*, inquit Ecclesiastes, *reputat sui errorem: gaudio dicit: Quid frustra deciperis?* Intelliguntur propterea ex verbis Domini his: Petite vt gaudium vestrum sit plenum, ea petenda, quæ ad Dei visionem conducunt, in qua sola gaudij est plenitudo. Neque enim omnia quæ petimus promittuntur exaudienda, sed ea quæ sub certis conditionibus indicantur petenda. Cum enim dicit: Quicquid petieritis, subauditur, pro vobis, hoc est, vnusquisque pro se petens exaudietur, non tamen pari modo audietur semper pro alio petens. Contingit sapenúmero eum, pro quo tu petis, non esse conuersum ad Deum, aut indignum ineptumque qui recipiat. Contingit illum duro quoque esse corde, vt ipse qui pro se non precetur, nec optet sibi bonum. Contingit denique illum obicem sibi ponere, ne exaudiri pro illo oratio facta queat, puta quòd in actu aut voluntate sit letaliter peccandi. Vnde scriptum est: *Inquit, acem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Est alia conditio, vt oratio perseveret. Habemus parabolam de eo, quem cum suis pueris in cubile receptum, amicus quidam fatigat pro panibus sibi accommodandis, & negantem improbitate perseverantiæ suæ, vt surgat, & det sibi quotquot habet necessarios, vincit. Sic Deo nostra importunitas, atque improba perseverantia adeo placet, vt vinci se patiatur ac cogi. At verò quomodo is exaudiendus, qui postquam orauerit, iterum à suo proposito labitur, vel non credens se exaudiendum, vel acediosus non vult redire ad orationem? Quomodo, inquam, Deus perseverabit audiendo, quan-

Eccl. 40.

Psalm. 41.

Eccl. 3.

Orationi conditiones necessariæ quæ.

Lucæ 11.

quando tu interim non perseueras orando? Desideria quandoque vtiliter differuntur & preces, antequam exaudiuntur, idque propterea, vt ipsa dilatio magis accendat desiderium. Nam si dilatio desideria sancta non crescant, desideria nunquam fuerunt. Tertia est conditio, vt ea quae petuntur, pie petantur ex habitu pietatis, aut vt ordinantur ea ad pietatem & religionem, vt scilicet propterea petantur, scilicet orantis intentio, vt placeatur Deo. Sic quoque id quod petitur de horum numero, quae Deo placent.

Quarta est conditio, vt res quae petitur sit saluti necessaria. Neque enim omnia quae nobis necessaria non sunt, quamuis petantur à Deo, tribuuntur: sed tamen ne frustra orecur, dabit nobis Dominus alia, quae magis salutaria, & nobis sunt meliora. Multa nanque petuntur, quae non exaudiri est maioris misericordia, & salubrius negantur, quam exaudiri ab eo, qui quam Pater nos plus diligit. Quod nobis à Christo non taceatur, vbi dicitur: *Si ergo vos cum estis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se?* Atque ideo quae certo non sunt necessaria, sub conditione sunt petenda, hoc est, si placeant Deo. Quid enim prodest, scit medicus, non aegrotus. Est quinta conditio, quae oratione ornat, humilitas. Quanto enim oraueris humiliter, tanto citius & perfectius exaudieris. Haec autem humilitas in hoc manifestatur, quod orantis mens in vera sui cognitione, atque in sui annihilatione fundata est, atque nihil se meruisse, nisi poenas & damnationem sciens in sola Dei miseratione nititur, *quoniam bona, & quoniam in aeternum misericordia eius.* Hoc nanque modo recte oratur in nomine Iesu, quando & petitur, & speratur hoc ex ipso solo, cuius gratia ipse nomen sibi elegit Saluatoris, hoc est, quando verè agnoscimus nihil nobis boni deberi ex nostris, sed ex ipsius meritis. Opera enim nostra si bona sunt, ideo bona sunt, quia ipse, vt scriptura refert, eadem operatus est in nobis. Non igitur nostra, sed sua in nobis opera coronat. Nempe ea quae in nobis & nobiscum, hoc est, cum assensu arbitrii nostri, non sine nobis operatur. Sexta debet esse conditio, vt sit attenda. *Populus inquit, his labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.* Quapropter si aeternam vitam (inquit, Gregorius magnus) ore petimus, non tamen corde desideramus, clamantes tacemus. Et e converso, si corde petimus, si lites clamamus. Ita enim Mosi quoque dictum est: *Quid clamas ad me? cum tamen Moses fileret ore, mente tamen orabat.* Est postremo omnium maximè necessaria fiducia impetrandi. Quocirca tam saepe Dominus, vel excitat, vel laudat fidem orantium. Verbi gratia. Paralytico dixit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata.* Item in Marco cuidam: *Si poteris, inquit, crede, omnia possibilia sunt credenti.* Et sapius: *Fides tua te saluum fecit.* Et: *Sicut crederis, fiat tibi.* Multum nanque ad impetrandum prodest fides. Ideo beatus Iacobus orantem hortatur, dicens: *Postulet autem in fide, nihil habitans.* Sequitur:

Haec in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis.

Quae hic prouerbia dicit, non de his tantum verbis, quae modo in hoc sermone

EEE

sermone

sermone ultimo post cœnam locutus est, intelligitur, verum de omnibus eius sermonibus prioribus atque operibus, quandoquidem Christi opera non minus, atque eius nobis verba loquuntur. Vocantur autem proverbia sermones obscuri & impliciti, quibus tectum aliquid, aut opertum significatur. Dicit itaque: Omnia quæ hætenus docui, hæc tanquam in proverbibus locutus sum, in quibus non nihil later quod manifestè non dicitur, sed ceu clam intelligitur. Verum nunc venit hora, atque nunc instat post resurrectionem (Tunc enim aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas) aut post Spiritus sancti missionem, quando spiritus veritatis eos docebit omnia, palam de Patre meo annuntiabo vobis.

In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.

In illo die in nomine meo petetis, cuius vsque modò nesciistis virtutem & efficaciam, adeo hætenus nihil petistis in nomine meo. Tunc autem petetis, postquam Spiritus paraclætus inducet vos in omnem veritatem. Tunc enim intelligetis me in Patre, & Patrem in me: tunc me verum Deum & Patrem adorabitis, & inuocabitis æquè vt Patrem. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis, hoc est, illo die non rogabo Patrem. Neque enim tunc erit necesse. Ipsi enim eritis idonei rogare Patrem in nomine meo, vt meo tunc intercessu non egeatis. Quod tamen sic intelligitur, non vt Christus sit interpellans pro nobis, quomodo dicit Ioannes: Aduocatam habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, sed quia est etiam cum Patre exaudiens. Quod Apostoli primo intellexerant tunc, quando palam de Patre eius annuntiaturus erat.

Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.

Non ita intelligendum est, nos ideo à Patre amari, quia amamus Christum. Neque enim fides, aut amor noster causa est, quare diligimur, sed ediuerso potius nos Deum ideo amamus, quia ipse prior dilexit nos, & nobis vult bonum hoc, quod est amare Christum. Elegit enim nos ante mundi constitutionem quemadmodum ipse dicit quoque: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*. Ipse enim Pater amat vos, quia me amatis. Quam exceditis ab amore meo, etiam decideris ab amore Patris. Quamuis enim amor Patris quo vos diligit, sit causa quare me amatis: amor tamen vester quo me diligitis, signum est, quod vos Pater amet.

Exiui à Patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus tibi, vt quis te interroget.

Exiui à Patre & veni in mundum. Humiliaui me ipsum formam serui accipiens, & in mundo esse cepi, secundum humanam naturam, quæ ante non fueram. (Hoc enim est in mundum, veni) iterum relinquo mundum, & vado

Lucæ 24.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Eph. 1.

Ioan. 15.

Philip. 2.

& vado ad Patrem, humanam naturam caelis inuehens. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis, quomodo alijs solebas dicere temporibus. Credebant Apostoli à Deo uenisse Christum ac missum, sed de eius generatione, qua à Patre exisset, nondum plene nouerant, nisi modo, propterea dicunt palam eum nunc loqui. Et quia quod ante uolebatur in cordibus eorum ambiguum, ipse eis dixerat: dicunt ei non opus esse, ut quis eum interroget. Nouit enim uel non interrogatus omnia quae ego cogito, quod me scandalizat, aut in quibus haesito, & potest me non interrogantem ab omni dubio liberum & informatum redde-
re. Ignorantiam enim meam agnoscit. Est tamen mihi opus, ut interro- gem Christum, si scire uolero, hoc est, si eruditione sua me non praeue- nerit.

In hoc credimus, quia à Deo existi.

Quare nunc tandem credunt Apostoli Christum à Deo exisse? Fortasse quia illis non interrogantibus, audire tamen cupientibus reuelauit, & satisfecit Christus dubijs eorum. Dei enim solius est mentium secreta cog- noscere, & tacitis auditorum cogitationibus occurrere. In hoc itaque ex- perimento probamus te à Patre exisse, qui cum Patre omnia secreta cor- dium peruestigas, cuius oculis omnia sunt nuda & aperta. Cum quo & Spi- ritu sancto Dominus ipse Iesus sit benedictus in secula, Amen. Hebr. 4.

SERMO DE EADEM DOMINICA.

Quomodo sit in Iesu nomine rogandum: sancti uel sint inuocandi: de ipsorum ueneratione & praconio: item Deum cum sit immutabilis, quomodo exaudiat.

Amen amen dico uobis: Si quid Patrem petierit in nomine meo, dabit uobis. Io- annis XVI. Quàm necessaria sit nobis feruens, continuatq; ad Deum oratio, docet nos infirmitas atque multijuga nostra ignorantia. Ex- perimur quotidie, quanta sit nostra imbecillitas in tentationibus, quanta de- sideria in operando, quanta ad uirtutes tepiditas, quanta in concupiscendo malitia, quanta denique ad omnem malum pronitas nostra, ut interim ta- ceam pericula, aduersitates, metus & infirmitates, quibus undique circun- damur & iactamur quotidie. Postremo, quis enumeret quas hostium frau- des & insidias patimur, aduersus quas nulla ex nobis ipsis est uictoria, nul- la potentia ad resistendum? Hæc omnia ad obtinendum salutis portum no- bis difficultatem ostendunt, qui non aliter in hac uita, atque in mari ma- gno, inter procellosas tempestates, nauigamus. Est tamen una nobis reli- cta consolatio, sicut rex Iosaphat dicebat: Quum nesciamus quid agere de- beamus, hoc nobis residuum est, ut manus nostras ad Deum leuemus, hoc Para. 20.
est, ut ad Patrem nostrum tanquam in hoc exilio orphani suspirantes con- fugiamus, ipsum orantes, & nostri curam illi committentes. Nemini est autem formidandum, ne ad se fugientem repellat abijciatur Deus, qui est refugium pauperum, adiutor in tribulatione, nec timendum ut nolite nos audire, quando quidem se exauditurum promittit, dicens: Amen amen di- co uobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. Clarè hic
EEE 2 docet

docet nos Dominus, quomodo & in eius nomine, hoc est, in cuius meriti interpositione sit nobis rogandus. Nempe in ipsius nomine, in nomine Iesu, in nomine Saluatoris. Vnde enim aliter nobis emanaret saluferum quid, quam à Saluatore. Nō igitur in nomine tuo, non in nomine meo, non in meritis tuis, est rogandus Pater: sed in nomine dilecti Filij eius, hoc est, vili li opponamus vitā, passionem, virtutes & merita eius. Inuocemus super nos eius sanguinem & mortem. Quod vbi fecerimus, non potest nobis negare Pater quicquam. Quare? Quia non potest negare Filio suo quicquam, cuius videlicet in nobis insignia passionis, cuius videt supra nos merita, cuius denique videt supra nos inuocatum nomen. Per hunc enim non solum rogamus eum, sed etiam compellimus. Verūm dicis, quare in nomine Sanctorum, quare in nomine Angelorum non rogamus Deum. Rogamus quidem intercessione Sanctorum, sed non pari modo vt in nomine Iesu, qui non solum interpellat pro nobis, quod & sancti faciunt post eum, licet id non faciant in se, hoc est, in suo nomine, aut merito (hoc enim non allegant, neque præsumptuosè iactant) sed in nomine Christi Iesu, hoc est, in virtute Iesu (de literalibus enim hoc solo nomine non loquimur) extra quam non est vel Angeli, vel Sancti nomen, quod nos saluare, aut saluferum quid ex se tribuere possit. Siquidem extra Deum omnia imperfecta, imò omnia nulla sunt. Non quidem negamus sanctorum inuocationem & intercessionem, quam necessitatibus nostris non parum contulisse sapienter merito experti sumus.

Nec distentur eos, quatenus cum Christo vnus spiritus sunt, pro nobis apud Deum oratio multa posse, à nobis quoque, vt nostris tepidis orationibus suas feruentissimas adungant, rogandos: sed propter rudes quosdam & crassos homines, qui non distinguunt creaturam probè à creatori, dixerim sanctos extra Christum, hoc est, Petrū in nomine Petri, & Paulum in nomine Pauli, nihil esse: in nomine autem, hoc est, in virtute Iesu Christi (cui omnis salus & virtus adscribenda est) multum esse. Hoc modo dico me non rogare in nomine Petri, nomine Iesu excluso: quia ita neq; Petrū cognosco in nomine Petri, neque Paulū in nomine Pauli. In nomine autē Iesu eos veneror, vt amicos & filios Dei excelsi, cuius habet in se gratiā, cuius sanguis & virtus, cuius charitas & dona in eis resurgunt abundantiū. Quænam modū ergo sancti hic viuētes in terris, si quid rogabāt Deū, vel pro se, vel pro alijs, vtiq; in nomine Iesu rogabant, ita ne modo quoq; aliter orant, q̄ in nomine Iesu pro nobis. Porro sancti hic in terra constituti, si quid rogati fuerunt, nonne per nomē Iesu interpellabāt eum, hoc est, vt eius amore, eius intuitu, illud bonum quod acceperant à Deo, egenis communicarent? Sic hodie & nos quoque rogamus, & rogamur, & alter alteri se humiliat, alter alterius opera flagitans, per nomen Christi. Rogamus Deum & Patrem in nomine Iesu: Rogamus homines vbi aliquid saluferum petimus in nomine Iesu. Neq; enim petentes ascribimus hominibus, sed Christo, tam rogando, quam accipiēdo, quicquid boni aut saluferi rogamus. Neque in hoc quicquam latet hæreticum. Sancti nanque neque vellent quidem suo nomine honorari, suove nomine prædicari. Quid enim in eis honoraremus, nisi quomodo homines in seipis honoramus? Nunc verò dico eos non in seipis tantum

Sancti quia
inuocandi
sunt.

Hierem. 14.

In nomine
Iesu quomodo
rogandū.

Sancti quid
apud Deum
pro nobis
posunt.

Sancti in terra
constituti
quomodo
rogant
Deum.

Sancti quatenus
honorandi
sunt.

rum, sed in Deo, & Deum in ipsis honorandos. Hoc modo Christiane honorantur. Inuocandi sunt ergo nobis sancti, vt pro nobis orēt, sed pio modo, non vt quicquam ex seipsis tribuant. Putare nihilominus debemus eorum merita esse merita Christi, quæ ipse operatus est in eis, cum eorum tamen liberæ voluntatis (quam Deus cogere non vult) ascensu & conatu, eisque, hoc est, sanctis Christum donasse, vt haberent merita & præmia. Operando enim hominibus sanctis virtus diuina, illorum opera facit, vt sint merita, imputatq; ad merita, & hæc coronat in eis, vt merita. Vide igitur quanta sit Dei misericordia, & benignitas circa nos. Cognosce etiam quod sancti non aliter volunt honorari, quam in Deo, & propter Deum, hoc est, vt Deus honoretur in illis. Attende postremo, quomodo Litaniis legitur & instituit Ecclesia. Cum enim dicit: Fili Dei, non subiungit ora pro nobis, sed miserere nobis. Cum dicit sancte Petre, non dicit miserere nobis, sed ora pro nobis. Christo, hoc est, Deo dicimus: Propitius esto, Parce nobis Domine: Christo dicimus: Ab insidijs diaboli, libera nos Domine. Neque enim facultatis est sanctorum, vitia nobis auferre, aut virtutes donare, nisi in virtute & nomine Iesu, & nisi ministerialiter Deo & iubente & dante. Ideo & quando pro nobis orant nunc beati, non aliter iuxta hunc modum orant, quam olim pro seipsis miseri, hoc est, non in nomine suo, sed in virtute nominis Dei. Propterea legitur de XXIII. senioribus, quod deposuerunt coronas suas, & procerunt in facies suas, adorantes Deum. Quid est coronas deponere, quam Christo coronas & merita sua accepta referre, fateriq; eadem Christi esse? Credimus autem sanctos à Deo iustius exaudiri quam nos, vt pote Dei amicos, qui puri & immaculati, siue per penitentiam à peccatis exuti, & in sanguine agni loti, inuenti sunt Deo fideles vsque ad mortem. Nos autem quomodo calamitatibus & miserijs, ita peccatis quoque & transgressionibus pleni, nostras iniquitates & infidelitatem agnoscimus: ideo causam nostram malam, tanquam patronis post Christum secundarijs, atque intercessoribus, & iudicis amicis, committimus. Sunt enim in statu fructificationis amicitia diuina. Quare iustissimum est amicis nihil negari ab amico, hoc est, nihil beatis negari à Deo. Credendum est tamen eos nihil rogare, nisi quod Deus vult rogari. Vult autem Deus omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Ideoque & libenter suscipit preces sanctorum suorum, pro nostra salute suas. Et quanquam nemo cogi possit, vt interventionem sanctorum imploret, neque temere faciat, qui in spiritu humilitatis, & in animo contrito, ipse ad Deum accedens, veniam imploret, multum tamen contulerit, præsertim tepidis & imperfectis hominibus, sanctorum feruentes preces suis frigidis iungere, vt sic adiuetur infirmitas sua apud Deum, qui occasionem nobis benefaciendi libenter accipit. Cæterum, cogitare quis vestrum hic posset: Cum Deus verax, constans, & immutabilis sit, quid facit oratio, quia immutare non potest Deum? Neque enim de nolente facit volentem, & quicquid voluerit Deus, fiet, ideo superflua videtur oratio. Respondendum, nequaquam esse superfluam orationem, nec esse etiam propterea mutabilem Deum. Quod vt plenius intelligatur, aliquid ex historia sancta, puta ex Genesi recensamus causa exempli. Ibi enim legitur Isaac à Deo promissum, semen eius multiplicandū

Deus quidam in sanctis iustis coronat.

Litaniarum in Ecclesia vsus ad quid valeat.

Apoc. 4.

Apoc. 7.

Sancti cur à nobis inuocandi.

1. Tim. 2.

Daniel. 4.

Orationem hominis non esse superfluam. Genes. 4.

vt stellas cæli. Quando ergo promittebatur ei à Deo, an Deus id facturus erat, an non? Absit vt promittere Deum dicamus non seruaturum. Absit inquam, vt absque voluntate implendi sentiamus eum promittentem. Absit postremo vt eum à voluntate mutabilem sine mutatu dicamus. Ergo quod promiserat, voluit, & quod voluit, seruauit, hoc est, impleuit. Iam igitur audi: Post hanc promissionem Dei Isaac vxorem duxit sterilem. Abijt Isaac ad rogandum Dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis. Quem exaudiuit Deus, & dedit conceptum Rebecce. Iam vide quid necessitatis hic fuit Isaac orare pro vxore sterili, cum ei promissum à Deo iam ante fuerat semen eius multiplicandum, vt stellas cæli. Si promissio erat vera diuina, si implenda, quid necesse fuit Isaac orare? Nam si verax est Deus, si stabilis, constans, ac immutabilis est, iam necesse erat, quod promiserat fieri. Quare ergo tunc orauit Isaac Dominum? Num Dominus suæ sponsonis aut est oblitus, aut implere non potuit? Haudquaquam. Sed quomodo ab æterno hoc prædestinauerat futurum, ita etiam Deus hoc ipsum reuelauerat Isaac implendum, puta vt semen eius sicut stellæ cæli multiplicaretur. Quomodo ergo prædestinatum erat & certo futurum, vt semen eius multiplicaretur, ita prædestinata quoque fuerunt & media, & modus, quibus prædestinatio principalis impleretur. Oratio igitur Isaac non mutauit Deum, nec futu- ciosa, aut superflua, sed necessaria, quasi pro re per orationem impetranda. Non igitur rectè obijcitur, quod nihilominus Deus esset id ipsum, quod orabat Isaac, sine oratione facturus. Non ita est sentiendum. Nam quia scribitur, Exaudiuit Deus orationem eius, haud dubium ostendit, nisi Isaac orasset, Rebecca eius sterilis mansisset. Quomodo enim exaudiisset Isaac orationem Deus, pro sterili vxore precantis, si hæc absque mariti oratione fecunditatem obtinisset? Sed dicis, inde quod Deus prædixit, necesse erat, tamen si Isaac non orasset, vt Rebecca conciperet, ideo superflua orauit. Haudquaquam. Sciuit Deus ab æterno semen Isaac multiplicandum, sciuit sterilem Isaac vxorem Rebeccam futuram, sciuit Isaac virum sanctum pro vxore precaturum sterili, sciuit se exauditurum, vt prædestinatio impleretur. Ideo quomodo finis præstitutus & prædestinatus fuit, ita etiam media sunt præstituta & prædestinata, quæ si intermitterentur, & hoc ipsum fuisset præstitutum à Deo, nec finis tunc præordinatus foret nec prænunciatus. Verbi gratia: Non prædicatur à Deo seges multa futura, nisi & colonus præuideatur araturus. Si itaque araturus est & culturus agrum, potest sequi seges vberissima futura, potest etiam seges impediri. Quæ si minime fuerit impedita, potest certè futura prædici ab eo, qui futura scit, quæ tamen si colonus agrum non arauerit, neque esset, neque prædiceretur seges copiosa futura. Potuit hoc modo multiplicatio seminis Isaac prædici à Deo, potuit sterilitas vxoris Isaac, Rebecca scilicet præsciri, potuit nihilominus quæ prænunciata à Deo fuerat seminis multiplicatio, vera impleri, quia præuidebatur Isaac oraturus & Rebecca sterilitatem deprecaturus, vt nullam esset impedimentum, quin diuina prædestinatio impleatur. Non igitur erat superflua oratio, qua impetrabatur fecunditas Rebecce, quia sine ea neque sterilis concipisset, nec Isaac promissio facta fuisset. Impletur igitur finis, si media impleantur. Nec prædicatur implendus finis, ybi media quibus ad finem perueniri

opot-

oportet, praevidentur à Deo non implenda. Sed obijciunt ab alio fortasse: Si oratio habet efficaciam impetrandi, tunc Deus ut homo mutatur. Legimus enim in scriptura sacra aliquid, ut futurum à Domino praenunciatum, quod tamen facta oratione non fuit, quomodo interminatum fuerat, impletum. Verbi gratia: Niniuitis per Prophetam Ionam à Deo praenunciatum fuit excidium civitatis. Vbi tamen poenitentia regis & incolarum, orationeque eorundem ad Deum facta mansit Niniue incolomis. Aut igitur Deus fuit mutatus ad preces & poenitentiam incolarum civitatis, ut non faceret quod voluerat, aut non fuit verax, ut diceret futurum quod non erat futurum. Dicendum, licet circa nos fiant mutationes in rebus huiusmodi exterioribus, Deus tamen stabilis manet & immutabilis. Sumus enim nos mutabiles, ideo sententia diuina circa nos bene mutatur, Deo remanente immutabili. Verbi gratia: Niniuitis sententia fuit per Ionam nunciata, quam tamen Niniuitae cum nunciaretur, iuxta sua opera dignam commuerant. Qui tamen ubi se mutauerant, sententia quoque circa eos mutata fuit, ut non fieret quod alioqui fuisset futurum, hoc est, ut non periret civitas. Propterea tamen Deus non est mutatus in sua voluntate. Sed dicitis: Quomodo tunc est verax? Dixit enim subuertendam civitatem, quae non est subversa. Dic Deum praedixisse sententiam dignam operibus Niniuitarum, & insinuasse quid meruissent: nempe excidium civitatis. Scivit tamen eos poenitentiam acturos, ideo nunquam fuit mutatus in aliam voluntatem, quam ante habuerit. Nunquam enim voluit Niniuitas damnare, quos scivit per poenitentiam reuocandos, licet sententiam inferendam, quam meruissent, si non poenituissent, illis indicauit. Simile est de Ezechia rege Iudae, cui Deus terminum vitae praenunciavit. Orauit Deum Ezechias, & addidit Deus adhuc quindecim annos vitae Ezechiae. Circa Ezechiam facta est mutatio, quia certissimo fuisset moriturus, nisi adijcente Domino plures annos superuixisset. Deus autem mutatus non fuit, ut quod primo voluisset, deinde mutatus nollet, sed immutabilis ipse circa res mutabiles aegroti adesse mortem nunciat. Ipse tamen quomodo scivit aegroti verè adesse mortem, ita scivit & voluit eum hac vice non mori, sed oratione sibi longiorem vitam impetrare. Praedixit igitur, quod sciebat nisi subueniretur, futurum praenunciabat ei, non iuxta hoc quod erat facturus in eo miraculum, sed iuxta hoc quod naturali ei fuisset cursu naturae (nisi Deus aliter prouidisset) euenturum. Verè igitur impetrauit Ezechias oratione sua longiorem vitam, quia nisi orasset, Deus annos ei plures vitae non adiecisset. Verum orationem futuram Ezechiae cognouit, & se illum seruaturum in vita scivit. Vnde stans hoc quod mutatio circa Ezechiam facta est, nihilominus in Deo mutatio nulla facta est, sed quod voluit Deus, semper voluit, & volens mansit. Oraite igitur semper Deum filij, nec de praedestinatione disputate, sed Dei prouidentiae vos committite. Adeo graue periculum super vos non potest venire, à quo Deus non possit vos liberare. Mutate vos in meliorem vitam, quia adeo deploratae non fuistis vitae, à qua diuina miseratio, si poenitueritis, non vos liberet. Si igitur volueritis de peccatis pristinis poenitere, si pro vetera peccatorum Deum rogare, si futura peccata volueritis cauere, si delicta Dei seruare decreueritis mandata, signa habebitis, quod scripta sunt no-

Deum esse
immutabi-
lem.

Ion. 3.

Esaie 38.

mina vestra in libro vite. Quod nobis omnibus largiatur Dei Filius Dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

PARAPHRASIN IN EPISTOLAM ET EXEGETICAM IN EUANGELIUM IN FESTIUITATE ASCENSIONIS DOMINICÆ, cum suo Sermone require in secundo Tomo de festiuitatibus Sanctorum, in vtraque parte.

DOMINICA POST ASCENSIONEM DOMINI, Epistola prima Petri quarto.

Prou. 10.
Iacob. 1.

Esote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitalis inuicem sine mururatione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrans, sicut boni dispensatores multiformis gratie Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

1. Petri 4.
& 5.

Rom. 12.

Lucæ 12.

Psal. 126.

Psal. 90.

Collo 3.1.

Postquam præmonerat eos, qui luxurijs & peccatis operam dant, Petrus Apostolus, deterere eos cupiens à vitijs, per expectationem diuini iudicij, quod futurum est in nouissimo die, quo reddent rationem operum suorum, nihilominus credentes monet nunc vigilare, prospicereque, quod rectè, inculcateque viuunt, quando quidem incerti sunt, quando viuendi terminus illis sit imponendus. Quamobrem cum Dominus pulsauerit, quacunque hora veniens, illos inueniat oportet vigilantes, & qui pulsanti confestim aperiant, paratique occurrant. Dicit igitur: Esote prudentes, cognoscentes, cauentesque pericula tentationum ex carne & mundo, insidiasque diaboli intelligentes: quas quomodo elabi, aut vincere studeatis, vestra sit meditatio. Et vigilate omni hora hostium tentamenta suspecta habentes. Nectantum opus est vt vigiletis, sed vt vigiletis etiam in orationibus. Prudentia enim & vigilia vestra ad hoc quamuis sit necessaria, ne ab inimicis capiamini, non tamen sufficit, nisi adiutorium etiam vobis adit diuinum. Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Idecirco vigilate in orationibus, vt habitetis in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cæli commoremur, quem inuocatis. Ante omnia præcipue mutuam in vobismetipsis charitatem continuam ac indeficientem habentes. Absque enim obseruatione charitatis nihil prodest, quicquid aliud exercebitis, aut quaeritis ad salutem. Hoc modo Paulus quoque monet, dicens: Super omnia charitatem habere, quod est vinculum perfectionis. Hæc enim operit multitudinem peccatorum, vt vbi illa à Deo infusa fuerit, ibi recedat necessitas est mor-

est mortale peccatum. Cuius charitatis quanto ardor in Deum fuerit maior, tanto quoque plus de pena peccati absumit. Sequitur:

Estote hospitales, vt scilicet aduenias, & peregrinos hilariter recipiatis, humaniterq; tractetis. Ad hoc ipsum Paulus quoque Hebræos hortatur, dicens. *Charitas fraternitatis in meat in vobis, & hospitalitatem non ite oblitus.* Quis e- Hebr. 13.
nim potest profiteri se diligere proximum suum, cui tempore necessitatis nihil consolationis, aut beneficij impendit? Si enim diligeret, necesse foret ostendere, quomodo aut quantum diligar. Non igitur diligamus verbo, aut lingua, sed opere & veritate. Qui enim dicit se diligere fratrem suum, & tempore necessitatis clausit viscera sua, vt illi non subueniat, quomodo Dei est charitas in illo? Estote sine murmuratione, vt ea quæ agere, aut pati oportet, benigno atque tranquillo animo recipiatis. Vnusquisque sicut accepit gratiam à Deo (varia enim sunt dona Dei) illam administret a leeri 1. Cor. 12.
per communicationem charitatis. Neque enim quæ sua sunt, tantum chari- 1. Cor. 13.
tas quærit, imo quomodo nemo sibi soli natus est, ita nemo sibi soli gratiam donauit à Deo accepit, sed in vsum & communicationem accepit multorum. Et ideo vnusquisque hoc ipsum quod à Deo accepit, administret in vtilitatem, non tantum suam, sed etiam aliorum, omniumq; sicut de- ce: dispensatores multi formis gratiæ Dei. Si quis loquitur, ita loquatur ad proximorum ædificationem, vt eius sermones ita accipiantur, tanquam sermones Dei. Si quis ministrat Deo seruiciens, aut proximorum subueniens necessitatibus, ita ministrat, vt suis hoc viribus non adscribat, sed virtuti quam subministrat Deus. Neque enim, vt Baptista Ioannes ait, potest à se Ioan. 8.
homo facere quicquam, nisi datum ei fuerit de cælo. Vt in omnibus honorificetur Deus, eiusque gloria, atque honor quærat, per Iesum Christum. Cui est honor, & gloria, & imperium, vt pote ei qui præsidet, omnia regit in secula seculorum, Amen.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM

Dominica, Ioannis XV. & XVI.

In præclaro illo sermone, quem post cœnam suis fecit discipulis Dominus Iesus ostendit se odio haberi, & persecutionem pati ab his, quos saluare cupiebat, hoc est, à Iudæis. Nec excusandos voluit pro ignorantia, quoniam tanta locutus fuisset, tot ostendisset eis virtutes, tot signa, vt nulli posthac fuerit illorum excusationi locus, quin ad credendum, si modo voluissent, vincerentur. Sed oderunt, inquit, & me & Patrem meum. Hoc si- Ioan. 15.
gnificare volens, vt quomodo nominis Christi tunc eos inuidia à salute retinebat in cecitate captiuos, ne conuerterentur, ita post mortem suam non perituram hanc inuidiam, quin Apostolos quoque odio nominis Christiani persequerentur. Et quomodo Euangelium in Christo spreuerint, ita etiam id ipsum prædicantibus Apostolis sine impugnaturi. Non autem propterea formidandum esse Apostolis, quandoquidem ad futurum sibi scirent Spiritum sanctum, qui ita consolaretur eos, vt absque animi tunc deiectione hæc mundi odia animo intrepido ferrent atque nihili ducerent. Dicit argo:

Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre Ioan. 15.

FFF

Spiri-

Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.

Nomina Spiritus sancti varia. **Lucæ 2.** **Esaiæ 7.** **Paracletus** cur dicatur Spiritus sanctus. **Esaiæ 43.** **1. Cor. 10.** **Daniel, 1.** **Ecd. 27.** **Gregorius.** Spiritus veritatis quis sit. **Ioan. 14.** **Rom. 8.** **Galat. 4.** **Lucæ 11.** **Apost. 2.**

Varia sunt nomina Spiritus sancti, quia variæ eius operationes, multiplicia dona, variatq; beneficia. Hic enim eum nominat Spiritum sanctum, nominat paracletum, nominat Spiritum veritatis. Alibi quoque vocatur Spiritus bonus, & Spiritus rectus, Spiritusque principalis. Porro Esaias hunc iuxta septem eius dona, quæ confert homini, eum nominat Spiritum sapientia & intellectus, Spiritum consilij & fortitudinis, Spiritum scientia & pietatis, & Spiritum timoris Domini. Prætermisiss his nominibus, hoc tantum dicendum est modo, quare Spiritus sanctus Deus vocatus sit paracletus, id est, consolator. Primo, propterea quod mitigat tentationes, quomodo per Esaiam dicitur: *Quum transferu per aquas tecum ero, & fluminibus circumferen te & in igne non combureris.* Sive enim à sinistris, sive à dextris insurgant tentationes, siue tribulationum aquæ, siue tentationum, & persequutionum incendia urgeant, vtraque mitigat Spiritus sanctus. *Fidelis enim ait Paulus, Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere.* Secundo, vocatur paracletus, quod in aduersis latitiam infundat, ut aduersa non solum non grauent, sed etiam delecent. *Quis enim exultare, ac Deum laudare in ardenti fecit fornace tres pueros, tutosque seruaui ab igne, nisi Spiritus sanctus? Aut unde sanctis martyribus tanta constantia, gaudium & fortitudo, ut inter immanes cruciatus psallerent, & tormenta nihili penderent? nisi ab eo, qui dicit: Spiritus meus super me dulcis,* qui tribus pueris futurorum martyrum suorum speciem gerentibus fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Volebat igitur suos Apostolos securos reddere Christus contramorem, vel in hoc, quod prænucciavit eis futura aduersa, (quandoquidem iacula præuisa minus feriunt) vel quod inter aduersa dandus sit eis consolator, qui tristitia temperet grauiusque faciat dulcia. Dicitur quoque Spiritus sanctus hic Spiritus veritatis. Et quamuis Pater sit veritas, Filius sit veritas, & Spiritus sanctus sit veritas, vnus tamen est Deus, & vna veritas, eaque Christo magis propriè tribuitur, iuxta illud quod ipse dicit: *Ego sum via veritas, & vita.* Spiritus itaque veritatis, spiritus est Christi, sicut scriptum est: *Qui Christi spiritum non habet, hic non est eius.* Et alibi: *Deus misit spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba Pater.* Potest etiam dici Spiritus veritatis, quia eos quos implet, veraces, & pro veritate loqui facit, vel quia veritatem docet. *Quum ergo venerit ille Spiritus veritatis, dicit Apostolis Iesus, ille testimonium perhibebit de me, vel propterea quod vos docebit, quod vobis os & sapientiam dabit: quod denique vobis loquendi & testificandi animum, fiduciam, & efficaciam præstabit, au: ideo, quod auditores præparabit, excitabitque, inspirando, atque ipsorum emolliendo, & penetrando corda. Hoc modo testimonium Spiritus sanctus Christo perhibuit, Petró loquente in die Pentecostes ad populum. Nam Apostolos omnes, quos paulo ante impleuerat, maxime autem Petrum, animauit, adeo ut surgens mox eos, qui Christum negauerant, eiusque fundi proferuerant sanguinem, increpatione leni & mansuetâ argueret, compungeret,*

geret, & ad tria millia ad Christum conuerteret, qui adorarent, quem iam nuper in cruce suffigi curauerant, & eius bibere cuperent sanguinem, quem non timuerant effundere. Vides quid Spiritus sancti plenitudo in Petro, ceterisque omnibus potuit subito operari, qui ante fuerant adeo meticulosi, vt nullo auderent modo libere Christum confiteri?

Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Ea enim quae vidistis & audistis de me praedicabitur, vt in omnem terram exeat sonus vester. Simile est, quod in Actis refertur Apostolorum, vbi Christus dixisse fertur: *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & vsque ad vltimum terrae.* Hoc autem non ignauiter, sed egregie Apostoli Spiritu sancto repleti praesiterunt. Siquidem ad concilium vocati Iudaeorum, & quare Iesu nomen contra suum edictum praedicare fuerint ausi, increpati, ingenue responderunt: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Et incipientes illi testimonium ferre, quem praedicabant Iesum. Deus, inquit parum vestrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc principem & Saluatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandam poenitentiam Israel, & remissionem peccatorum. Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis, id est, qui opera, signaque mea omnia vidistis, omnia verba audistis. Huiusmodi enim testes habere debuit Christus, qui non ab alijs relata, sed qui tam visa, quam audita Christi, & sermones, & virtutes praedicarent. Eam ob rem Petrus, cum in locum Iudae proditoris Apostolorum foret surrogaturus, non quemlibet duxit eligendum, sed oportet, inquit, *ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiit inter nos Dominus Iesus, incipiens a Ierosolyma Iohannis, vsque in diem quo assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fuerivnum ex istis,* haud dubium qui eis quae vidisset & audisset, posset attestari.

Hac locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos.

Hac locutus sum vobis, scilicet, quae paulo ante praedixi de odio mei, vt cum videritis etiam his maiora mihi inferri, puta crucem & mortem, non scandalizemini, hoc est, non propterea vos credatis deceptos, aut succubuisse me penis, vt praestare quae promiserim, nequeam. Pari quoque modo vos scandalizari non oportet, cum vos persecuti fuerint. Tantum enim est mundo mei nominis odium, vt in morte mea nequaquam illud sit extinguendum, sed vos etiam persequentur per inuidiam mei, & quia mei estis discipuli. Non igitur tunc scandalizemini, sed cogitate quid praedixerim vobis: *Sivos odi mundus, scietis, quia prior enim me vobis odio habuit.* Absque synagogis facient vos, hoc est, & synagogis eijcient vos, vt homines vita, conuersatione, seu hominum consuetudine indignos, & quasi homines qui ad congregationem non pertineant, aut dignos, quibus hominum interdicta sit omnis amicitia. Extra synagogam eijcere, nihil erat aliud, quam hodie est excommunicare. Refert autem hoc, quasi rem tristem Apostolis fut-

Math. 23.

turam, qui quamuis non magnopere curarent Iudæorum Synagogas, hæc tamen contumelia malè eos habebat (quæ fiebat non sibi tantum, sed magis Christo) vt pro inuidia ipsius, eui indigni communi iudicarentur hominum consuetudine. Nectamen hoc solum erant Christi & Apostolorum hostes facturi, sed acriori præterea persequutione debacchaturi erant in eos, quasi in homines pestilentes, exitiosos & vita indignos, adeo vt dum huiusmodi interficerent, tantum aberat, vt sese in hoc delinquere putarent, verum vt etiam obsequium Deo se in hoc contulisse gauderent. Ferè enim omnis plebs Apostolorum persequutionem putabat iustam, & paucissimi ex turba iniustam sciebant, credentes omnes qui ad Christum conuerterentur, relinquere Deum & legem: ideo absque scrupulo peccari Apostolis, tanquam legis subuersoribus, quibus poterant viribus repugnabant. Idcirco sequitur:

Ioan. 16.

Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Actor. 9.

Galat. 1.

Actor. 7.

Putabant persecutores fidei Christianæ, præsertim Iudæi pro lege, pro templo, & subinde pro Deo iustè sese zelari. Huiusmodi fuit Paulus, tunc vocatus Saulus, qui acceptis epistolis à Iudæis superioribus ad Damascum, si quos huius viæ, hoc est, sectæ Christianæ inueniret viros, victos perduceret in Hierusalem, zelator paternarum traditionum suarum, & legis præ omnibus coætaneis suis. Vnde legitur, quum lapidandus foret Stephanus, Saulum doluisse super cæcitate (vt putabat) Stephani, qui à templo, à lege & Deo quoque propter hominem crucifixum recederet, & pro Stephano, ut hanc illi imputaret Deus simplicitatem, orasse. Quamobrem, quia errori non defuit in Saulo pietas, idem ipse reuera à Deo hallucinans, meruit illuminari, & Stephano, quem trucidabat, conformis in fidei fieri, vt quod tunc expugnabat, postea constantissima assertione prædicaret. Huiusmodi tamen zeli haudquaquam fuisse credendi sunt Pontifices & Pharisei, quos ignorantia prorsus nulla excusari Dominus Iesus asseuerabat, quoniam odio habuerunt eum & Patrem eius. Cuius odij instinctus incitamentum, quare Christum & omnes credentes in eum persequerentur, fuit, quod sequitur:

Ioan. 15.

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.

De reliquis ex plebe Iudæis hoc intelligendum est, qui Christum ex errore & ignorantia persecuti sunt. Sed nunquid propterea, quia intentionem habuere bonam hæc facientes, puta ne legem, templum, gentem amitterent & locum, non peccauerunt? Imo maximè. Neque enim intentio bona semper excusat, sed oportet vt sit etiam recta, quomodo non qualibet actio, quæ fit propter bonum finem, est licita (quia fas non est furari vt deur elemolyna) sed oportet etiam vt per media procedatur licita, quorum si verum fuerit nefarium, actio vniuersa erit illicita.

Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Idcirco vobis hæc nunc prædico, vt cum patièdi aduenerit tempus, reminiscamini, quia dixi vobis mei hæc gratia vos passuros. Id enim magnam vobis

adit

adferet consolationem, quod non velut peccantes aut scelerati patiemini, sed propter me & Patrem meum. *Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati quoque vos eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint aduersum vos omne malum mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Docemur hic haudquaquam tristari, sed gaudere magis in quacunque tribulatione, quam innocentes & absque culpa sustinemus. Quanta enim est consolationis innoxium pati? Quanta verò est gaudij pro Deo pati? Quapropter in omni pressura respiciamus ad eum cuius patimur amore, cuius intuitu delectemur pati, adeo ut si etiam possemus nollemus pressuram evadere passionis, quam pro eius amore amplectimur, de cuius manu eandem suscipimus, qui est benedictus in secula, Amen.

Math. 5.
Ibidem.

SERMO DE EADEM DOMINICA.

Quos consolatur Spiritus sanctus, & qui Christo testimonium perhibeant.

Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Ioannis decimosexto. Cum Dominus Iesus paracletum, id est, consolatorem Apostolis promittit, Spiritum sanctum putat, quem nemo non optat suscipere. Quandoquidem, nemo tristis non cupit consolari, nemo dubius non optat instrui aut dirigi, nemo in tentatione aut periculo constitutus non appetit adiuvari, aut liberari. Consolatur enim generatim omnes, qui se inuocant, Spiritus sanctus, in quacunque constituti sint aduersitate.

Sunt autem aliqui qui Spiritum sanctum nunquam recipiunt, puta qui perseveranter viuunt in peccatis. *In maleuolam namque animam non intrabit Spiritus sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Horum culpa leuis non est, quandoquidem qui non conatur se de peccato erigere, qui sponte sub iugo seruit peccati, iustum est eum in peccato perire. Vide autem quam sit reprehensibilis peccator, qui in peccatis perseverat. Posset enim ad fontem gratiae currere, quo ab omni se lauaret forde peccati, nec tamen se mundare curat. Posset ignem inferni in se extinguere & negligit, quin potius concupiscentiae ignem irrat, & infernali igni pabulum, indies administrat. Hi sunt qui diligunt tenebras, & odiunt lucem. Hi nolunt venire ad lucem, ne arguantur opera eorum. Elegerunt enim viuere iuxta sensualitatem ut beatae nihil sibi negantes eorum quae carnem delectant. Studiosè namque querunt, voluptatem: saepenumero tamen in alijs honestatem, pudicitiam & virtutem venerantur. Hi si ita post adultam aetatem perseverant vix ad Deum conuertuntur, nisi carcere aut magna infirmitate, calamitate, aut ignorantia graui fuerint vehementer humiliati. Et ex his nonnulli adeo efficiuntur reprobi, ut in malitijs gaudeant, latenturque cum malè fecerint, & exultent in rebus pessimis. Peccandi enim assiduitate adeo corrumpuntur, ut peccare optent etiam impotentes. Nunquam enim illis deest mala voluntas, qua etiam inepti ad peccatum insaniunt. Horum vita magis est diabolica quam humana. Sunt alij qui non perseverant in peccatis, licet frequen-

Quoniam nō-
quam recipi-
ant Spiritum
sanctum.
Sapient. 1.

Ioan. 14.

Proverb. 2.

Quoniam ex
infirmitate
peccent.

FFF 3 quen-

quenter ex infirmitate peccent. Quippe qui ante & post ruinam bonæ sunt voluntatis, & virtutem diligunt, quamvis tentatione accedente infirmiores sint, quam ut resistant facis. Hi peccatores se agnoscunt, contra vitam suam continuè litigant, se reprehendunt, & multa proponunt, quamvis ut dixi, naturæ & malitiam & infirmitatem nondum plene vincere possint. Non prorsus non possunt volentes, sed quia infirma est eorum voluntas, nec perfectè volunt, ideo à tentationibus vincuntur. Neque enim sapiunt quod Dominus dicit. *Regnum celorum vim patitur, & violenti*, hoc est, qui sibi violentiâ inferunt, *rapunt illud*. Nemo enim sui peccati causam autorem facere potest Deum, quasi eum qui huiusmodi homini praua naturalia peccandi quæ necessitates, quæ vinci non possint, dedit: quia nemo nisi volens peccat, cum adeo sit, Augustino teste, voluntarium peccatum, ut si non fuerit voluntarium, non sit peccatum. Certum est autem pronos esse sensus hominis ad peccandum, sed adest nihilominus homini diuinæ gratiæ auxilium semper paratum, quo infirmitatem roborat spiritus, & voluntatem confortat, ut non habeat homo, si modò sibi ipsi deesse nolit, unde iustè excuset. Hos, qui sic sæpius cadunt & sæpius resurgunt, quia mox post lapsum peccati remedia quærunt, Spiritus sanctus sæpe visitat, & mundum in eis atque peccatum arguit. Et reuera magna est Dei misericordia super nos, magna bonitas Dei, qui toties ab eis desertus non deserit, toties contemptus non contemnit, sed offensus offendentem sibi reconciliat hominem, iratus indulget & ignoscit. Iustus atque delictorum vltor Deus miseretur, benignitate ac misericordia sua ad penitentiam te ô homo reducere contendens. Pro hac sui reductione Dauid orans: *Erravi*, inquit, *sicut ovis qui perijt, quære seruum tuum Domine*. De huiusmodi hominibus non est vsque adeo desperandum. Pie enim potest confidit, qui in vita toties resurgentes penituerunt, nec diu vnquam in peccato iacuerunt, nec etiam dedita opera ad peccandum se ingererunt: qui, siquam, præmeditatione diutina ad peccandum peccandi occasiones inuenire aut sibi statuerent non laborauerunt, nec vbi ceciderunt, in occasionibus sibi datis consenserunt manere, licet eisdem occasionibus datis malè sint vsi ad peccandum, quod de his, inquam, confidit potest, ut etiam circa mortem eorum sit penitentia vera. Nemo tamen sibi hoc promittat, nemo super hoc peccet, quia in potestate est hominis cadere & suam occidere animam, à seipso autem non habet quo resurgat, nec seipsum potest resuscitare. Tertij sunt, qui bona semper à Deo sunt præditi voluntate, qui peccatum quocumque scienter & ex proposito nolunt: quicquid verò Deo nouerunt bene placere, ad hoc semper inueniuntur parati. Hos regit illuminatque Spiritus sanctus, ducens eos de virtute in virtutem. Filij enim sunt Dei, filij adoptionis, filij lucis & filij gratiæ. His est consolatio in persecutionibus & exultatio in aduersis, quia sciunt, licet ad modicum hic patientur pro Christo, regnabunt tamen cum eo in æternum. Et ut agnoscat quid velim, quando dico eos pati pro Christo. Is patitur pro Christo, qui hoc quod patitur Christi amore suscipit, patiendique intentionem referat in Christum. Non igitur oportet, ut is qui te persequitur, in Christum referat persecutionem suam, quasi te odio persequatur, quia tu es Christianus.

Matth. 11.

Augustin.

Genes. 8.

Misericordia
Dei quanta
super pecca-
tores.

Rom. 2.

Psal. 118.

Spiritus san-
ctus ut ho-
mines bonæ
voluntatis
illuminet.

Matth. 5.

Rom. 7.

Ioann. 12.

1. Thess. 4.

Pati pro Chri-
sto quis di-
catur.

pus. Sicut persequitur malus, quia Christianus es, aut quia iustus es, certe pro Christo pateris. Sed si propterea etiam non persecutionem pateris, quia Christianus es, sed quia persecutor tuus invidia odiove torquetur tui, & tu eius iniurias calumniisque Christi amore patienter sustinueris, non reddens malum pro malo, & que pro Christo pateris. Cum itaque paracletus, id est, Spiritus sanctus in corde fuerit hominis, inde testimonium perhibet Christo, quia hominem facit testimonium ferre Christo. Omnis namque Christianus testimonium debet ferre Christo. Est autem duplex testimonium. Primum est oris confessio. Hoc modo Martyres multi, qui Latine testes dicuntur, testimonium perhibuerunt Christo. *Qui me*, inquit, *confessus sum coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Itaque quis pie sentiens de Christo, hoc quod recte credit, confitetur, nihil a veritate discedens, nihil propter hominum, aut fauores, aut minas quod enuncians fuerit, subtriciens, hic testimonium fert Christo. Alterum testimonium est operis, quo quis fidei veritatem operibus probare contendit. Viuit enim ut eius vita quoque clamet Christianum, operibus se monstrat credere, operibus se diligere Deum ostendit, quandoquidem quae illi praecepit Deus, cogitat semper, & quae illi sunt beneplacita, facit. Multo namque plus & verius praedicat is, qui bene & sancte viuit, quam qui sancte loquitur. Si quidem de quibusdam scribitur: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et Christus non modo de fide, sed de charitate loquens: *Qui*, inquit, *serua mandata mea, & facit ea, hic est qui diligit me.* Testimonium igitur Christo perhibemus, eiusque Euangelium esse verum ostendimus, cum Euangelij veritatem, Christi que eruditionem operibus & moribus nostris alios docemus. Docemus, inquam Christi & praecepta & vitam fuisse sanctam, quando deuoti eandem imitari satagimus. Quomodo enim fortius probabo Christi sanctam esse utilissimamque eruditionem dicentis: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde*, quam ut opere ac moribus me exhibeam humilitatis, mansuetudinisque studiosum, dum nihil terrenae gloriae me appetere, dum honores fugere, dum ad contumeliam tacere me commoneo, hoc est, dum exemplo meo, quomodo sit Christi imitanda humilitas, doceo? Neque enim ociose Christus monuit: *Sic luceat inquit, lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, & glorificent Patrem vestrum qui est in caelis.*

Roman. 11.
Testimonium duplex.

Math. 10.
Luca. 12.

Eccl. 1.

Titum 1.

Ioan. 14.

Math. 10.

Math. 5.

Math. 9.

Marc. 10.

Luca. 13.

Math. 13.

Itaque Christo eiusque praedicationi Evangelicae sancti quam maxime testimonium perhibent. Christus enim monuit docens ad perfectionem necessarium, omnia relinquere & dare pauperibus. Huic verbo Evangelico multisque alijs testimonium perhibere sanctus Franciscus, sanctus Benedictus, Antonius, Dominicus. Siquidem de contemnendo seculo, de tolerandis contumelijs, quam egregie testimonium perhibuit Christo Romanus Alexius? Quam gloriosa sunt testimonia sanctarum virginum, Agnetis, Barbarae, Catharinae aliarumque omnium, quae praebuerunt Christo testimonium, bonum sanctumque astruentes eius esse consilium quo & castrauerunt se ipsas propter regnum Dei? Neque enim dilexerunt solum, sed custodierunt etiam & mundiciam cordis & corporis sanctimoniam, propterea nunc Deum vident. Sic pariter omnes Sancti testimonium praebuerunt Christo.

FFF 4 Vos

Testimoniū
quoniam non
prohibeant.

Vos autē fornicarij, adulteri, raptores, vos deceptores & fallaces, vos monachi desertores & mundani Christo testimonium non fertis, sed quantum in vobis est, eum mendacem facietis, quia aliter quā pręcepit, aliter quā docuit, viuistis. Si vera, si bona sunt quę dedit pręcepta, si sancti vultuiterq; consuluit, quare (cū nemo sibi non velit bonum) eadem non seruat? Cur aliter viuendo, eius verba, sermones & voluntatem spernit? Non ostēdit se credere aut timere Deum is, qui tam perditis viuist moribus, vt nullum sit in eo vestigium, quo diuinam se pręsentiam omnia contemplantem reuereri comprobet. Nihil de inferno credere putandus est, qui quis aliam non gradi se viam cernit, nisi quotidie ad infernum. Nō cælum sperat aut appetit, qui nisi de terrenis nihil aliud cogitat. Nec Dei verbo pręceptisve Euangelicis assentit, cuius vita ex diametro cū illis pugnat. Redite igitur pręuaricatores ad cor. Videtis in quantas ex praua vita & peccandi assiduitate homo tenebras cadat? Si non videtis, perspicite, quo veniunt qui falluntur hæresi nunc Lucherana emergere. Expellere virgines & monachos de monasterijs, bona eorum ad se rapere, calices & templi ornamenta auferre, apud illos licet stante Euangelio & verbo Dei in offensa. Summum pontificem, cui certum est Christum in Petro commisisse pascendas oves suas, maledicentis curpissimis insectantur, contemnunt atque non obediendum ei autumant. Quid horum ex Euangelio? Contraria ijs sonat verbum Dei: *per cathedram, inquit, Mosi sederunt Scribae & Pharisei: quia dixerunt fas est, quia sciunt facere nolite.* Quamdiu recta docent, non est obstrepēdum eis. Sese nolunt huiusmodi hæretici iudicari, iudicantes Ecclesię vniuersę pastorem, & omnes à sua perfidia dissidentes. Et quid Euangelio consonat quod Dei prohibent laudes, quę aliud non sunt, quā Dei Verbum & Scriptura sacra amatoria verò carmina & cantiones impudicas obscenasque non prohibent.

Esaię 46.

Lucherana
hæresis impietates quatuor.
Ioan. 11.

Matth. 23.

Rident, subsannant, contumelijs & verberibus interdum, grauissimis iniurijs afficiunt, si quem monachum, si quemque rosaria, hoc est, qui signa salutationum Angelicarum, atque earundem legēdarum numerum gellet, inueniunt. Odiunt agentes opera & officia pietatis, Ecclesiastica omnia stulta, abijciūt, ritusq; antiquissimos ab Apostolis ad nos deriuatos.

Postremo (quia omnes impossibile eorum foret recensere execrationes, imo impietates) quā Euangelicum est hoc, quod prostibula Veneris apud eos patent & meretricari neminem prohibent: in templis verò Psalmos cani Dauidicos, & officium agi diuinum non sustinent? Admittunt vt mulieres ad prostituēdum se in lupanaribus tradant, vetant ne puellę in monasterio se Deo virgines consecrent. Quid pro nefas turpius, quid magis executum, quid magis excogitari posset impium? Ad quid venit homo, qui de peccato ruit in peccatum, quem deseruit Spiritus sanctus, qui sine re in adinventionibus suis? Heu in quanto periculo ambulat, qui sine Deo ambulat! Propterea filij seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. *Apprehēditur dissipatam, ne quando irascatur Dominus, & percatis de via iustia.* Attendamus hic, quę signa electis suis, quibus se Dei filios agnoscant, reliquerit: *Abiit synagogis facient vos.* Et, *Veni nunc hora, visum est qui intrasit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo.* Persecutiones, contemptum, munditię odia vobis reliquit.

Psalm. 80.

Psalm. 119.

Ioan. 16.

quit. Hæc sunt, quæ hic habere debetis, cuiusmodi & ipse pro vobis habuit. Nec est, inquit discipulus maior magistro suo nec seruus melior Domino suo. At verò cum vita præfens finita fuerit, discernet mirabiliter inter vos qui hic vixistis in luctu, & inter eos qui hic vixerunt iuxta desideria sua, Dominus noster Iesus Christus. Qui vtinam det nobis Spiritum suum, quo doceamur & inducamur in omnem veritatem: ipso nos consolante, qui cum Filio & cum Patre vnus Deus benedictus in secula, Amen.

IN SANCTISSIMA SOLENNITATE PENTECOSTES Lectio loco Epistolæ. Actorum II.

DUM complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersa lingua, tanquam ignis, sedens super singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudei, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Scrupabant autem omnes & mirabantur, adinuicem dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi & Mædi, & Elamici, & qui habitant Mesopotamiam, Iudeam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Egyptum & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenen, & aduene Romani: Iudei quoque & Proselyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei,

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

IN veteri lege olim solennitas Pentecostes quinquagesimo die post Pascha seruabatur, hoc est, post Phasæ immolatum, modo, & more Iudeorum. Illi enim Pascha seu Phasæ comedebant quinta feria ad vespèram, & inde quinquagesimo die, qui itè ad feriã quintam cadebat, seruabant Pentecosten septem diebus, quo legis diuinæ datione susceptionemq; rememorabant. Tunc enim à Domino Moses Dei digito conscriptã accepit legem in tabulis lapideis. Nos verò Christiani, qui propter Dominicam resurrectionem Pascha in Dominica seruamus, quinquagesimo post hunc die seruamus quoq; Pentecosten missionem Spiritus sancti recolectes, quem Apostoli hoc die & alij multi credentium receperunt, qui legem gratiæ Euangelicæ ac charitatis electis suis scribit in tabulis cordis carnalibus. Itaque dum complerentur, hoc est dum agerentur dies Pentecostes, seu cum adhuc durarent, erant omnes discipuli in eodem loco. A die nanque Dominicæ ascensionis in cælum, residebant Apostoli discipuli quæ in loco illo simul, vbi cenam Dominicam fecerant, vbique Christus à mortuis resurgens apparuerat.

GGG

Math. 7.
Lucæ 23.

Apost. 1.

Math. 3.

Marc. 1.

Lucæ 9.

Ioan. 1.

Spiritus san-

ctus cur ap-

paruerit A-

postolis in

linguis igne-

is & alijs

signis.

Esther 3.

2. Para. 10.

3. Esdr. 1.

Idiomate

quoniam A-

postoli lo-

quebantur.

ruerat, ostendens eis manus & latus. Præceperat enim illis Dominus ascen-
surus in cælum, ut sederent in ciuitate expectantes quousque virtute induerentur ex alto. Erant quoque femina inter eos Deo deuota, quæ Christum olim secuta fuerant prædicantem, inter quas beatissima virgo Maria Iesu mater, ut sol splendens inter astra, rutilabat. Illis itaque in oratione sedentibus seu quiescentibus, factus est subito sonus quidam de cælo, tãquam aduenientis spiritus vehementis, hoc est, non aliter quàm si ventus audiretur impetuosus cum grandi tonitru & vehemens, & repleuit sonus ille totam domum, vbi Apostoli residebant. Apostolis autem & his qui simul aderant, qui simul centum & viginti ferè numero erant, apparuerunt lingue igneæ multifariam diuisæ, sedique spiritus ille sanctus ac vehemens, qui in his exterioribus signis in discipulos missus ac inuisibilis aduenerat, supra singulos eorum: significans per externam apparitionem & quietem, quam suauiter cordibus eorum illapsus insideret, quemadmodum olim in Christum in specie columbæ descendit, sedique super eum. Neque enim erant hæc signa externa Spiritus sancti, sed sub his signis visibilis, inuisibilis, inuisibiliter illabebatur. Adduntur autem hæc visibilia signa, quibus Spiritus sancti prædicantiumque proprietates significentur, puta ut Apostoli significarentur legem igneam, id est, charitate ardentem, igneo corde, & feruente spiritu, linguis quoque Dei amore ignitis ad accendendos alios prædicare. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto. Non dubium est ante quod hanc horam plenos fuisse Spiritu sancto Apostolos. Quapropter intelligendus est Spiritus sanctus non modo cecepisse Apostolorum credentiumque fieri inhabitator, nec sua dona nunc inchoasse, sed multiplicasse, auxisse atque cumulasse. Impleri quippe Spiritu sancto, ceperunt loqui varijs linguis, & omnium gentium idiomata proferre, intelligereque quomodo illos non docuerat ars, aut vsus aut studium, sed quomodo Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Habebant autem tunc in Hierusalem viri nonnulli religiosi, hoc est, pijs ac Deo deuoti. Iudæorum enim multi ex omni penè natione quæ sub cælo est, qui olim ex Israel & Iuda in captiuitatem abducti fuerant, & in Assyrios, in Medos, in Chaldæam, in Aegyptum, in alias quoniam nationes translati. Hi autem nonnulli saltem ex ipsorum posteritate nati redierunt Hierusalem, regis Persarum Cyri facultate sibi redeundi accepta, vbi veri Dei erat templum ac cultus, & pro deuotione ibi habitauerunt. Facta autem hac voce, vel Apostolorum loquentium varijs linguis mirabiliter resonante: aut facta hac voce, hoc est, sono spiritus v. vehemens, qui circa templum audiebatur, conuenit multitudo vndique accurrens, & mente turbata est, ac admirans in stuporem veris, quoniam audiebatur vniuersisque lingua sua illos loquentes. Apostoli enim vna Hebræa (quamuis omnium callerent donante Spiritu sancto linguas) loquebantur: quæ tamè in singulorum auribus iuxta modum patrij sui idiomatis sonabat. Vno itaque Apostolo loquente linguam Hebræam, putabant singuli illos sua propria lingua loqui, quia ita suis hæc auribus insonabat ut propria. Scrupabant autem omnes & mirabantur colloquentes. Noane omnes hi qui colloquuntur, puta Apostoli Galilæi sunt? Et quomodo illis loquentibus vniuersis vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Videlicet Parthi &

Medi

Mædi & Elamitæ, ex regione Elam sic dicti. Et qui habitant Mesopotami-
am, Iudæam, qui scilicet de tribu erant Iudæ aut Benjamin. Cappadociam,
Pontum & Asiam, Aegyptum & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & ad-
terram Romani, Iudæi quoque sic nati, & Profelyti, id est, ex alia natione,
hoc est, ex Gentibus ad Iudaismum conuersi. Cretes quoque & Arabes, au-
ditimus eos loquentes nostris linguis magna ac mira opera Dei, puta Chri-
sti resurrectionem gloriosam, ascensionem. Circa harum autem Gentium
nationumque aut distinctiones, aut situs terrarum præter nomina hic præ-
teritum dum iudicauit, quia nulla inde vobis sequitur utilitas, tamen si vos do-
cerem quæ hæc illave regio foret. Nam cum omnia audissetis, nihil audis-
setis, nihil quod edificaret, reciperetis. Hoc igitur satis sit dictum, quo to-
tum intelligatis, nempe: ex omnibus, hoc est, ex valde multis variarum lin-
guarum nationibus viros ibi adfuisse, qui dum Apostolos audirent, suis
illos, hoc est, auditorum linguis quas intelligebant, putabant locutos fu-
isse, puta vt Parthi Parthicam, Mædi linguam Mædorum, Mesopotami il-
lus populi se audire putarent linguam. Quod quomodo fieret, ignorantes
suscipiebant.

EXEGESIS EVANGELII IN SOLEN-
nitate Pentecostes, Joannis XIII.

In vltima cena quam cum discipulis suis Dominus seruauit, cum dice-
ret hæc verba: *Adhuc modicum, & mundus me non videt: vos autem videtis* Ioan. 14.
me (loquebatur autem de visione fidei, & cognitione diuinorum) quia ego
vix & vos viuistis, vita scilicet gratiæ & supernaturali, quæ vita mundo, id
est, amatoribus & filiis huius mundi deest, nec inuenitur ab eis. In illo die
(inquit) vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me & ego in
vobis. Hoc erat futurum post receptionem Spiritus sancti, cuius virtute Lucæ 24.
inducti, tantaque plenitudine charitatis confirmati fuerunt, Christoque vni-
ti, vt ab eodem haudquaquam poterant excidere. Tunc enim cognouerunt
Christum, quia eiusdem, vt ante dixi, potestatis esset cum Patre, & semper
secum maneret. Vbi, inquit, aut vnde eum cognouerunt? Inde certè, quod
continuum eius sentirent auxiliorum presentiam, viderent suos inimicos vbi Apostoli
cognouerunt
Christum
glorificatū.
reprimi, se florere signis & virtutibus, audenterque Christo testimonium fer-
re, per suam prædicationem indices plures ad Christum conuertere, & inter
nullas molestias sese contristari, hæc certissima diuinæ presentia erant in-
dicia. Hæc verba audiens Iudas, non ille Ischariotes, sed Christi consobri-
nus ex humilitate admiratus causam, quare discipulis tantum suis se Do-
minus esset manifestaturus, non mundo, Dominum interrogauit, dicens:
Dominus, quid factum est, id est, quæ est causa, qui a manifestaturus es tuis, in nobis,
& non mundo? Christus autem causam diciturus huius manifestationis, quare
discipuli discernantur à mundo, infert quod sequitur Euangelium.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater me-
us diliget eum.

Vt ante dixi, cum Iudas Thadæus quare mundo se non esset manife-
staturus,

turus, sed Apostolis tantum (quamuis non vt Iudas putabat, de Apostolis tantum Iesus loqueretur, sed de omnibus in se credentibus) respondit dilectionem esse causam, vt sequentia indicant verba, quam mundus non habens, Christum videre non potest. Dicit igitur: Si quis diligit me, sermonem meum seruat. Si quis diligit me dilectione supernaturali & infusa, quæ est charitas, sermonem meum, id est, Euangelicam eruditionem retinebit memoria, vt sciat, velit, implere quæ studeat voluntatem meam. Qui enim alium diligit, voluntatem suam illius conformat voluntati. Propterea paulo ante hæc verba presentis Euangelij dixit: *Qui habet mandata mea & seruat ea, hic est qui diligit me.*

Ioan. 14.

Opera bona damnari ab hæreticis contra præceptum Christi.

Præter. 7.
1. Iuan. 5.

Vide quam apertè loquitur Christus contra hæreticos, qui bona opera damnant aut nullius esse momenti perhibent, cum dicat eum, qui sua seruerit mandata, esse qui diligit se. Seruare autem mandata Dei, quæ bona, opera ne sint bona? Si bona, ergo sunt necessaria. Omni igitur vigilantia Dei sunt mandata obseruanda. Scriptum namque est: *Serua mandata Dei & legem quam pater tuus dedit tui.* Non igitur diligamus lingua, sed opere & veritate. Et Pater meus diligit eum. Quem diligit Filius, diligit & Pater & Spiritus sanctus. Et qui diligit vnam in Trinitate personam, totam diligit beatissimam Trinitatem. De dilectione autem hic Christus loquitur prædestinatorum, quos omni tempore & semper diligit Deus, etiam dum in peccatis sunt (vult enim eis bona tam gratiæ quam gloriæ) secundum prædestinationis intuitum: quando autem conuertuntur & ipsum quoque diligunt, diligit eos, impendens eis dilectionis beneficia atque effectum.

Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Pater & Filius qui ad nos veniant.
Augustin.

Ad nos diuinæ personæ veniunt, cum nouum in nobis operantur gratiarum facientis effectum. Veniunt ad nos, vt verbis vtat Augustini, subueniendo: venimus nos ad illas obediendo. Veniunt illuminando venimus nos intuendo. Veniunt impellendo, venimus nos cupiendo. Obserua quod licet Pater & Filius tantum nominetur, non tamen excluditur hic Spiritus sanctus, tamen, vt dixi, nulla ipsius hic mentio fiat, quia nominato Patre & Filio, necesse est etiam intelligi Spiritum sanctum. Et mansionem apud eum faciemus, id est, morabimur ac manebimus apud illum. Neque enim apud omnes manet, ad quoscunque venerit Deus. Nam vt beatus Gregorius ait, in quorundam cordibus venit, & mansionem non facit, quia per compunctionem quidem respectum Dei percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliuiscuntur: sic quæ ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc minimè planxissent. Ille autem verè amat, cuius mentem delectatio praua ex consensu non superat.

Gregor.

Deus vni primò ad mentem hominis veniat.

Aduertendum tamen hic est, quia ad eum qui diligit Deum & Christi sermones seruat, dicitur Deus venire, hoc non intelligi debere de primo aduentu Dei, quo ex peccatore iustificatur homo, quia hoc modo non venit ad diligentes. Nemo enim ad Deum nondum conuersus Deum diligit. Primus ergo eius aduentus, quo impium & peccatorem ad vitam suscitauit, non est venire ad diligentes, sed ad non diligentes. Nemo enim prior diligit Deum, imò nemo potest diligere Deum (quod est iustificari).

VI

nisi prius in eius mentem tota Trinitas venerit. Non ergo ad eum venit aut diligit, qui suos sermones seruat, primo scilicet aduentu, quo peccatorem in gratiam recipit, quia illo venit aduentu in hominem, antequam diligit homo, & suo aduentu facit ut diligit homo: sed quando dicit: Ad eum veniemus, hoc est intelligendum de eo in quem iam ante venit, in quo iam est, quem etiam fecit ut diligeret in illum, propterea quia iam diligit, cum Patre veniet, & mansionem faciet, hoc est, diligentem se potioribus bonis cumulabit. Sic Spiritus sanctus hodie in discipulos venisse dicitur, in quibus ante fuit, propter plurimum donorum cumulationem, quibus ante praxiti non fuerant, & nunc illis implebantur.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me Patris.

Sermonem Christi seruare, est illum diligere, reuereri, meditari, non in memoria tantum tenere, sed vita ac moribus hunc exprimere: puta ut in tua vita, ut in opere tuo ac veritate, atque adeo ut re ipsa ostendas, quam profunde in cor tuum Dei intrauerit sermo, quamque menti tuæ ille tenaciter hæreat. Lutherani Dei sermonem probe seruant, ut disputent, ut citent in prædicatione, sed in vita eorum ac opere sermo Dei longè est ab eis. Nihil enim in eis ibi est Euangelicum. Et sermonem quem audistis, non est meus, id est, non est à me secundùm id, quod homo sum: sed eius qui misit me Patris, hoc est, illum à Patre meo nascendo accepi. Ostendit satis hic probationem dilectionis exhibitionem esse operum. Nam ut Gregorius ait: *Unusquisque vestrum si requiratur an diligit Deum tota fiducia & secure mente dicit: Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis, quid veritas sit exhibitio operis.* *Gregor. Probatio dilectionis ut sit exhibitio operis.* *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Nam & Ioannes in epistola sua dicit: Qui dicit, quia diligo Deum & mandat a eiu non custodit, mendax est. Amor enim Dei nunquam est ociosus, ut Gregorius ait: Operatur enim magna si est. Quod si operari renuit, amor non est.* *Gregor. Operatur enim magna si est. Quod si operari renuit, amor non est.*

Hæc locutus sum vobis, apud vos manens: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixerò vobis.

Hæc, inquit, quæ hætenus docui vos, locutus sum vobiscum corporaliter acque visibiliter vobiscum manens. Nam quod supra dixit: Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, non de corporali & externa, sed interna & spiritali mansionem intelligitur. Hæc locutus sum vobiscum manens, quorum nunc plenam non potestis omnium accipere cognitionem, quia ad hoc minimè estis idonei: expedit propterea vobis ut hinc recedam, & paracletum vobis mittam. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, scilicet quæ vobis ad salutem sunt necessaria, & ea quæ docendis per vos sunt necessaria. Et quæcunque dixerò, id est, quæcunque à vobis fieri postulauerò, quæ vel

GGG 3 modo

modo dico vel dixi, & tempore opportuno vt ita faciatis, postulauero, suggereret, id est, ad memoriam reducet vobis. Nisi enim intus sit qui doceat, frustra admonetur doctor, qui instruat foris.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum neque formidet.

Pacem relinquo vobis, id est vnionem & tranquillitatem animorum. Pacem meam do vobis, id est, dabo vobis. Loquitur enim de pace beatorum, quæ iam erat in Christo, cuiusmodi nemo alius hanc pacem habuit viuens super terram. Aut ita: Pacem relinquo vobis cordis abiturus ad Patrem, pacem meam quam ego iam habeo nec vnquam amitto, do, id est, dabo vobis, vos adducturus ad Patrem. Quod vt intelligerent, addit: Non quomodo mundus dat, ego do vobis, hoc est, non carnalem pacem, quæ est nullam sentire molestiam, do vobis, sed meam pacem, quæ est ex nulla temporali molestia perturbari. Illam autem pacem cælestem, quæ est nihil discordiæ in anima sentire, omnia quæ in nobis sunt, perfecte subdi Deo, plenè impleri Deo, plenè absorberi Deo, ad nihil quæ aliud extra illum moueri, in futura patria habebimus. Porro in hac vita pax pectoris est quædam tranquillitas ordinis, vt caro subiecta sit spiritui, sensualitas rationi, & ratio Deo. Idcirco anima quæ ab ægritudine passionum non est libera, non habet tranquillitatem pacis: sed de pace plus aut minus habet, quanto se didicerit mortificare ac vincere. Non turbetur cor vestrum neque formidet à perturbationibus mundi, aduersitatibusquæ vobis occurrentibus.

Audistis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis.

Audistis ex me ante hac sæpius, quia vado & venio: abiens quidem hinc, nec tamen vos relinquens. Vado igitur per passionem à vobis ex hoc mundo, vt non appaream vobis deinceps in hac mortali ac visibili specie, & venio ad vos. Non ita tamen vado, vt vos relinquam omnino, & visitatione mea vos destituam, sed inuisam vos sæpius. Si diligeretis me amore veræ amicitie, perfecte & spirituali, gauderetis vtique, id est, gratularemini mihi propter glorificationem corporis mei, quia vado ad Patrem, vnde iuxta humanitatem nouo modo gaudebo per ascensionem & sessionem meam ad dexteram Patris: quia Pater maior me est, non quatenus diuinitatem, sed quantum humanitatem meam atinet. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, quod mihi futurum scio in passione & resurrectione: vt cum factum fuerit, credatis. Non ea tantum quæ videtis, credatis facta, sed per hæc quæ prædixi vobis futura, & postea videbitis impleta, credatis me veracem, Christum & Dei Filium.

Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps huius mundi & in me non habet quicquam.

Erit

Pax mundi
quæ sit.Pax cælestis
quæ.Pax pectoris
quæ sit.

VI

Estis tristes, estis perturbati, & propterea inepti ad retinendum: idcirco iam non multa loquar vobiscum: tempus enim non finit ut diu loquar. Si quidem non longè abest ut rapiar à vobis ad mortem. Venit enim princeps mundi huius, non creator aut factor, sed hominum mundanorum ac prauorum dominator, instigator & rector. Ipse enim, quomodo scriptum est, rex est super omnes filios superbiæ. Venerat autem diabolus, Christo hoc loquente, ad cor Iudæ, ut traderet Christum, ad Iudæos quoque ut illum occiderent. Volunt quoque nonnulli Christum ubi in deserto tentatus vicit diabolum, etiam postea non vsque quaque caruisse tentatione diaboli, quin postea quoque an Christus foret, diabolus illum tentauerit, præsertim cum de illo scriptum legatur: Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab eo ad tempus, Sed in me non habet quicquam, utpote peccatum nullum in me inueniens. Non ergo moriar propter peccatum, cui debetur mors, nec quasi ex debito mortis.

Princeps huius mundi ut dicitur sit diabolus. Iob 41. Lucæ 22. Ioan. 13. Math. 4.

Lucæ 4.

Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem. Et sicut mādātum dedit mihi Pater, sic facio.

Non, inquam, moriar, ut qui sententiam in se habet mortis à Deo propter præuaricationem hominis latam. Nihil enim in me prorsus habet inimicus. Quapropter nemo etiam tollit animam meam, sed ego vltro ponam eam in mortem. Quare igitur morieris? Ideo ego moriar, & hoc inde sequitur, ut agnoscat mundus, quia diligo Patrem: & hoc adeo ut ex eius dilectione, & pro eius voluntate me ipsum dem in mortem, quo illi obediens inueniar. Hoc est, ut sicut mādātum dedit mihi Pater, sic facio. Obserua autem hic in præsentī Euangelio, tria potissimum promitti, quæ Dei maximè desiderant serui. Primum est Dei amor, quem nobis promittit, cum Spiritum promittit sanctum, qui est amor Patris & Filij. Qui enim Spiritum sanctum recipit quomodo non simul Dei recipiet amorem?

Ioan. 16.

Tria in hoc euangelio promitti necesse tria omnibus.

Ad Spiritus sancti receptionem necessaria quæ.

Gregor.

Tria quæ odit Spiritus sanctus.

Sapient.

Ibidem.

Ibidem.

II.

Ut verò Spiritum sanctum recipiamus, primo necesse est, ut habitacionem ei exhibeamus mundam ac sanctam. Quid enim faciemus minus Deo, quam quod homini solemus potentè facere? Magnò enim aliquo ad nos veniente homine mortali, mundamus ante eius ingressum domum, & inde quicquid illum posset offendere, eijcimus, quicquid foedum apparet, regendo ornamus. Tergat igitur sordes prauī operis, qui Deo præparat domum mentis. Sunt autem tria quæ odit Spiritus sanctus, quæ operæprecium est ubi in nobis si Spiritum sanctum desideramus, non inueniantur. Primum est duplicitas, dolus ac simulatio, quæ in vnum tendunt. Ibi enim dicit veritas, ubi aliqua harum est pestium. Scriptū enim est: Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum. Secundo, odit carnalitatē cum suis omnibus obsecrationibus. Non enim nisi munditiam flagitat. Et propterea sequitur: Et auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Si à cogitationibus recedit oculos, quomodo habitabit cum immundis? Mundum igitur & sanctum ei faciamus locum oportet. Tertium est quod detestatur, peccatum, sicut scriptum est: In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccati. Et iterum: Spiritus sanctus corripitur, id est, expelletur à superuolente iniquitate. Secundo, ad Spiritus sancti receptionem necessaria est, pro-

GGG 4. fun-

- Eccl. 1. fundissima humiliatio. Hac enim sola honoratur. Vnde scriptum est: *Magna potentia Dei solus & ab humilibus honoratur*. Et alibi: *Super quem requiescet spiritus meus, n. si super humilem & quietum, & tremens sermones meos?* Quomobrem non incongrue Psalmista dicit: *Qui emittis fontes in conuallibus*, hoc est, fluentia gratiarum in cordibus emittis humilium. Inde etiam hoc intelligitur: *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, id est, super corda mollia ac manucta. Contra verò principi huius mundi diabolo antiquo serpenti dictum est: *Super terram gradieris*, id est, in hominibus terrenis atque rebus caducis tantum deditis requiesces, qui cibi tui erunt, quia terram comedes. Superbos quoque inhabitat quam libenter, quandoquidem rex est super omnes filios superbiæ. Idcirco vocatur à Paulo princeps aeris huius. Omnes enim superbi nihil sunt, sed tantum vt vter vento ac aere inflati sunt. Tertio ad receptionem Spiritus sancti necessaria est pax & tranquillitas mentis. Siquidem *in pace factus est locus eius*. Secundum quod Dei seruis desideratum hic promittit, est quod Dei amor in illis maneat, quam dicit: Et mansionem apud eum faciemus. Queris fortasse, quomodo Dei seruabis amorem? Vide quomodo ignis naturalis seruatur, ne extinguatur, pari modo tibi ignem Spiritus sancti conseruari necesse est. Nam ignis materialis primo conseruatur absconditus atque obuolutus cinere. Hoc modo amor Dei, seu ignis Spiritus sancti, mortis memoria & compunctionis exercitijs est abscondendus. Decet enim amantem feruido amore interdum redire ad sui cognitionem ad meditantiam suæ conditionis vilitatem, ingratitudinem & mortalitatem: quo alio iterum tempore in sublime feruentiores amoris flammam emittat. Secundo, seruatur & nutritur per lignorum appositionem. Hoc modo Dei amor in nobis nutritur per bonorum operum multiplicationem. Hac enim opera bona dico, quæ ex charitate generantur, quæ amoris diuini flamma accendit. Quæ quanto sunt frequentata & plura tanto Dei amor magis ignescit. Tertio ignis seruatur excitatur, renouaturque per flatum. Pari modo ignis, id est, feruor diuini amoris duobus modis sufflatur, atque ad maiorem incendij vim excitatur. Primo per desideria sancta. Desideria enim sancta atque continua nihil aliud sunt amori, quam follis igni. Vnde Ecclesiastes: *Si sufflaueris, quasi ignis ardebit*. Secundo, inflammatur hic ignis, crescitque per Christi insufflationem, hoc est per copiosorem collationem amoris sui. De hac insufflatione legimus in die Paschæ, quod foribus clausis ad discipulos intrauerit, atque eis insufflauerit, & dixerit: *Accipite Spiritum sanctum*. Tertium est quod Dei serui vehementer desiderant, scire scilicet, an Dei habeant amorem, hoc est, an sint in Dei gratia, aut statu salutis. Quod cum nemini scire possibile sit, sed absconditum cunctis atque incertum, hic tamen signum dat, quo facilius fieri potest coniectura, maiorque spes haberi, Dei nos habere amorem, si hoc in nobis inuenerimus signum. Dicit enim Dominus: *Si quis diligit me sermonem meum seruabit*. Quod vnusquisque in se an inueniat, discutiat se. Quia si non inuenerit, certus potest esse se Dei non habere amorem, quamuis incertus maneat, tamen si inuenerit, consolationem tamen spiritus hanc habet, se esse in Dei amore. Sunt tamen alia quoque signa presentie Spiritus sancti, si recolere volumus, quibus speciebus super Christum appa-

Tres species
in quibus ap-

parus

VI

paruerit Spiritus sanctus. Prima est species nubis lucidæ, in qua Spiritus sanctus se manifestauit super Iesum in eius transfiguratione. Nubes autem in se continet aquæ guttas stillantes. Quo significatur compunctio, lachrymarumque vel pro peccatis, vel ex amore Dei profluuium & distillatio. Secunda est species columbæ super Christo baptizato, in qua Spiritus sanctus apparuit: qua significatur innocentia ac simplicitas, dolo ac felle carens, viuientis in iustitia, æquitate ac charitate ad omnes homines. Tertia est species ignis, in qua hodie super discipulos apparuit. Qua significatur feruida supernorum appetitio (ignis enim semper tendit sursum) quæ in homine esse non potest, nisi simul ibi quoque sit temporalium mundanarumque rerum contemptus. Dominus noster Iesus Christus sua nos gratia visitet, nobiscum maneat, nosque in sua charitate non solum roborer, sed & confirmet. Qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

paruerit Spiritus sanctus mystice quod.

I.

Matth. 17.

Marc. 9.

Luce. 9.

II.

Matth. 1.

Marc. 1.

Ioan. 1.

III.

Actor. 5.

SERMO DE EADEM DOMINICA.

Cuiusmodi debet esse preparatio, cuiusmodi hospitium quod dignetur Spiritus sanctus.

Accipietis virtutem Spiritus sancti, superuenientis in vos. Actor. I. Sublimia atque acuta de Spiritu sancto inuestigare aut loqui, vobis quidem (vt reor) generaret audiendi fastidium, meum verò etiam excederet ingenium. Hoc magis nostri debet esse studij, Spiritum sanctum recipere, quam subtiliter de eo disputare. Ad quod cum etiam non fuerit necessario nostra impendenda instructio, non inutiliter tamen fit exhortatio. Itaque non docentis, sed cohortantis partes acturi, auscultemus quid nobis promittatur. *Accipietis virtutem Spiritus sancti superuenientis in vos.* Promissum Spiritum sanctum charissimi, in discipulorum corda hodie Dominus infudit. Et quod olim discipulis, hoc quotidie vsque ad consummationem seculi facit credentibus. Proinde, quisquis sanctum desiderat Spiritum, mundet & paret ei habitaculum: quandoquidem sic amat Spiritus mundus atque cor mundum: cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum. Expellat omne peccatum, & quicquid illi nouerit displicere abijciat. Colligat animi sui vires omnes, & cogitationes curasque rerum mundanarum, præsertim inutilium abigat, purificet affectus, & se quanto potuerit studio, gratum Domino hospitium exhibere contendat. Potest autem dignè parationis similitudo accipi ab his, quæ videmus circa terreni alicuius hospitis magni susceptionem fieri, qui quanto est potentior, quanto nobilior, quanto dignior, tanto maiori cura, tantoque nobilior, mundius, ac speciosius ei paratur hospitium. Placet Domino terreno, illucque libenter diuertit vbi eius aduentus vehementer desideratur, vbi inuitatur crebrius, vbi accessus ipsius vigilanter obseruatur, vbi occurrentibus multis passim hilariter excipitur, vbi denique monitis eius obtemperatur: & postremo vbi in pace, tranquillitate ac reuerentia magna susceptus colitur. Expedit tibi ò anima, quæ sponsa vis esse Dei, vt talem sponsum hospitem ad te venientem dignè suscipias, eius aduentum feruentibus suspirijs desideres, crebris

Actor. 1. 2.

Spiritus sanctus quid in nobis potissimum amet. Prou. 2.

Spiritus sancti aduentum desiderant quem do se se præparet.

HHH auncijs

Hospitium
quoniam Spi-
ritui sancto
paretur.

Custodes duo
ad cordis
portam po-
nendi qui sunt.

1. Reg. 4.

Ostia triti-
cum purgans
& obdormi-
ens mystice
quid.

Isbofeth
quid inter-
preteur.

Mort. 13.
Apoc. 3.

nuncijs inuites, domus tuæ familiam probe insituas, quæ cuncta boni ho-
piti iura obseruet, ne quod tanti hospitis oculos queat offendere, intra te
reperiatur. Principio tibi necessarium est, vt hospitem hunc ardentem de-
sideres. Huius desiderij manifestandi gratia, aut potius exercendi duos mit-
tas nuncios, scilicet humilitatem, hoc est, propriæ vilitatis cognitionem, &
orationem ad eum inuitandum. Porro ad cordis tui portam duos consti-
tuas custodes, qui hospitis huius aduentum obseruent atque aduigilent, vt
præter ipsum alium admittant neminem. Hi sunt circumspectio vigilans,
& discretio prudens. Hi custodiant cor tuum, ne intret quem hospes ille
nolit, ne appareat ibi quod hospes, id est, Spiritus sanctus auersatur, ne-
ciam rursus quod diligit ille, excludatur. Siquidem neminem vult ille de
familia sua, hoc est, de virtutibus, bonis inspirationibus, & donis suis ex-
cludi, neminem de hostium, id est, carnis, mundi ac diaboli partibus admit-
ti. Vtrobique si negligentia admissa fuerit, aut non veniet, aut longius, si
præsto fuerit, recedet. Legimus Isbofeth filium Saulis interfectum, pro-
pterea quod ad portam regis suæ ancillam constituerit ostiariam, que som-
no oppressa, locum dedit hostibus latrunculis domum latenter introeun-
di, & regem interficiendi. Sic enim legitur: Venientes filij Remmon Ber-
thitæ, Rechab & Baana ingressi sunt feruente die domum Isbofeth, qui dor-
miebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgans triticum,
obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter, assumentes spicas triti-
ci, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt.
Quod glossa mystice exponens: Ostiaria inquit, triticum purgat, cum men-
tis custodia discernendo virtutes à vitijs separat: quæ si dormierit, in mor-
tem Domini proprij insidiatores admittit, quia si discretionis sollicitudo
cessauerit, ad interficiendum animum malignis spiritibus iter pandit. Qui
ingressi spicas tollunt, quia bonarum cogitationum germina auferunt, at-
que in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt.
In inguine enim ferire, est vitam mentis carnis delectatione perforare.
Non enim Isbofeth inopinata morte succumberet, si non ad ingressum do-
mus mulierem, id est, ad mentis aditum mollem custodiam deputasset.
Fortis enim vigilanti sensus præponi cordis foribus debet, quem nec ne-
gligentia somnus opprimat, nec ignorantia error fallat. Vnde bene Is-
bofeth dicitur, qui custode foemina hostilibus gladijs nudatur. Isbofeth
enim vir confusionis dicitur. Vir confusionis est, qui forti mentis custo-
dia non est munitus, quia dum virtutes se agere æstimat, subintrantia vir-
tia nescientem necant. Tota ergo virtute muniendus est mentis aditus,
ne eam hostes inuadant, & penetrent foramina neglectæ cogitationis. Hæc
ibi. Vnde liquet quam necessarium sit per ignauiam non dormire, per
negligentiam cordis custodiam non deferere, sed velut ad portam vigilan-
tem circumspectionem & prudentem discretionem custodes cordis pone-
re, quæ cogitationes, affectus, omnesque instinctus discerant, & quid ali-
mine cordis propulsandum, quid introducendum sit discernant. Vigilan-
dum est igitur omni tempore, quia & hospes ille qui pro sua bonitate, pro
sua charitatis largitate aduenire dignatur, vel non inuitatus pulsatur: vbi si
neminem se intromittentem aut vigilantem inuenerit, recedit. Fratres
he

VI

heu quam saepe hoc hospite pulsante ad nostri cordis ianuam, nemo est qui aperiat, nemo inuenitur domi. Dormit ancilla ostiaria, aut profus non est qui portam custodiat constitutus. Pater liber omnibus in cordis hospitium introitus & exitus. Eam ob rem cui soli debuerat seruari hospitium, abscedit, vt pote qui secretum diligit, ne tumulti se cogitationum admisceat. Sponsus est animae & pra omnibus vult vnus amari. Est aliud praeterea, quod ad hospitium bonum pertinet, videlicet vt parata sit ibi familia ad obsequendum hilariter hospiti nostro de quo loquimur, & de quo canit Ecclesia dulcis hospes animae, illi deuotio sancta expectabunda occurrat, & ad amplectendum eius beneplacitum, omnimodis sese paret. Obedientia quicquid gratum cognouerit exequatur, amor cum hospite familiare ineat colloquium, cuius praesentia vegetatur. Puritas affectionum & intentionum cordis, silentium & pacem, & quietem in vniuersa domo constituent. Consideratio reuerentiam, laus impendat gratiam actionem. Haec est o anima domus tuae familia, quam ad cultum & obsequium sponsi tui instituas. Interim considerandum quoque, quod quamuis multis & miris plerumque modis mentibus illabatur humanis Spiritus sanctus, qui in millia quidem & millia possent distingui, si possent etiam explicari: quippe cuius visitationes adeo sunt occultae, vt ne a nobis quidem saepenumero possint agnosci, tria tamen in Euangelio legimus circa aduentum Spiritus sancti signa visibilia, quibus quomodo animam inuisibiliter ingrediatur, ediscimus. Legimus namque ingentem sonitum, hoc est, quasi quandam tremefactionem. Legimus item linguas igneas, legimus speciem columbae, quibus suae praesentiae aduentum & operationem significauit Spiritus sanctus.

Familia spiritualis qui ordinanda.

Signa tria visibilia in quibus venit Spiritus sanctus, quod mystice praecedant.

Act. 2. Ibidem. Matth. 3. Marc. 9. Ioan. 1.

Itaque fratres quoties sentimus tremorem & terrorem cordis super peccatis nostris nondum emendatis, item super iustitia Dei tremenda & inuitabili, super inferni poenis horribilibus, quoties, inquam, corde concutimur, sonitum audimus, quo corda nostra pulsatur Spiritus sanctus: adsit tunc circumspectio vigilans, & intelligat: adsit discretio prudens, & pulsanti aperiat. Occurrat deuotio hilariter, paret se obedientia, & dicat: *Domine, quid me vis facere? Paratum cor meum, paratum cor meum. Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas doce me. Doce me facere voluntatem tuam, quis Deus meus est tu.* Hoc modo ad cor Pauli sanctus Spiritus accedens pulsauit, hunc sonitum Paulus audiuit equo deiectus. Ita complures alij Spiritum sanctum hospitem acceperunt. Quapropter charissimi, quicquid aduersi nobis occurrerit, quicquid corpus molestaerit, quicquid angustiaerit mentem, sit infirmitas, sit exilium, sit captiuitas, sit egestas, senectus aut alia quaeuis calamitas, sonus est magnus, nec parum saluber, quo corda nostra pulsatur Spiritus sanctus, desiderans intromitti. Absit nos ita dormire, vt Spiritus sancti aut nunciorum eius pulsus non audiamus. Absit ita mundi ebrios nos esse amore, vt quid pulsus ille insinuet haud intelligamus. Absit ita obstinatos esse, vt contra pulsantem diuinam prouidentiam nos excitare cupientem, etiam aut murmuremus, aut recalcitremus. Altero modo venit Spiritus sanctus ad cordis nostri hospitium pulsans per linguas igneas, vt pote per sacrae lectionis aut praedicationis aut correptionis verba,

Apoc. 1.

Act. 9.

Psal. 36.

& 107.

Gal. 4.

Psal. 145.

Act. 9.

II.

Linguae igneae quid mystice.

HHH 2 illu-

illuminans mentem iuxta ac inflammans. Hoc modo quam sæpe corda hominum visitet Spiritus sanctus, quam sæpe animos mutet, ad eorum quæ auribus hauriuntur aut mente voluntur, amorem & desiderium inuitans, testantur omnes historiae tum canonicae, tum aliae sacrae. Verum quam graui plerumque somno hospitij nostri familia omnis dormiret, hinc liquet, quod non sine grandi moerore ac tædio animi nonnunquam spiritualia audimus. Frigida enim tunc nobis est tam lectio quam aliena prædicatio, ac veluti fabula auditur, quicquid contigerit audiri. Tertio, ad quorundam venit hospitium Spiritus sanctus in specie, id est, in similitudine columbae, emolliens eos beneficijs & prosperitatibus temporalibus, veluti blanditijs quibusdam ad sui amorem alliciens, nihilquæ felleum, nihil austerum obijciens, sed benignum se exhibens, & secum faciens omnia suaui ac tranquilla. Hoc modo per multi præuenti benedictionibus dulcedinis innocentius perstiterunt, multi etiam ex facinorosis actibus ad correctiorem vitam sanctimoniamquæ redierunt. Sic cuiusdam, vt legitur, Ecclesiastico non admodum laudatæ vitæ tesseriis ludenti, oblata fuit canonica ipsius electio ad Episcopatum. Qui semetipsum erubescens, & diuinam erga se bonitatem stupens, adeo est compunctus, adeo in alterum virum ilico mutatus, vt non sine grandi cunctorum admiratione, qualem huius officij dignitas posecebat, episcopum integerrimum præstaret. Alteri non minus lubrico dum insinuaretur eius electio ad Episcopatum, adeo diuinam admiratus est bonitatem, adeo se conuertit ad Deum, vt relicto mundo relictisque omnibus, cœnobicam assumeret religionem.

III.
Columbae
species vt in
h. uet Spiritu
sanctū.

Psalm. 10.

Spiritui sancto
vt aperiendum
hospitiū cordis.

Ioan. 10.
Apoc. 3.

Spiritus sanctus
quinam detestatur.
Sapient. 1.
Ioan. 4. 5.
& 6.

Iraque charissimi emundemus hospitium Spiritui sancto dedicandum, vigilemus ad tanti hospitis aduentum. Pulsat caro & aperimus, pulsat mundus & vigiles occurrimus, pulsat & ingredi tentat inimicus & consentimus, pulsat Spiritus sanctus, & desides sumus? Vult se nobis donare Deus & dissimulamus, imo contemnimus, quia vilissima ei anteferimus, & immunda terrenaquæ plus amamus. Dixi iam quomodo triplici pulsat modo. Bonæ eius inspirationes sunt pulsus ad ostium cordis, quæ interdum sine exteriori euidenti immutatione aut signo infunduntur, quomodo solo flatu, aut vt textus habet, insufflatione Christi, super discipulos legitimus Spiritum sanctum illis datum. Cæterum sunt qui iam aperierunt, qui introdixerunt, qui hospitem habent Spiritum sanctum secum cœnantem. His magnopere curandum est vt retineant, non aliud amittant, cum quo ipse nihil habeat commercij. Siquidem simplex est, purus & sanctus, ideo disciplinæ effugit fictum, & aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Detestatur mendacium, vt pote Spiritus veritatis, discordiam non sustinet, vt pote Spiritus pacis, fugatur odio Spiritus charitatis, expellatur quodcunque mortali peccato, vt pote Spiritus sinceritatis, & sanctitatis. Qui vtinam regat & dirigat nos, & ad gaudia perennitatis introducat, Amen.

IN DOMINICA SVPER SANCTISSIMAE
Trinitatis, Epistola beati Pauli Apostoli
ad Romanos XI.

Altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius? Sapient. 9. Esai. 4.
Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius 1. Corin. 1.
fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria, in saecula saeculorum, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Multa ad Romanos Paulus scribens, tractauerat de fide, de gratia, de merito, de lege, de praedestinatione, vnde à curiosis multae possent fieri quaestiones, quare scilicet Iacob elegit, Esau verò odio habuerit? Roman. 5. 6. 7. 9. 11.
Cur aliorum miseretur, alios indurat, seu indurari sinat. Alium hic corripit tanquam Pater, alium impune sinit peccare & perire. Deinde, quare primum Iudaeos & postea Gentes elegerit, nouissimè tandem iterum omne genus Iudaeorum ad se conuertet. Harum omnium ac similiarum quaestionum ne quis solutionem quaerat, vna generali admiratione, tacens omnem aliam responsionem singularem, cuncta haec ambigua soluit, & dicit: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quae absque iustitia & ratione quae nihil agit. Si enim vnus passer in terram absque Dei providentia non cecidit, quomodo maiora atq; humana reguntur absque sapientia & providentia Dei? Hanc autem nobis scrutari, aut huius inuenire rationem nobis est impossibile. O igitur altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, nunquam non iusta, sed tamè quomodo iustissima sint & reuerenda, nos pro maxima parte later. Et quam inuestigabiles viae eius quas ambulat? Nemo enim secretas illius iustitiae regulas perscrutari potest, nemo inuenire, nemo penetrare. Quis enim cognouit sensum Domini? Nemo profecto, quia secretorum eius nemo conscius est hominum. Aut quis consiliarius eius fuit Deum instruens? Aut quis prior dedit illi, qui per hoc meruerit, vt retribueretur ei? Nemo enim dare potest, quod non accepit. A quo autem accepimus omnia, aut cuius sunt quae habemus omnia, nisi Dei? Quoniam ex ipso, id est, ex Patre, & per ipsum, id est, per Filium, & in ipso, id est, in Spiritu sancto sunt omnia. Aut, ex ipso sunt omnia, tanquam è creatore, per ipsum verbum, seu sapientiam omnia sunt, id est, gubernantur, in ipsa bonitate Spiritus sancti omnia conferuntur. Ipsi gloria sit. Cui ipsi sit gloria? Ipsi ex quo omnia, & ipsi per quem omnia, & ipsi in quo omnia, vt idem intelligatur vnum, quoad substantiam, trinus autem distinguatur in personis. Malac. 1. Exod. 33. Matth. 10. Sapient. 9. Esai. 40. 1. Cor. 1.

EIVSDEM DOMINICAE SANCTISSIMAE

Trinitatis, Epistola altera, iuxta quorundam ritum

Ecclesiarum B. Pauli Apost. II. Corin. XIII.

HHH 3

Gaude-

Audete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite. Pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ioan. 1.

Math. 5.

1. Cor. 1.

Eph. 4.

1. Cor. 13.

Ioan. 3.

Galat. 4.

1. Petri 2.

GAudete de gratia Domini nostri Iesu Christi, qui vos vocavit potestatemque dedit filios Dei fieri. Gaudete quoque de secura vestra conscientia, quæ vos non reprehendit, nec aliquid retinetis in ea mali, quod vobis placeat repositum. Perfecti estote, non ut nihil vobis adijci ultra possit in virtutibus incrementi (hoc enim modo Deus solus est perfectus) sed ut perfecti sitis, quibus nihil ad salutem, & iustitiam desit, quod sit vobis necessarium. Exhortamini alius alium, quo promoueat fratrem suum vnusquisque ad meliora. Idem sapite, ne in vobis dissensiones inueniantur, & schismata. Pacem habete inter vos, supportantes inuicem in charitate, pacemque habete cum Domino Deo, ne ab eius voluntate dissentiat. Quod si feceritis, Deus pacis & dilectionis autor, atque largitor, erit vobiscum. Gratia Domini nostri Iesu Christi, qua nobis gratis peccata nostra donauit. Charitas Dei, qui sic mundum dilexit, ut Filium suum daret vnigenitum in mortem, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam: & communicatio sancti Spiritus, qui tam Patri in dilectione, quam Filio in misericordia, & gratia nobis impartienda communicauit, cooperans nostram salutem, sit cum omnibus vobis. Hæc enim Trinitas salutis nostræ perfectio est. Charitas namque Patris misit nobis Filium suum, Filius se ipsum nobis tradidit in redemptionem & precium, auferens à nobis chi-rographum delicti, & sententiam mortis. Spiritus sanctus, ut hanc gratiam percipiamus, possideamusque salutis, sui communicatione facit.

EXEGESIS EVANGELII IN DOMINICA Sanctissimæ Trinitatis, Ioannis III.

Trinitatis personarum in diuinis assertio.

Hodie octauæ sunt Pentecostes, quibus memoria adhuc recollitur misericordiam, & donorum Spiritus sancti, quæ potissimum nobis in regeneratione nostra spirituali infunduntur, hoc est, in baptismo in quo renascimur, in fide, & in nomine sanctæ Trinitatis, cuius hodie solenne festum seruat Ecclesia, & Euangelio satis congruo vitur, in quo memoria sit Spiritus sancti, & regenerationis nostræ. In hoc Euangelio inuenitur Trinitatis personarum in diuinis assertio, sicut dixi. Si quidem Pater significatur cum sua potentia, in hoc quod dicitur: Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Exprimitur Filij persona cum sua sapientia, vbi dicitur: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Exprimitur Spiritus sancti persona cum sua bonitate, vbi dicitur: Spiritus vbi vult spirat. Sic ergo dicit sanctus Ioannes:

Erat homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.

Describitur nobis Phariseus quidam ac princeps, legisque doctor, qui de

scia

ſecta erat Phariſæorum, Nicodemus nomine. Hic occultus erat diſcipulus Domini, qui viderat ſigna & miracula Domini: vnde intellexit aliquid, quàm in alio puto homine, plus eſſe in Chriſto: Non tamen palam audebat conſiteri Chriſtum, propter metum Iudæorum, ne extra ſynagogam fieret. Erat enim illorum vnus, de quibus Euangelista dicebat: Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum. Et ipſe erat princeps non ſummus, ſed de principibus vnus, pura rector, atque Doctõr Iudaicæ plebis. Propterea mox ſequitur: Princeps Iudæorum. Hic itaque excellentiam poteſtatis & ſapientiæ mirabilem Ieſu ſentiens, deſiderabat magis informari.

Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia veniſti à Deo magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.

Nicodemus, inquit, nocte venit ad Ieſum. Quare nocte? Ideo profeſſo, quia Iudæorum metuebat inuidiam, ac perſequutionem, vt interdium non auderet Chriſtum accedere. Vel, quia doctõr erat legis, erubeſcebat palam à Chriſto diſcere. Hic Nicodemus fuit, qui fauore Chriſti locutus eſt ipſum excuſans, alijsq; principibus dicens: Nunquid lex noſtra iudicat quenquam, niſi prius audiat illum? Hic etiam Chriſtum ſepaliuit: Itaq; cùm eſſet cum Chriſto ſic eum alloquitur. Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti miſſus ſcilicet magiſter veritatis. Beatus quem non pecunia, ſed ſapientia & ſtudium veritatis, facit magiſtrum. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cū eo, id eſt, niſi Dei fuerit amicus, cui diuina virtus cooperetur, quemq; orantem exaudiat. Miracula non ſemper teſtantur ſanctitatē, alioqui nõ diceretur: Diſcedite à me operarij iniquitatis, his qui ſunt Chriſto diſcitur: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo multa ſigna fecimus? teſtantur tamen veritatem doctrinæ. Niſi enim quis veritatis ſit prædicator, ac doctõr, Deus eius mendacio non atteſtabitur, nec illi miraculis gloriſicabit ad alios ſeducendos. Obſerua quòd Nicodemus conſitetur Ieſum amicum Dei, à Deo miſſum, ſed nondum credit Filium Dei. Vide tamen quàm benignè Dominus eum recepit, quomodo imperfectionem fidei eius non arguit, aut exprobrat, ſed diſſimulat. Verùm ignorantiam cupiens erudire, miro modo per obſcura verba eius ingenium, ac pietatem exercens erigit. Docuerat enim ipſe Dominus lignum fumigans non extinguendum, nec calamum quaſſatum confringendū. Vide etiam quòd Dominus non mox ſe conſitetur Dei Filium, ſed vbique ſe magis oſtendit Dei Filium virtute, quàm ſermone. Satis ſibi videbatur aſſuere, quòd nihil doceret, nihil ageret contrarium Patri: quis autem eſſet, quidve poſſet, re ipſa loquebatur.

Reſpondit Ieſus & dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei,

Non ad ea verba quæ ille loquebatur, Ieſus reſpondit, ſed ad eius animū, intentionem quæ Nicodemi, qui propterea venerat, vt diſceret à Chriſto, quomodo oporteret eum ſaluū fieri. Ad hoc igitur Dñs reſpondit: Amen amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo, ſcilicet per ſpiritualem regenerationem.

HHH 4 neratio-

Nicodemi
deuotio erga
Chriſtum.

Ioan. 7.
Ioan. 19.

Lucæ 11.

Matth. 7.

Nicodemi
fidei imper-
fectio quia
Iſaia 42.

Ibidem.

nerationem, qua esse aliquid Spirituale incipiat habere, ac deiforme, quomodo ex naturali, corporalique generatione olim esse recepit corporeum, ac naturale (Hoc autem esse spirituale recipimus in baptisinate) Non potest videre regnum Dei, id est, scire secreta Ecclesie & diuinitatis. Verum de hac spirituali generatione nihil intelligens Nicodemus, disputare cepit contra verba Christi. Non enim erat de numero illorum, qui audientes verba Christi, nec intelligentes scandalizati sunt & abierunt: quia quod non intelligebat, vt intelligeret, apud magistrum veritatis instituit.

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suae iterato introire & renasci?

Marc. 6.
Ioan. 6.

Non intelligens Christum Nicodemus, putabat illum de carnali loqui generatione. Extra enim hanc nondum aliam didicerat. Ideo ad haec verba Iesu expauescens quaerit, dicens: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? De seipso loquitur interrogans, quia pro seipso tantum erat sollicitus cum esset senex. Corporali enim regeneratione nec infans posset renasci. Nunquid potest homo in ventrem matris suae iterato introire, & renasci? Quasi diceret: Hoc tam absurdum, quam impossibile foret. Volens Iesus lucidius loqui & tollere obscuritatis verborum ambiguitatem, sermonem suum manifestius iterat.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Natiuitas
hominis
triplex quae

Terribles
quis fuerit.
Genes. 10.

Natiuitas
hominis quae
fit miserabilis.

Natiuitas spi-
ritualis quae

Augustin.
Agor.

Hic cuiusmodi natiuitate loquatur, lucidius explicat, nempe eam quae est spiritualis, ex aqua, quae sola quidem & sine verbo nihil nisi corpus laueret: verum accedente verbo, accedenteque Spiritu sancto in baptismo, in aliam vitam, & alium viuendi modum, seu in aliud viuendi genus renouat hominem. Quocirca sciendum, triplicem esse natiuitatem. Primam ex parentibus, quae carnalis est, quae cum dolore matris omnis infans in mundum nascitur plorans, tamen de Zoroaste (quem Cham filium Noe fuisse autumant) legatur, quod mox natus riserit. Hic artis magicae fuisse refertur inuentor, Rex Batrianorum, à Nino rege Assyriorum, qui in Genesi Assur vocatur, postea occisus. Prima itaque vox hominis post hanc natiuitatem est ploratus. Nascitur etiam homo curuus, quasi quadrupes more bestiarum. Vnde merito humiliari deberemus. Est enim miserior omnibus pullis bestiarum homo. Bestiola enim alia mox nata, gradi, aut repperit, & edere incipiunt. Homo nisi alieno fultus auxilio, nihil horum potest. Secunda natiuitas est spiritualis, qua in vitam spiritualem regeneramur in baptismo. Aqua enim elementaris tenet locum, seu speciem matris. Spiritus sanctus tenet locum patris. Verbum autem Sacramentale est, quasi semen diuinum, Augustino dicente: Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Nec ociosum nobis videatur in aquam mergi, quando quidem Petrus eos quoque qui Spiritum sanctum receperant, iussit nihilominus baptizari. In aqua enim dum mergimur, vetus homo noster sepelitur, & emer-

emergentibus nobis, nouus homo, qui secundum Deum est, resurgit. Consepelitur itaque, ut Apostolus ait, Christo per baptismum. Tertia natiuitas est caelestis, qua nudi egredimur de utero Ecclesiae per mortem, & in nouitatem gloriae renascimur, liberati ab omni miseria & angustia praesentis uitae. Primam solum natiuitatem Nicodemus meditabatur, qua per generationem carnalem homo esse acquirit humanum & corporale: ignorabat uero aliam esse uitam, scilicet gratiae, aut aliud esse spirituale, quod assequimur in baptismo. Idcirco Dominus plenius ei distinguit, dicens inesse homini oportere duplicem uitam, seu duplex esse.

Natiuitas
hominis caelestis quae
Rom. 6.
Coloss. 2.

Quod natum est, ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu spiritus est: Non mireris quia dixi tibi: Oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis: sed nescis unde ueniat, aut quo uadat.

Quod natum est ex carne, caro est, id est, proles genita à carnali parente, caro est, & generatio carnalis habet esse carnale, & quod natum est ex spiritu, id est, quod spiritualiter natum est, Spiritus est. Non mireris, non sit tibi adeo hoc rarum, aut alienum, quia dixi tibi: Oportet uos nasci denuo. Obiectio enim tua loquitur de carnali generatione, ego de spirituali loquor. Spiritus, id est, uentus, ubi uult spirat, id est, fiat illuc quo inclinatur, & uocem eius, id est, sonum audis, & nescis unde ueniat aut quo uadat. Ac si diceret. Esse spiritualement natiuitatem dico, nec tamen eam propterea non debes credere, quia non capis hanc generationem, quum nec intelligas uentum quem audis, unde ueniat, aut quo uadat, id est, ubi incipiat, aut terminetur. Aut aliter: Spiritus sanctus ubi uult spirat, id est, gratiam suam ubique uoluerit, liberè effundit, & uocem eius, id est, sacram Scripturam, in qua tibi loquitur, & intus operatur, audis: aut uocem eius, id est, internam allocutionem, quam intus percipis, audis, sed nescis unde ueniat, aut oriatur, nec quo uadat, id est, ubi terminetur. Quasi dicat: Multa sunt, quae percipis esse, quorum tamen originem & finem nescis, hoc scilicet sciens, quod sunt, alia, quae quomodo, aut unde sint, nescis.

Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.

Cuius natiuitatis principium, id est, Spiritum sanctum, & finem, id est, aeternam felicitatem nescis. Quasi dicat: Tamen si uideas eum, qui in baptismo renascitur, & aquam, uerbaque sacramentalia quibus regeneratur: non tamen uides Spiritum sanctum regenerantem, à quo renascentia haec oritur, nec ad quid illum renascentia, seu spiritualis natiuitas perducatur, scis. Quomodo ergo in illis quorum originem & finem nescis, licet scias ea fieri, ita credas oportet spiritualement natiuitatem, quamuis eius natiuitatis occultum mysterium, id est, regenerandi principium & finem non capias.

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quo modo possunt haec fieri?

Non reprehendit haec uera non esse, sed quae credebatur uera esse ea optabat intelligere. Erat enim totus in lege eruditus, sed circa literam solum uari adeo fuit assuetus, ut ad spiritualia capienda minus propterea idoneus esset.

Nasci ex spiritu quis dicitur.

Augustin.

offer. Et ideo Dominus, vt magis reddat capacem, duriusculè loquitur ad humiliandum eum. Erat enim magister in lege, & idcirco aliquid erat in oculis suis & aliorum (quod satis indicat, quòd nocte quasi verecundus ad discendum ad Dominum venit) ideo à Domino humiliabatur. Nemo enim ex spiritu nascitur, teste Augustino, nisi humilis fuerit.

Respondit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quòd vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

Exod. 14.

Tu qui es magister in Israel constitutus, merito hæc ignorare non deberes, qui baptisimi Sacramentum sub figura in transitu maris rubri, & in tot ablutionibus veteris testamenti toties legisti. Amen amen dico tibi, quòd scimus nos, scilicet Pater, Filius, & Spiritus sanctus, aut nos Messias, Rex & Christus, loquimur: & quòd vidimus oculo scilicet interiori, testamur, id est, constanter asserimus, & miraculis testamur ego & renati Apostoli, de his puta, quæ ad salutem scitu necessaria sunt: & testimonium nostrum non accipitis, id est, verbis prædicationis nostræ non creditis vos pharisei & principes. Non loquitur autem hæc verba singulariter Nicodemus qui credebat, licet in fide cupiebat informari sed de populo toto Iudæorum.

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixerò vobis cælestia credetis?

Nicodemum vt Christus exerceat ad humilitatè.

Vide, quomodo Nicodemum de altitudine humanæ sapientiæ ad humilitatem, de litera ad spiritum ducere nititur. Multipliciter enim illum humiliat, exerceatque, vt capacem spiritus, vtque diuinæ eruditioni reddat idoneum. Si, inquit, terrena dixi vobis & non creditis (terrena non solum ea putat, quæ hic de vento & spiritu, sed quæ etiam ante locutus est, quàm Nicodemus accesserat ad Iudæos) quomodo si dixerò vobis cælestia, credetis? puta de inuisibilibus Dei, de Trinitate personarum, & diuinitatis vnitatem, de Filij æternæ generatione? Sunt tamen quadam cælestia & secreta, quæ ad Christum pertinent, hæc Christianum non oportet ignorare, vt sunt personæ vnitatis in Christo sub duabus naturis, eiusdem passio quæ eramus redimendi, item Dei amor erga nos, qui Filium suum pro nobis dedit in mortem, ne pereamus. De his Nicodemum instituit. Propterea sequitur.

Roman. 8.

Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo.

Naturæ duæ quæ in Christo sint intelligendæ.

Pro verborum horum intellectu rememorandum est Christum vnâ deputatè esse personam in duabus naturis. Quare quicquid vel alterius naturæ gratia, hoc est, aut humanæ, aut diuinæ huic conuenit, toti Christo propter identitatem personæ tribuitur. Verbi gratia: Dormire Christo conuenit ratione humanæ naturæ tantum, non ratione diuinæ, toti tamè Christo tribuitur, vt verè dicam Christum, qui in vna persona est Deus & homo, dormisse: & iterum dicam eundem mortuos suscitasse, quamuis hoc ei ratione

one diuinitatis, illud ratione humanitatis tantum conueniat. Idem igitur crucifixus est, & creauit mundum. Idem in nau dormiuit, & imperauit uentis. Idem lachrymatus est, & Lazarū de monumento resuscitauit, quia Filius Dei, & Filius hominis vnus est. Vnde dicimus: Iesus creauit mundum, & Deus pro nobis mortuus est, quia humana & diuina cōueniunt eidem personae ratione duarū naturarum. Hoc modo, quia Filius Dei descendit de caelo, dicitur etiā Filius hominis descendisse. Descendit autē Filius Dei de caelo non mutando locū, quia qui ubiq; est, non est in loco: sed de caelo in mundū descendisse dicitur, quia nouo modo ibi esse incepit, per humanitatis assumptionem scilicet, propter hanc vnitatē identitatēq; personae. Dicitur etiam Filius hominis de caelo descendisse, quomodo Deus dicitur pro nobis crucifixus. Dicitur quoq; in caelo esse Filius hominis, quia Deus cui in vnā personam est vnitus, est in caelo. Vt igitur sapius dixit tanta est vniō duarū naturarū in Christo, vt humana diuinis, & diuina humanis conueniant. Sed dicitur: Quomodo nemo ascendit in caelū, nisi Filius hominis? Respondēdum primo: Hoc verbū ascendit, si intelligatur praeteriti esse temporis, aut praesentis, sic ante passionem eius nemo ascendit, aut nemo ibi esse potuit, praeterquā ipse. Nobis enim omnibus clausum erat caelū. Quomodo autem ipse ibi erat, iam dictū est, quia ratione Deitatis ibi erat: Christus, qui causa humilitatis creherrimē se Filium vocat hominis. Secundo dicendū hoc esse verū, si intelligatur virtute propria ac merito. Nemo enim praeter ipsum meritū proprio, sed omnes merito Christi, cuius sumus mēbra ascendimus. Ideo potest tertio modo verū esse, si per Christū acceperimus mysticū eius corpus, id est, tam caput quā mēbra: Ipse enim caput est, omnes verō electi eius sunt mēbra. Tunc enim praeter Christū nemo ascendit in caelū: omnes autē nos in eius corpore sumus mēbra, qui cum eo, & per eum, & in eo ascendimus. Hoc praestat nobis baptismus, in quo Christo renascendo incorporamur. Ibi enim virtus passionis, & meritōrū Christi nobis cōmunicatur. Sunt autem verba quae rectē Nicodemo informando conueniebant, quo intelligeret, quis esset huius regenerationis in baptismo fructus, quāue efficiētia, aut operatio, & quo perduceret nos. Idcirco etiā de passione sua mox subiungit, cuius virtute operatur baptismus. Decebat enim Christum, vt qui de sua maiestate Nicodemo aliquid insinuauerat, insinuaret etiam de sua passionis humilitate. Propterea sequitur:

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltauit Filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam.

Similitudinem passionis suae qua in cruce erat exaltandus, quantum ad modum suspendendi, intuendi, sanandiq; pertinet, per figuram explicat, dicens: Sicut Moses exaltauit, id est, in altum suspendit serpentem aereum in deserto. In Numeris legimus populum Israel, quum tædere cōpisset itinere ac laboris, murmurasse contra Deum & Moysen, ac dixisse: *Anima nostra* Num. 21. *uascat super cibo isto leuissimo* &c. quomodo miserit Dominus ignitos serpentes in populum: à quibus cum alij fuissent interempti, alij laesi, alij penitentes venerunt ad Moysen rogātes, vt oraret Dominū pro amotione serpentū.

Matth. 8.
Ioan. 11.

Filius hominis quomodo dicitur vere descendisse de caelo.

Ascendisse neminem in caelum nisi Filium hominis qui sit intelligendum.

Matth. 1. 9.
& 21.
Marc. 1. 9. 10.
& 4.
Luca 9. 11. 15.
& 21.
Ephes. 4.

Num. 21.

Quo orante, dixit Dominus: *Fac serpentem anelli: & pone eius pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet.* Itaque sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari, id est, in cruce leuari oportet Filium hominis. Oportet hac scilicet conditione stante, si redimi atque sanari genus debeat humanum, vt omnis qui credit in eum (quod est fide Christum intueri) non pereat, sed habeat vitam aeternam. Hanc nobis largiatur Dominus noster Iesus Christus, cum Patre & Spiritu sancto in secula benedictus, Amen.

SERMO DE EADEM DOMINICA.

Que scire, qua item credere debeamus, & quam sit Deo gloriosior nostra fides, quam scientia.

Benedicat nos Deus noster, benedicat nos Deus. Psalmo LXVI. Charissimi filij, hodie sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, hoc est, vnus Dei, & in diuinitate trium personarum distinctarum agimus solemnitate. Quarum scilicet personarum licet sit realis distinctio, vt qui sit Pater, non sit Filius, & qui Filius, non sit Spiritus sanctus, & Spiritus sanctus neque Pater sit, neque Filius: omnium tamen trium personarum vna est essentia, vna natura, vna diuinitas, vna potestas, vna virtus, vna potentia, vna maiestas. Quod si inquiritis, quomodo hoc capere possitis, vt tres sint personæ realiter distinctæ, quarum vna non sit alia, & tamen tres sic distinctæ personæ, non sint nisi vnus Deus, vna potentia, vna virtus, &c. fateor nescio vobis explicare, nec vos potestis intelligere. Benedicatur igitur Deus, cuius tanta est maiestas, tanta potentia, tam immensa bonitas & virtus, vt à suis, non solum hominibus, verum etiam ab Angelis capi, seu comprehendi non possit. Quicquid igitur de diuinitate intelligere non possumus, aut capere, quomodo, aut quare sit, non debemus tamen ignorare, sed credere, quia sit. Benedictus enim Deus, nihil imposuit nobis sciendum, quod intellectu capi, vel nimis difficile, vel impossibile sit, sed humiliter credendum. *Sompe de enim impossibile est placere Deo.* Voluit autem Deus nos magis credere, quam scire mysteria sua, vt paulo post dicemus.

Hebr. ii.

I. Sciendum igitur primo hominem esse ab aliquo, sub aliquo, ad aliquid, & super aliqua. Homo, inquam, est ab aliquo, quia nihil est principium, seu causa sui ipsius. Res etiam nulla potuit facere seipsam. Antequam enim fieret, non erat. Sed quod non est, quid potest facere? Omne ergo quod esse incepit, ab alio incepit. Et illud vnde? Ab alio. Et illud vnde? Ab alio etiam. Hoc tamen non procedere potest in infinitum, sed necesse tandem est inuenire aliquid, quod à nullo incepit, sed semper fuit, quod principium fuerit, & causa aliorum, hoc est, quod esse alijs dederit, & à nullo acceperit. Et hoc philosophorum quidam vocabant primum principium, primam causam, ens entium: nos vocamus Deum, qui omnia creauit, & ipse à nullo creatus, sed est æternus. Si enim Deum aliud aliquid creasset, hoc quod ipsum creasset, foret Deus, non quod est creatum. Deus igitur est, à quo omnia sunt. Non potest autem esse nisi vnus Deus, quia cum Deus debeat esse Omnipotens, si duo essent, alter non esset Omnipotens. Si enim alter alterum nolit esse, aut hoc posset obtinere, aut non posset. Si obtineret, vt alter non sit Deus

Quod non
possit esse ni-
si vnus Deus.

- obediendi, aut nulla, aut non potior, quam ipsemet Deus, cui obtemperare velimus: ideo, quia Deus noster est, creator noster, solus bonus est, & in æternum misericordia eius. Itaque in hoc honoratur Deus, quod nude, atque simpliciter ei creditur.
- Secundo est nobis ille modus felicior, quia magis meremur, imo sola fide meremur. Nam homo qui assentit his tantum, quæ sensui sunt manifesta, quid laudis, aut meriti habet? Porro, qui suum intellectum captivum ducit in obsequium Christi, ut quæ etiam non capit, credat, quæ non intelligit, astruat, & his quibus intellectus humanus contradicit, aut repugnat, ipse per fidem assentiat, ea propugnet, atque confirmet, laude ac merito est dignus. Fides enim (ut Gregorius ait) non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Propterea Abrahamæ fides commendatur, qui contra spem in spem credidit, puta quod ex vetula vetulus, iuxta verbum Domini generaret.
- Videte præterea Abrahamæ fides quanta fuerit. Promissionem acceperat in semine suo, quod per lineam Isaac esset descendendum, benedicti omnes gentes: item quod semen eius possessurum esset terram illam omnem, in qua peregrinabatur. Post hanc itaque promissionem cum iam haberet filium, per quem sperare poterat promissionem eandem impleri, iussus est Domino Isaac filium suum immolare. Cuius voci Abraham obediens, eduxit Isaac suum natum in montem, atque paravit se ad eundem immolandum, in spem contra spem credens. Spes enim eius erat, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes. Spes quoque erat illi, quod eius semen forte terram promissionis obtenturum: quam spem ex promissione accepit. In hanc spem credidit, ita scilicet esse futurum, quomodo erat promissum: & hoc contra spem, quia hæc spes ruere iam videbatur, & deinceps fore nulla, ubi immolasset filium suum. Obediens tamen nihilominus Deo voluit, & contra spem credidit, vel in morituro, seu immolando filio implendum, quod erat promissum. Porro, quomodo impleteretur promissio hæc, Deo commisit. Satis erat ei propter hanc obedientiam immolandi filij à spe non excidere. Beatorum autem adhuc multo fuit beata Maria, quæ credidit etiam virginem se parituram. Itaque filij charissimi, credamus vnum esse Deum, à quo omnia facta sunt, Omnipotentem & sempiternum qui creavit nos, qui pascit nos, qui redemit nos, qui gubernat nos, qui saluos nos fecit, id est, qui in statum nos constituit salutis, cuius præceptis si obedierimus, saluabit nos. Hic Deus cum sit trinus in personis, hoc est, aut sit Pater, aut Filius, aut Spiritus sanctus, non tamen nisi vnus est Deus. Pater certè est Deus, Filius est Deus, & Spiritus sanctus est Deus, non tamen tres sunt dii, sed vnus est Deus. Omnium enim trium personarum ita distinctarum, ut vna non sit alia, est vna natura, vna essentia, vna potestas, vna maiestas, vna eademq; diuinitas. Quod quomodo hoc fieri possit, nolite velle inuestigare, quia non capietis, sed credite ita esse, & fides hæc saluabit vos. Non oportet vos scire, quomodo sit, sed oportet vos credere, quod ita sit. Nam in scriptura sancta sic legitur: *Audi Israel, Deus tuus Deus vnus est.* In nouo tamen testamento Trinitas personarum nominatur puta in epistola Iohannis: *Ibi tres sunt* (inquit Iohannes) *qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.* Quapropter filij
- Marc. 10.
Psalm. 35.
- Hebr. 11.
2. Cor. 10.
- Gregor.
- Hebr. 11.
Gen. 15.
- Gen. 21. 13.
Abrahæ fides
quanta.
- Genes. 22.
- Genes. 22.
- Abraham uti
in spem con-
tra spem
crediderit.
- Lucæ 1.
- Ioan. 1.
- Deut. 6.
1. Ioan. 1.

fit Deus, aut ut destrueretur, qui periret, non esset Omnipotens, quia se saluare non posset. Si autem prior non obtinere posset, ut alter periret, iam ipsemet non esset Deus, quia non Omnipotens esset, & se potentior habere. Quapropter, sicut dixi, necesse est omni homini, ut sciat se esse sub Deo, & à Deo. Alioqui quomodo honorabit eum, qui fecit illum, si nesciat à quo factus est? Debet præterea homo scire Domini & creatoris sui maiestatem, quo dignè reueretur illum, diligenter se eidem subiciat, illique fideliter seruiat, ne ingratus inueniatur. Tertio, scire hominem oportet, Dei & creatoris sui voluntatem, alioqui non poterit seruire Deo. Quarto, scire hominem conuenit Domini Dei sui iustitiam in eos, qui illam contemnunt, misericordiam verdè in eos, qui seruiunt illi: credere quoque remunerationem omnium operum, tam bonorum, quam malorum futuram à Deo. Quinto, cognoscere homini est necessarium, ad quid sit creatus, nempe ut Deum cognoscat & diligat, Deo seruiat & obediat in hoc mundo, tanquam in exilio constitutus, desideret, expectetque venire ad patriam, in qua perpetua est felicitate donandus. Non igitur peregrinatio propria est habenda, aut amanda. Nam ut Gregorius ait: Qui peregrinationem pro patria appetit, inter dolores dolere nescit. Sexto, est homini necessarium cognoscere, super quæ positus est. Debet enim cognoscere talentum, aut talenta aliqua sibi data: debet quoque, in cuiusmodi sint usum expendenda, & quis fructus hisce talentis quaerendus sit, non ignorare. Qui enim hæc nescit, dispensationem sibi creditam fideliter quoque exercere nescit. Hoc non ignorauit seruus fidelis & prudens, quem Dominus super familiam suam constituit: cui Dominus in fine ubi ratio foret ab eo exacta, dicit: *Euge serue bone & fidelis, quia n modico fusti fidelis, supra multa te constituiam. Intra in gaudium Domini tui.* Omnium autem rerum, omnium bonorum, omniumque sumus donorum Dei dispensatores, ac ministri. Quamobrem in omnibus quoque ministerium nostrum solum debemus cognoscere, non nobis vsurpare Dominium. Hæc, inquam, cognoscere atque scire debemus per fidem. Deo enim credere tenemur. Sic enim Hilarius dicit: Soli Deo de se credendum est. Et quid mirum ut Deo, qui se Patrem nostrum fatetur inuisibilem, credamus, quando parentem etiam carnalem, siue patrem, siue mater sit, aliter non possumus cognoscere, aliter non scire nisi credendo? Quis enim hominum suum patrem, aut matrem aliter nouit vniquam? Pater tuus se dicit tuum parentem, credere te oportet. Deus se dicit tuum creatorem, & negabis? Est autem iste per fidem cognoscendi modus Deo gloriose, quo ea quæ nescimus, quæ intellectu capere non possumus, quæ etiam difficilia, aut penitus vel impossibilia, vel absurda nobis videntur, credimus: & hoc propter Deum, hoc est, propterea credimus, quia Deus dicit, quem sentimus veracem, & qui nos fallere non possit, quia veritas est. Et enim plus credimus, quam intellectui nostro. Nam magis, libentiusque adscribimus intellectui nostro errorem, ignorantiam, & intelligendi impossibilitatem, quam Deo falsitatem.

Summa igitur ratio credendi est ipse Deus, ut quod aliter non credemus, ubi ratio quoque nulla nobis esset alia credendi, hæc nobis sufficiat ad credendum, quia Deus dicit. Quemadmodum ratio alia nobis esse debet

II.

III.
III.

V.

Gregor.

VI.

Math. 24.

Hilarius.

Gloriosè

esse fidem

nostram Deo,

quam sciamus.

Ioh. 14.

Credendi ratio summa,

quæ sit.

III 3 obe-

filij credatis vnum Deum, & tres personas in diuinitate, ita vt singulae sint Deus, nec tamen tres dii, sed vnus tantum Deus. Qui plus capere non potest, hoc credidisse satis est circa Trinitatem, reliqua credat in fide Ecclesiae.

Fides de sanctissima Trinitate sufficiens quae sit.

Imo hoc sit tibi pro regula generali, contra omnes dubitationes, contra omnes scrupulos, contra omnes ignoraciones, contra fluctuaciones quasque, quibus tentaris, aut impugnaris, non disputare, nec velle perscrutari, sed simpliciter circa hanc responsonem manere: Ego credo, quicquid sancta Ecclesia credit. Ipsa non fallitur, sed nouit quod credit. Quicquid illa credit, credo etiam ego. Maior sit & potior tibi cura, quomodo Trinitatem sanctam vnum Deum venereris, quam vt discutias.

Regula generalis contra omnes dubitationes.

Ad huius tamen cultum & venerationem non pauca nos inducunt. Primum, quod inducit nos, est debitum. Ad hoc enim creatus est homo, vt agnoscat, amet, & laudet creatorem suum, sicut dicit Esaias: *Populum istum formauit mihi, laudem meam narrabit.* Secundo, allicit meritum. Scimus enim id Deo vehementer placere, gratum esse eidem, ad meritum nobis computari, atque non irremuneratum dimitti, quicquid in eius retulerimus honorem, ipso dicente: *Quicumque*

Ad S. Trinitatis cultum nos inducunt quae.

Esaias 43.

honorificauerit me, glorificabo eum. Tertium, quod nos inuitat, est exemplum, ipsum enim honorat omnis creatura. Siquidem de supremis & caelestibus creaturis scriptum est: *Caeli enarrant gloriam Dei.* De inferioribus quoque ali-

1. Reg. 2.

bi: *Omnis spiritus laudet Dominum.* Inter quae nec bruta, nec pisces, nec volucres à Dei veneratione sunt aliena habenda. Quando enim sua naturalia, atque

Psal. 19.

Psal. 150.

conditiones ab omnium creatore sibi inditas exercent, quid aliud quam conditoris sui potentiam, sapientiam, ac bonitatem laudant? Quartum,

Officium beatorum in caelo quod.

quod ad Dei venerationem & cultum nos trahere debet, est officium. Hoc enim in caelesti patria nostrum erit officium & exercitium, Deum scilicet laudare perpetuo, ac delectabiliter. Propterea Psalmista dicit: *Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Vos igitur filij, Trinitatem quia non potestis perfecte capere, hanc amate, illi seruite, illam adorate, illi vos commendate, atque per omnia, & in omnibus placere illi studeate. Quod vobis omnibus largiatur Iesus Christus Dei & Virginis Filius, cum Patre & Spiritu sancto vnus Deus in secula benedictus, Amen.

Psal. 83.

PRO SOLENNITATE SANCTISSIMI SACRAMENTI Eucharistiae, in Epistolam Paraphrasin, in Euangelium Exegezin, vna cum suo Sermone offendet in secundo Tomo de festiuitatibus Sanctorum.

DOMINICA I. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistola prima Ioannis quarto.



DEVS charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas furas mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autem timet, non est

non est perfectus in charitate, nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit: Quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Non ab re esse videtur in prima Dominica de charitate nos instrui, quando quidem virtutum omnium est potissima charitas, multoque maximè necessaria. Dicit igitur Ioannes: Deus charitas est. Non sublimius prædicare potuisset charitatem, quam dicendo illam esse Deum. Loquitur autem de charitate increata, quæ est Deus. In Deo enim realiter idem sunt amans, & amor, seu charitas, sapiens & sapientia: quamvis alia quoque sit charitas creata virtus theologica, & à Deo homini infusa. De vtraque autem ea, quæ sequuntur, verba intelligi possunt: Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Si Deus est charitas, non dubium esse potest, eum manere in Deo, quisquis in charitate manserit. Sic etiam, qui charitatem habet infusam (quatenus charitas est virtus theologica, & à Deo infusa) eorum qui manet in charitate, id est, qui in se habet charitatem, manet in Deo, quia habet quod illum agglutinet, inhaerere faciat Deo. Quomodo autem manet in Deo, sic etiam Deus manet in illo, ipsum inhabitans, in ipsoque per gratiam suam operans. In hoc perfecta, inquit, est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, non formidantes illum diem, nec Christi aduentum, aut mortem, quam impij & mali timere merito habent. Iusti enim cupiunt dissolui, & esse cum Christo. Atque ideo Dominus illos à signis venturi iudicij, à sineque mundi non vult terreri, dicens vbi de signis quæ finem mundi terribiliter præcedent, Apostolis loquebatur: *Hi autem fieri inipientibus, leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Est enim sanctis hic mundus captivitas. Ideo eisdem quoque, aut mors, aut finis mundi, eorum est ex captivitate redemptio. Est igitur fiduciam habere in die iudicij, non timere, ne veniat dies iudicij. Verum, si obijciatur viros perfectos quoque mortem, aut iudicium Dei timere: Dicendum, perfectos quidem timere, dum considerant quid ex seipsis sunt, dumque considerant infirmitatem, & vilitatem suam. Porro, si considerauerint quid sint ex Deo, Spiritu sancto nonnunquam illis testimonium perhibente, quod filij sunt Dei, & tunc non timent, habentes non ex se, sed ex Deo, unde fiduciam habeant: quia ille bonus est, & in æternum misericordia eius. Facit tamen non nihil ad fiduciam hanc bona vita, non ut in illa collocemus fiduciam nostram, sed quod diffidentia careamus, non habentes in nobismetipsis quod sentiamus testimonium, atque argumentum damnationis, aut malæ conscientie. Sed sicut ille est, ita & nos sumus in hoc mundo, hoc est, sicut ipse est in cælo totus bonus, pius, atque charitate perfectus super ingratos, & malos, ita nos sumus in hoc mundo erga inimicos nostros, pij & misericordes, seruantes Domini præceptum, dicentis: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calum-*

Phil. 1.

Lucæ 21.

Perfecti quomodo dicantur timere mortem aut iudicium.
Rom. 8.

Psalm. 115.

Matth. 5.
Lucæ 6.

niantibus vos, ut sitis filij Patris vestri, qui in caelo est, qui solem suum oriri facit super
 bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Timor non est in charitate, præ-
 sertim perfecta, excepto timore filiali, atque reuerentiali, qui sanctus est, ^{Psal. 118.}
 permanens in seculo seculi: sed perfecta charitas prorsus eiecit, atque ex-
 cludit omnem alium timorem seruilem, mundanum, aut carnalem, quan-
 doquidem timor poenae habet. Qui enim seruiliter timet, huius conscien-
 tiam rodit & affligit timor, & poenam nihilominus meretur futuram. Qui
 autem timet Deum timore seruili, aut initiali, non est perfectus in charitate,
 neque enim peccatum dimittit, aut Dei custodit beneplacitum aliter, nisi
 quia poenam timet, quemadmodum Poëtarum quidam ait: Oderunt pec- ^{Horatius.}
 care mali formidine poenae. Oderunt peccare boni virtutis amore. Nos
 ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Iustissimum autem
 est amantes redamari. Scimus autem nos non solum dilectos esse à Deo, an-
 tequam illum diligeremus, sed etiam cum nondum essemus, cum adhuc
 inimici essemus, dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. Si quis autem dixerit: ^{Rom. 7.}
 Quoniam diligo Deum, & fratrem suum, hoc est, quemcumque hominem ^{Apoc. 11.}
 oderit, odio iniquo scilicet, non vitia tantum, sed personam odians, men- ^{Luca 16.}
 dax est. Neque enim odisse potest proximum diligens Deum, nec diligere
 Deum potest odians proximum. Vna enim est charitas, qua Deus diligitur,
 ac proximus. Quomodo enim diligit Deum, qui transgreditur præceptum
 eius? *Hoc est autem*, inquit, *præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut hoc est*, eo ^{Ioan. 13.}
 modo, quo ego dilexi vos, puta prior, gratis indignos, non diligentes, & ad
 hunc finem, ut saluemini. Eo modo vos quoque diligatis vos mutuo oportet.
 Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non vi-
 det, quomodo potest diligere? Si iuxta cognitionem loquimur, quia nihil
 amatur nisi cognitum, verum est hominem faciliorem habere occasionem,
 quare diligatur quam Deum, quandoquidem de homine habemus cogni-
 tionem quam de Deo multo maiorem. Veruntamen si ad honitatem spectetur,
 quæ potissima est causa & ratio diligendi, incomparabiliter habet plu-
 res, ut diligatur rationes Deus, quam homo. Et hoc, inquit, mandatum ha-
 bemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Si quidem Chri-
 stus, quod magnum esset mandatum in lege interrogatus: *Diligens*, inquit, *Deo* ^{Matth. 22.}
minimum Deum tuum, ex toto corde tuo, &c. adiciens, hoc est primum & maximum
mandatum. Secundum autem est simile huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE I.
 post Dominicam S. Trinitatis, Luca XVI.

IN hac Dominica status nobis proponitur vtriusque cum praesentis, tum
 futurae vitae nostrae, quo electi, reprobiq; dissimiliter viuunt. Quod li-
 cet oculis quotidie cernamus, puta quam dispar sit mortalium vita hæc
 praesens, nobis tamen hoc hodie in Euangelio nihilominus recitatur, si-
 mulq; commonstratur, quam dispar eorundem, qui conformiter non
 vixerunt, fuerit exitus. Non tamen hic de exitu naturali, hoc est, de mor-
 te est loquendum, quam nonnulli pij duram sentiunt, plerique vero impij
 loquent, sed de retributione & iudicio, quo digna meritis, aut praemia, aut
 suppli-

KKK suppli-

Bonorum,
malorumq;
introitus in
hunc mun-
dum, exitus-
que, vti fit æ-
qualis.
Sapient. 7.

Ibidem.

Vitæ mediæ
quæ non dispar
fit hominum
conditio.

Lucæ 16.

Diuitias non
esse malas ex
se.

Genes. 3.
Cien. 30.
Job 1.
Opes terre-
nas in medio
esse inter bo-
num & ma-
lum.

Marc. 8.
Lucæ 11.

supplicia nos sequuntur. Nam natura, aut potius Deus naturæ autor, cunctis mortalibus eundem dedit ad hanc vitam corporalem introitum, & exitum, tam bonis, quam malis, diuitibus & pauperibus. Sumus enim quo ad nascendi modum, omnes pares, par omnium est natiuitas, nec dissimilis ortus nostræ conditionis. Quare rectè Sapiens dicit: *Vnus introitus ad vitam est omnibus similisq; exitus.* Concipimur enim æque omnes in foetore & immunditia, per angustam & immundam portam eximus, & vox nostra prima omnium est fletus. Sic rursus dum eximus mundum, dum morimur, tremuli ac pallentes morimur omnes, morientesq; ingenti torquemur cruciata. Patrescimus inde, rodimur vermibus, foetemus & in puluerem redigimur. Nemo hanc legem euadere, nemo mutare potuit vnquam. *Nemo*, vt idem Sapiens ait, *ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.* Quod enim ex natura est, hoc ea ex parte simile, ac vni forme est omnibus. Quapropter quatenus ad vitæ introitum actinet, nihil in regis, nihil in pastoris filio natura fecerunt. Porro vitæ mediæ non æqua est omnium conditio. Alij etiam in paupertate, alij in rerum opulencia viuunt, alij incolumes, alij sunt ægroti, alij hinc semper felices, alij item semper miseri, alij dominantur, alij subijciuntur, alij premunt, alij premuntur, alij sceleratam agunt vitam, alij inculparam. Itaq; quomodo hæc vita in operibus, studijs, exercitijs, Deiq; donis dissimiliter transigitur, ita retributio post hanc vitam expectatur omnium maximè inæqualis. Hoc nobis Euangelium ob oculos ponit hodiernum, dicens

Homo quidam erat diues. .

Contra eos, qui diuitijs suis abutuntur, qui cum debuissent his ad misericordiam hic vti fuisse, & in necessitates erogasse proximorum, quo & ipsi misericordiam à Deo consequerentur, non inconuenienter hæc respicit, quædratq; parabola. Cum, inquam, de iniquo mammona, amicos sibi comparare debuissent, qui in æterna eos tabernacula reciperent, ad lætitiã, ad voluptatem, ad gloriam denique non Dei, sed suam, & ad luxum malè vitæ sunt, terribile ponit Christus exemplum de diuite quodam epulone. Nequa enim parabola, sed historia credenda est, quando quidem cum mendicium producit in medium (vt audictis) nomen eius quoque exprimit, dicens nomine Lazarus. Cuius nomen cur magis exprimat, quam diuitis, paulo post dicitur: Erat itaque, inquit, homo diues. Diuitiæ non sunt peccatum, nec malæ sunt, licet malè agendi ei, qui diuitijs abuti pronus est, magnam administrent fomentum. Legimus enim de sanctis multis, qui excellenter diuites fuerunt, puta de Abraham, Isaac & Jacob, Job & similibus: & hoc peccatissimum in veteri testamento, qui tamen Deo placuerunt, atque Dei facti sunt amici. Opes igitur terrenæ in medio sunt inter bonum & malum, quæ vt occasio malorum, ac damnationis sunt reprobis, ita bonis sunt adiutoria virtutis. Non tamen ignoro corruptionem humanam vitiosam, infestam, & ad mala suapte consuetudine adeo semper procliuem, vt cum ea terra sit, & ex terrenis opibus quoque tam facultas, quam occasio ei suppeditetur, raro fieri possit ac difficulter, vt diuitijs omni ex parte quis bene utatur. Neque enim frustra Christus ait: *Quam difficile qui pecuniam habent intrinsecum Dei introibunt:* & Salomon non minus diuitias, vt rem periculosam, quam

quam mendicitatem deprecatur, sciens alterum noxium, alterum molestū. *Diuitias, inquit, & paupertatem ne dederis mihi, sed tanquam vultui meo tribue necessaria.* Diuitias ideo deprecatur, quia inslant, & superbia quoque adijciunt animam, nam causam subiungens, dicit: Ne forte satiatas illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? Ex seipsis itaque diuitiæ non reprehenduntur, nec malæ sunt, nisi malè vtentibus. Porro, amor diuitiarum & cupiditas vitiosa sunt. Propter quæ Apostolus: *Qui volunt, inquit, diuites fieri in hoc seculo, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & nocentia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* Vide tamen, quia non dicit, qui diuites sunt, sed qui volunt diuites fieri, quemadmodum non subiungit etiam: Radix enim omnium malorum sunt diuitiæ, sed: *Radix omnium malorum cupiditas.* Extollentia quoque, præsumptio & superbia, quæ diuitias comitantur, mala sunt. Et ideo cum Christus dixisset, difficile est, ut diuites introat regnum Dei, discipuli verò propter hæc verba obstupescerunt, mentem suam declarans, & moderatus eadem repetiuit verba, dicens: *Quam difficile est confidentes in pecunijs introire in regnum Dei.* Cui sententia subleuabit ad Timotheum Paulus quoque dicens: *Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimis sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, &c.* Proinde ex Ioanne Apostolo vos filij commonefaciens: *Nolite, inquam, diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in illo.* Nolite diuitias diligere, nolite auare quarere, nolite tenaciter retinere, nolite in diuitijs confidere, nolite superflue vti. Vitis enim diuitiarum vtrinque est malus & damnabilis, siue tenaciter nimis seruentur, ut pauperibus inde nulla sit consolatio, siue prodige profundantur ad luxum.

Prou. 10.

1. Timor. 6.

ibidem.

Marc. 10.

Ioan. 1.

Diuitiarum abusus duplex vitiosus.

Qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.

Tribus hic modis diues deliquisse astruitur per abusum diuitiarum, quare iuste reprehenditur. Primus abusus fuit, quod ad ostentationem conuerit diuitiarum vsum, quærens gloriam in his & ostentationis fastum. Siquidem refertur bysso, & purpura vestitus. Quorum centè alterum ad ostentationem foris, puta purpura, alterum ad carnis mollitiem intus pertinebat. Vtrobique igitur deliquit, qui & ad gloriam inanem preciosis utebatur vestibus foris, & ad luxum carnis utebatur mollissimis intus. Si enim preciosis vti vestibus vbiq; reprehensione careret, non laudasset Ioannem Baptistam Dominus, quod vestimento vsus fuerit ex pilis camelorum. Nam de Ioanne turbis loquens: *Quid ex his, inquit, videre? Hominem mollibus vestitum? Amen dico vobis: Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.* Hoc est, filij huius mundi sunt, nimirum prudentiores filijs lucis, licet non semper & vbiq; sed in generatione tantum sua: filij certè huius mundi, & (ut verbis vtar scripturæ) conquisitores huius seculi discunt hic prudentiam carnis, quia in regione sua sunt. Sed apparebit post, cum hæc vita defierit, quam stultam Deus declarauerit sapientiã illorum. Obserua tamen hic, quod non prohibetur pro eminentia, aut dignitate status, melioribus interdum vti vestibus si tamen moderate, & absque ostentatione id fiat. Hic enim ostentatio & luxus

Tribus modis peccasse hunc diuitem per abusum diuitiarum.

Marth. 11.

Lucæ 16.

Baruch 1.

Melioribus vti vestibus cui quando liceat.

KKK 2 damna-

damnatur. Quocirca manifestatur alter quoque abusus, quo rerum affluentia hic diues peccauit. Secundus fuit abusus diuitiarum, quod ad carnis oblectationem mollibus utebatur vestibus, epulabaturque quotidie splendide. Quo sanè voluptuosa eius epulatio, qua carnem saginabat, splendidique simul ciborum apparatus, quod iactantiæ erat & vanæ gloriæ, vehementer reprehenduntur. Cibus namque preciosus, aut bonus, seu delectabilis potest sumi citra culpam, vt iuxta Saluatoris sententiam, hominem interiorum, quod intrat in os, non coinquinat, cum etiam secundum Apostolum, omnis creatura Dei bona sit, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipi possit, modo sumatur ad necessitatem, & ad corporis sustentationem, non ad ambitionem, & ostentationem, non ad voluptatem in desiderijs carnis, non ad superfluitatem & luxum, sed sobriè, temperanter, ac modestè, iuxta sui status conditionem. Neque enim ad æqualem, aut vni-formem edendi modum omnes sunt inducendi, quin liceat aliquibus meliori vti cibo. Vnde damnabile non est his qui in eminentiori sunt statu constituti, & qui à tenerioribus annis preciosis educati sunt cibis, aut quos valetudo excusat infirma delicatioribus vti cibis, modo desit ingluuietas, & edacitas, quamuis consultissimum sit, vt cum timore Dei his modestè utantur, lugeantque suam, aut necessitatem, aut conditionem, quod viliori, aut communi hominum edulio, aut non possint, aut non liceat eis sustentari. Sed quam felices & filij æstimandi sunt hi, qui ex deuotione, aut virtute superfluis abstinent, preciosissima quæque sibi interdiciunt, sibi delicata subtrahunt, paucis & vilibus contenti? Hoc genus hominum olim in eremis & desertis locis, aut monasterijs inueniebatur, & adhuc hodie, tam in monasterijs probe institutis, quam in plebe inter deuotos ac pios homines inueniuntur, qui abstinentijs carnem suam macerant, & iuxta Apostolum cum suis concupiscentijs eandem crucifigunt, idque illius amore, qui ieiunium & famem pertulit, acetum & fel gustauit, quæ carni sunt duriora, mollioribus prætulit, & pro nobis sæpenumero in oratione & ieiunio pernoctauit. Huiusmodi homines non requirendi sunt apud nostras Lutheranos, qui Ioannem Baptistam quoque si inter eos viueret hodie, pilis camelorum vestitum, vino & omni re quæ inebriat, abstinentem, atque locustas tantum & mel syluestre comedentem persequerentur, & seu hominem, qui sua, imo (vt illi dicere solent) diaboli inuenta præferret Christi Euangelio, qui à Christo deficeret, & in suis fideret operibus, qui Christi se haud egentem existimaret, à se fugarent, calumniarentur, insisterent & vrgerent, si quo fortasse modo vestimentum hirsutum, ac pilosum ei detrahere, si eremum & abstinentias interdiceret, & si ad latam carnis viam illum reducere possent. Tertius abusus diuitiarum in hoc epulone hic notatur, quod ex his, quæ sibi superfluebant, pauperis ac mendici inopiam non subleuabat. Heu charissimi, quam inutilis, quam superflua, quam denique perniciofa quotidie à multis sit profusio diuitiarum, quæ in conuiuia ad ostentationem, ad gloriam, ad fastumque & apparatus, & ad animarum destructionem exhibetur. Ibi vnum prandium, seu conuiuium ingenti aureorum numero vix redimitur. Vbi quatuor, aut quinq; horis prandetur.

Matth. 15.
1. Tim. 4.

Delicatioribus vti cibis quib' liceat.

Galat. 5.

Matth. 4.
Matth. 23.
Matth. 15.
Luc. 11.
Ioan. 19.
Luc. 6.

Malach. 1.
Matth. 3.

deur: vbi corpori morborū varietas comparatur, vita adimitur, & quod pauperibus foret erogandum, dilapidatur. Ex pauperum namque faucibus quicquid tam inutiliter consumitur, nō aliter atque cibus extrahitur. Quot enim ex splendidis huiusmodi conuiujs, quæ ad apparatus, non ad necessitatem instruuntur, aut eorum precio alerentur vno die pauperes? Deliquit igitur grauiter hic epulo, qui ad ostentationis fastum prodigus, ad miserendum verò subueniendumque pauperi, & durus, & tenax fuit. Hoc enim sequitur.

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus.

Non ratione caret, quod diuitis nomen tacetur, pauperis verò & mendici nomen exprimitur. Certè non est hæc mundi consuetudo, vt nomina & casæ mendicorum sciantur: notissima autem sunt omnibus & nomina & palacia diuitum. Hos mundus loquitur, hos prædicat, hos honoribus extollit: pauperes nemo respicit. Verùm quandiu hoc durabit? In hac vita tantum. Si quidem cum interierit diues, secum non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius, quia anima eius in vita ipsius benedicetur. Et hæc opinio felicitatis duntaxat est apud homines. Nam Deo aliud longè est iudicium. Diuites enim hic æstimantur alijs hominibus feliciores, vt pote quorum filij sunt sicut nouella plantationes, filia verò composita & circumornata vt similitudo templi: promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Bonorum eorum crassa, & oves fetosa & reliqua diuitiarum felicitatisque terrena, quæ Psalmsa enumerat, illis abundant. Vnde, *Beatum*, inquit, *dixerunt, cui hæc sunt: si magis beatus est, cuius Dominus Deus eius.* Itaque beati hic diuites nunciantur, quia vocauerunt nomina sua in terris suis, veruntamen Deo sunt incogniti. Non enim nouit eos Dominus, nec memor erit nominum eorum per labia sua: neque enim nomina eorum inuenit scripta in libro vitæ, ideo sunt ei quasi non sint. Pauperes verò qui sunt ciues regni sui, nouit, & vocat eos nominatim. Huiusmodi hic erat Lazarus, cuius miseria hic quoque cum egrotare describitur.

Qui iacebat ante ianuam diuitis hulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant & lingeabant hulcera eius.

Vide quomodo diuiti epuloni, superbo, ambitioso, duro, immiserico-di, atque in delictijs viuenti opponitur ediuerso pauper hic Lazarus, mendicus, hulcerosus, egenus atque ab omnibus derelictus. Cui satis ad poenam fuisset, si infirmus fuisset ac hulcerosus tantum, alioqui diues: aut si opes defuissent, paupertas eum satis cruciaret, licet sanum. Iam verò scribitur pauper fuisse & mendicus: quo intelligitur procul dubio necessitate atque paupertatis angustia pressus. Iacebat autem ad diuitis ianuam, quia stare aut ambulare non poterat. Erat enim hulceribus plenus, vnde dolores quoque semper illi aderant. Cupiebat quoque minima, puta saturari de micis cadentibus ex diuitis mensa, sed nemo illi dabat. Egebat itaque & esuriebat, sed non erat qui reficeret. Audiebat quotidie symphoniam & chorum lætantiūque familie in domo diuitis, se verò adeo videbat despici & relinqui.

KKK 3 ab omni-

ab omnibus, vt humaniores erga se inueniret canes, quam homines. Illi enim quod natura illis indiderat, hoc pauperi adiuuantes ministrabant, puta linguam medicinalem. Hominum verò nemo adeo fuit misericors, qui vel micæ egeno daret. Tractari blandè videbat canes, se contemni.

Lazarus medi-
ci quanta di-
ligentia Eu-
gelista mis-
eritas enume-
ret.

Vide quàm cumulatim ea, quæ ad miseriam simulquæ ad exercitiũ & probationem virtutis aderant Lazaro, quamquæ studiose hic enumerantur, vt sciamus vnde eius meritum crescebat: & ediuerso vnde diuitis impietas augebatur, vt subinde perspicuum fieret, quàm iustè pauper reciperetur ad coronam, & quàm iustè diues detruderetur ad gehennam. Cogebatur itaque egenus Lazarus, infirmus & esuriens diuitem hominem videre pecuni- osum, se in paupertate constituto: cogebatur gloriôsè vestitum cernere, se frigescente. Videbat illum splendidis epulis conuiuari, se famem patiente. Rogabat denique pro micis tantum, sed non erat qui illi eas largiri aut rati- llo compati voluisset. Hæc Lazarus sustinens sustinebat. Sed in corde quid?

Gregor.
Lazari men-
dicæ cruci in-
terior quan-
ta fuerit.

Nonne tristitiam? Nam (vt verbis vtar Gregorij) qualem putas tunc in ani- mo suo tentationem sustinuit pauper? Si enim in diuite hæc omnia non vi- disset, minorem tentationem sustinisset. iam verò ante oculos suos diui- tis omnia videbat læta, dum se quauis sentiret carere consolatione. Vide- bat diuitem illum cuncta mundi felicia comitari, arridere ac blandiri ei om- nia: se hic fieri indies infeliciorem, & ex contuitu felicitatis alienæ zæ- mnas sibi fieri, quas patiebatur, infeliciores. Sic omnibus his confluentibus crescebat Lazaro cū tribulatione profectus: quomodo diuiti quoque suppli- cium futurum multiplicabatur: quia impietate suâ ex præsentia cumula- bat pauperis. Si enim præsens ille pauper non fuisset, si ante diuitis non ta- cuisset ianuâ, si non rogasset fame & infirmitate cōsumptus, si non minima quæque & vilissima petisset: si deniq; non adeo fuisset infirmus, vt alibi ele- mosynâ stipemq; mendicare valeret, vel modicam immisericordie suæ excusationem habere potuisset diues. iam verò nihil est quod illum excusa- re possit, quia nihil de pauperis necessitatibus illum lauit, cui abundauit etiam, quo consolari illum potuit, sed cordis duritia præpeditus noluit. Itaque hoc modo status erat diuitis ac pauperis in hac vita contrarius. Spe- ctemus nunc, cuiusmodi fuerit post hanc vitam status vtriusque.

Diues quo-
modo suam
infelicitatem
augmenta-
bat.

Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraha. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in infernum.

Vides nunc cuius status erat preferendus, dum ambo hic viueret. Vbi nunc epulonis gloria, voluptas, opes & potentia? Quis in vita ipsius eius locum non elegisset? quis illum beatum non diceret? Et vbi nunc miseria est pauperis? Quis olim eius calamitosum viuendi genus appetere? Quis illum non infelicem diceret? At modo quid? *Iusta sunt iudicia tua Domine, & omnes via tuae misericordia & equitas.* Misericordia ante satis prærogata est, nunc tem- pus erat vt iuxta æquitatem vterque operibus suis digna reciperet stipen- dia. Exaltasti apud te illum què hic depresseras, & quem mundo exaltaueras, humiliasti, Concesseras ei bona multa, quibus redimere potuisset peccata sua, regnumq; elemosynis comparate cælorum. Adiuuaueras ei præter

Psal. 112.

Daniel. 4.

præterea pauperem, cuius calamitas illum rogaret prouocaretq; ad miserandum. Sed quia intelligere noluit, nec bonis inspirationibus acquiescere, tandem cogebatur iustitiam quoque sentire. Videte charissimi filij, cuius nemo non horrebat olim calamitatem & statum, id est, Lazari, quam

Lazari mendici gloria quanta.

gloriosè est nunc coronatus? Nunquid semper eris Lazare miser? nunquid semper despectus? nunquid semper infirmus & egenus? Aut tu semper eris o diues hic felix? Minime. Sed quemadmodum audistis, factum est, Deo & diuitis voluptari, & miseris pauperum finem imponere volente, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahamæ. Humana illi hic detulerant obsequia, quare nunc illi ab Angelis quoq; seruitur. O felix anima, quæ hic, nisi à canibus, nemine alio visitabaris, nunc verò tibi non vnus sufficit Angelus, sed Angeli occurrunt multi, qui te portant. Quilibet enim Angelus animæ tam felici optat ministrare. O filij magna huius olim fuit calamitas, sed hanc videte quantus sequitur honor. Vbi nunc paupertas, vbi mendicitatis saccus, vbi hulcera, vbi famis & frigoris angustia? Ablata est omnis miseria, & angelis illum portantibus requiem accipit in sinu Abrahamæ. Sinus Abrahamæ ante Christi passionem, quies erat illa secreta Sanctorum Patrum in limbo, nunc verò caelestis est patria sanctorum, quæ idcirco Abrahamæ dicitur sinus, quia pater idem est credentium. Qui enim ex fide sunt, hi sunt filij Abrahamæ.

Sinus Abrahamæ quid sit.

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Hic voluptatibus & huius mundi gaudijs dum hic viueret, erat sepultus: nunc ad ima descendens inferni, tenebris & flammis perinde ac sepulchro obuoluitur.

Epulo sepultus in inferno qui dicitur.

Leuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius.

Vides quia in poenit constitutus diues oculos leuauit, ut videret consolationem felicitis mendici, quem olim ipse felix despexerat? Iustè igitur, quia tunc oculos leuare vti miseretur noluit, nunc leuare cogitur & videre vnde magis crucietur. Quod Gregorius considerans, de illo diuite ait: Oculos quos illi hic culpa clauserat, ibi aperuit poena. Vidit igitur ad maiore suam poenam Lazarum in sinu, id est, in quiete & certa expectatione æternæ beatitudinis quiescere. Iustum enim erat oculos suos immisericordes puniri, in hoc quo hic noluerunt misereri.

Gregor.

Et ipse clamans, dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Sæpius & diu Lazarus ad diuitem olim clamauerat, quo vel tacente eius calamitas, inopia & hulcerosa infirmitas satis clamabant. At auribus clamauerunt surdis: & ideo etiam gratis. Euenire igitur illi, quod Sapiens ait, necesse erat: Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non erit qui exaudit. Rogauit autem damnatus hic diues sui misereri, non quod doleret de culpa obstinatus enim, ut omnes damnati, erat, quare de peccato non dolebat sed de poena, quam cupiebat mitigari. Itaque non rogabat sui misereri poenitens de suis patratiss sceleribus, sed de comparatis supplicijs,

Prover. 21. Epulo in inferno quomodo rogauerit sui misereri.



neque Deum offendisse, sed semetipsum læsisse dolebat. Vide quoque quia diues patrem vocat nunc Abraham, quem olim tamen imitari nolebat. Ille enim misericordia, pietate, hospitalitate & clementia fuit insignis. Quem si fuisset imitatus, rectè patrem vocasset Abraham. Modò verò cum degener sit ab Abraham virtute, non incongruè responderi potest ei: Si filius Abraham, opera facere debuisses Abraham. Vide præterea, quia magis cruciari se querebatur in lingua. Nec mirum, quia putatur etiam plus deliquisse in gustu ac delectatione ciborum, in læticia iocandi alijsq; delictis linguarum. Per hæc autem grauius quis punitur, per quæ grauius peccat. Vide ad tantam inopiam diuitem reductum, vt qui minima negauerit, puta micæ panis, ad peccenda minima perductus est, quæ illi quoque negata sunt, vt sequitur.

Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autè hic consolatur, tu verò cruciaris.

Diues hic ab Abraham filius vocatur generatione tantum seu propagatione carnis, non imitatione virtutis. Cui dicitur, quod multa receperit bona in vita. Nemo enim adeo est malus, qui non aliqua bona faciat, tamen adeo digna non sint, vt æternam felicitatem mereantur, vt pote non ex charitate, sed in peccatis operata. Quia tamen de genere fuerunt bonorum, Deus adeo iustus est, vt illa irremunerata non sinat. Dat igitur operum huiusmodi auctori temporalia bona in mercedem. Hoc modo putandus est diues aliqua bona egisse, pro quibus hic diuitias, delicias, sanitatè, honores & id genus similia receperit. Lazarus quoque non adeo fuisse perfectus creditur, quin aliqua admiserit mala, licet damnatione æterna propter Dei misericordiam non digna, quæ hic in illo purgata sunt. Quamobrem hic sua mala, & ille sua bona in hac vita recepisse dicitur. Quæ bona illum ad poenam miserunt, sicut hunc mala, quæ perpeffus est, exaltauerunt ad coronam.

Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire.

Chaos magnum quid sit. Chaos hoc magnū, quod inter electos & reprobos interstat, est distantia, inæqualitas ac disparitas meritorū, quod rigore diuinæ iustitiæ immutabiliter firmatum est, vt electi in bono confirmati, & reprobi in malo maneat obstinati. Hi igitur (dubium non est) ad electos non possunt accedere. Sed quòd electi ad damnatos per compassionem quoque singularem non accedant, facit quòd cum Deo in voluntate sunt vniti, eiusq; adeo consentiunt iustitiæ, vt damnatis nihil possint, nihil velint compati, aut esse auxilio.

Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Inuidia damnatorū qualis sit. Pro suis hic rogat, non quòd illis optet salutem. Inuidia enim damnatorum adeo est obstinata, vt quomodo nemini, ita ne suis quidem optent bonum. Sic & beatorum tam perfecta è regione est charitas, vt nemini non velint

Epulonè diuitem pro quibusdam bonis suis hęc recepisse mercedem.

Chaos magnum quid sit.

Inuidia damnatorū qualis sit.

velint bonum. Damnati igitur cum suis salutem non optent, quare inquis, tunc hic pro suis fratribus religis orat? Dicendum, non propter illorum salutem hoc ipsum precari, sed ne per illorum damnationem maiorem ipse acquirat poenam, quippe qui illis occasiones, exemplum malum, & bona reliquerat temporalia, irritamenta ad peccandum. Vnde non pro illis, sed pro se magis hanc denunciationem optabat, ne grauiori succumbere cogerecur supplicio. Quamuis etiam verisimile sit, ut inter eos qui saluandi sunt, damnati saluari optent magis suos, quam alienos, stante generali ad omnes nihilominus illa inuidia, qua neminem velint saluari.

Et ait illi Abraham: Habent Mosen & Prophetas, audiāt illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Diuiti hic roganti, ut ad suos fratres hic Lazarus mitteretur, negatum est: sed ad Scripturam omnes remittitur sacram, cuius tanta est autoritas, ut nedum homini, sed etiam ne Angelo quidem de caelis venienti, si aliud quid, quod scripturae esset contrarium, docuerit, credendum est. Sed quicquid vel Angelus vel homo contra Scripturam, iuxta Ecclesiasticam catholicamque elucidationem explanat: assertiones euangelizauerit, anathema sit. Maie est certitudo scripturarum, quae autoritate Ecclesiae receptae sunt, quam cuiusuis mortui reuelationis. Nam si ex mortuis resurgenti vellent huius fratres credere, maxime crederent Christo, qui ex mortuis resurrexit. Verum sicut Scriptura, sicut Mose & Prophetis non creditur, ita nec Christo ex mortuis. Charissimi commonsfaciat nos exemplum hoc, siue historia, quo sobrie, iuste ac pie viuamus in hoc seculo, peccatorum nostrorum purgationem tam humiliter quam patienter sustinentes. Optemus magis hic cum Lazaro egestatem & infirmitatem pati, quam (sicut de Mose loquitur Apostolus) cum diuite temporalis peccati habere iucunditatem. Quod nobis largiatur Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

SERMO I. IN EADEM DOMINICA.

Quam multipliciter a malis boni discernantur, utque quadrupliciter peccetur circa diuitias.

Factum est ut moreretur mendicus & portaretur ab Angelo in sinu Abrahae: mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Lucae XVI. Proponitur nobis charissimi hic comparatio quaedam duorum hominum non aequae hic felicitum, nec post hanc vitam pariter felicitum, diuitis scilicet & pauperis, cuius vtriusque conditio in Euangelio describitur. Introducitur enim diues quidam fulgens purpura & auro, splendide epulans & precioso amictu honoratus, comitibus stipatus famulorum, alacer & sanus: & ediuerso egenus, medicus, agrotus, huiusmodi, famelicus, & omnium interim auxilio destitutus. Ponite haec duo spectacula ob oculos vestros. Interrogo vos, vtrum horum duorum est diuitis felicitior? Qui timet Deum, non dubito, quin mox Lazari (sic enim hic pauper vocatur) conditione & statu probabit. Sed ego iudicium, quod secundum

LLL ratio-

rationem quidem dicitur seu datur post auditam sententiã, nõ requiro, sed audire cupio electiõẽ & optionem vestrã, cuius vitam hic & statu dum vterq; viueret, si electio vobis & arbitrio vestro cõcederetur, eligeretis? Quis dubitat, quin cũ diuite malletis hic esse felices, q̃ cum Lazaro pauperes? Audistis iam ex Euangelio quid vtriq; acciderit, & propterea fortasse inter spẽ metumq; fluctuaret electio. Sed ego interrogo, ac si vtriusq; nesciretis finem, sed vtriusque presentẽ intueremini tantum conditionẽ, vt hodie multorum, quorum nescitis finem, contemplantini: cuius, inquam, optaretis amplectere minive conditionẽ? Quis dubitat dicturos vos omnes, diuitis: in cuius statu æque salutem vobis promitteretis, quomodo indubitato, dum viueret, sibi ipse promisit. Quis enim diuitem illum cernens, omnibus qua mundus miratur plenum, gaudentem ac gloriosum non honoraret, non genui ei steteret, non gaudij illius particeps fieri cuperet, nihilo minus sperans vixi, cum omnibus his futuram felicitatem? Neque enim de eo legitur, quod aliena rapuerit, sed tantum, quod concessis sibi bonis immoderatẽ fuerit vsus. (cuiusmodi hodie homines prædicantur liberales & honesti) & quod egeno auxilium nullũ impendens elemosynam fecerit: cõtra quod quõq; nostrit temporis diuites glossam & excusationem non ignorarent. Erat itaque diuiti illi palatium amplum, erat familia multa, erat diuitiarũ copia, erat honor. Ab omnibus enim agnoscebatur, ab omnibus honorabatur, nominabatur, magnificabatur. Quis ediuerso hulcerosi, miseri, calamitosi, egeni, mendicij hominis ærumnas aut optaret aut eligeret? Imo quis non omni eas qua posset virtute, fugeret? Sed audite filij charissimi, quã cactũ est nostrũ iudiciũ, q̃ vanã præsumptio. Audite quid Euangelium dicat: Factum est vt moreretur mendicus, &c. quæ sequuntur. Eligite modo si vultis statũ diuitis. Dicite nunc quid ex diuitijs vestris expectatis? Quomodo non tremetis o diuites, qui habetis consolationem vestram in hoc seculo?

Gregorius.

Epulonis diuitis se ictas quanta hic fuerit.

Lucæ 6.

Diuitum? r

ricula quãta.

Ibidem.

Quã mult

tipliciter De

us bonos di

scernat à ma

lis.

Matth. 3.

I.

Eccle 41.

Matth. 25.

Matth 7.

Psal. 15.

Lucæ 10.

II.

Quomodo non timeatis, qui ridetis nunc, qui epulamini & gaudetis, audientes hoc iustum Dei, sed absconditum iudiciũ? Quid habetis quod vos excuset, quod illum excusare nõ potuerit, sperantes nõ simile vobis iudiciũ eueniat, quandoquidẽ in culpa (si verẽ hanc nosceretis) parũ estis dissimiles? Aduertite autem quantũ discreuit Deus inter diuitẽ & pauperẽ. Primo, est discretus in nomine. Si quidem apud illũ pauper nomẽ habet, diues nomine caret. Pauperem enim noscit ex nomine, diuitem non cognoscit ex nomine. Quia & diuites hęc nomina sua magnificant ac nominari volũt in terris, Dei nomen interim obliuiscunt: ideo Deus etiam nomina eorũ delet de libro vitæ. Non ergo diuitem nouit quomodo fatuas virgines non nouit, quibus dum ad clausam regni caelestis ianuã pulsarent dictũ est: Nescio vos. Quomodoque his qui in Christi nomine prophetaße & multa signa fecisse se iactabãt, responsum est: Nescio vnde sitis. Discedite à me operari iniquitatis. Hoc itaque diuitis nomen (quia vitã eius non probauit Deus) non ostendit se scire. De impijs enim dicitur in Psalmo: *Non ero memor noui nomen eorũ per labia mea.* Mendici verò nomen expresse, quod scripserunt tenet in libro vitæ: *Gaudete inquit, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in celis.* Discreuit igitur in nomine eos, dicens: Homo quidam erat diues, diuiti enim mendicũs quidam nomine Lazarus. Secundo discreuit eos in donis. Diuiti enim

tenim temporalia bona (vt filijs hominum solet) dedit, quibus si vellet, vii posset, & elemosynam abscondere in sinu pauperis, vt pro se oraret. Ipse Dei abusus est donis in superbiam. Porro pauperi ea Deus dona, quæ suis charioribus hic solet dare amicis, dedit inopiam, infirmitatem, hucera, impotentiam, mendicitatem, famem ac desolationem. Hæ fuerunt diuitiæ & gemmæ pauperis. His nobilis factus est & generosus, his conformem se exhibuit regi suo. Tertio, discreuit eos in vitæ egressu. Nam pastor hōnis cognouit ouem suam, quando quidem in vita quoque ab oue agnitus est, & eius vox audita, idcirco sepulchrum fecit ei gloriosum. Nam fecit eum portari ab Angelis in sinum Abraham. Mortuum quoque diuitem pastor illius diabolus seu suum parochianum agnouit, siquidem sepeliuit eum in infernum. Quarto, discreuit eos post mortem. Siquidem Lazarus sedit, quomodo per Esaiâ promissum fuit, in pulchritudine pacis, in requie opulenta & in tabernaculis fiduciar. Diues sedit in cruciatu gehennæ ardentibusque flammis. Quinto, discreuit eos in expectatione. Siquidem Lazarum post Christi passionem ex limbo in felicitatem trāstulit æternam, vbi nullus ei dolor aut gemitus, cuius omnia desideria exaudiuntur & satiantur, vbi nihil ad fastidium illi adest, nihil abest ad desiderium & felicitatem, prestatur geminam gloriam, vt corpore resumpto per resurrectionē in vtroque gaudeat: beatus. At verò diues hic continuis inefficientibusque punitur incendijs, & corporis quoque post iudicium expectat, cremationē flebilem. Qui in inferno positus ad Abraham clamans, rogando multa petiuit, sed ex omnibus (vt Euangeliū testatur) ne vnum quidem impetrauit. Vt igitur dixi, quis est qui non paueat, quis hæc legens non tremat iudicia Dei: Eum nanque quem omnis homo beatum ac felicem hic prædicabat, cui nemo non optabat fore similis, recipit infernus. Is verò qui hic contemptus & hucerosus fuit, ab Angelis portatur in sinum Abraham. Agite nunc diuites, iacob. 5. plorate & vlulate in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestre putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à rineis comedentur. Aurum vestrum & argentum vestrum æ ruginauit, & ærugo eorū in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Theaurizastis vobis iram in novissimis diebus. Sed dicit quis: Nunquid non Abraham quoque diues fuit? In eius tamen sinu Lazarus hic requieuit. Quare ergo diuitibus tantum periculi est? Dico vobis filij, quod Christus dixit Iudæis: Si Abraham estis filij, opera Abraham facite. Si per Abraham aliorumve sanctorum diuitias vos exculari vultis, opera Abraham faciat. Abraham hospitalis fuit: genis tribuens. Iob quoque diuitiarum suarum peregrinos & pauperes fecit particeps, vt ipse de se confiteatur, dicens: *Ostium meum viatori patuit foris non mansi peregrinus, &c.* Hoc modo vos sanctorum opera facite. Non ametis diuitias, nolite velle esse, aut fieri diuites. Si Deus has vobis dederit, vtamini illis sobriè ad Dei gloriam, non ad contumeliam: vtamini illis ad pauperum sustentationem, & ad pios vsus, vt sitis iuxta Pauli admonitionem diuites in operibus bonis, prout bene agere, facile tribuere & communicare. Nam quomodo diuitiæ non obsint, docet nos Psalmus, dicens: *Diuitia si fuerint, nolite cor apponere.* Ideo cū Iob nec gaudeatis ad diuitiarū accessum, nec si diuitiæ vos rursus deseruerint, tristescini. Nemo enim cū dolore amittit, qd nō a-

III.

oan. 10.

Esaiz 11.

III.

Esaiz 32.

V.

Psalm. 1. 29.

Iacob. 5.

Genes. 31.

Ioan. 3.

Genes. 11.

Iob 31.

Diuitijs quo-

modo ad Dei

gloriā vien-

dum sit.

Iob 31.

1. Tim. 6.

Psalm. 62.

Iob 1.

Gregor.

Peccatum
quadruplex
circa diui-
tias.

I.

mat. Quod enim quis cum dolore amittit, conuincitur diligere. Itaque sciendum contingere vt quadrupliciter pecces circa diuitias. Primo peccas si diuitias modo illicito coaceruas, aut iniuste coaceruatas possides. Tenuis enim ad restitutionem quicquid aut fraude, aut violentia, aut vfura, aut per potentiam, aut per supplantationem proximi obtines. Huiusmodi namque oportet restituere, si saluari cupis. Et quid prodesse tibi possunt ea quibus occidis & perdis animam tuam? Vos potentes, diuites & praefecti, qui pauperes premitis, sicut si quis vnas torquet in torculari, recordemini quomodo rex Israel Ahab à Nabaiorh petiuit vineam illius, daturus pecuniam pro ea. Quam cum ab eo impetrare (nolebat enim hereditatem suam vendere Nabaiorh) non posset, lezabel vxor regis Nabaiorh interfici iubet, zelans pro viro suo, ne desiderio suo frustratus animo affigeretur, sed vineam obtineret. Indignatur super hoc Dominus, Prophetam ad regem misit, qui illi nunciaret, qua plaga ipsum, vxorem atque omnem eius posteritatem propterea esset delecturus. Anima duerrite igitur vos praefecti & iudices, quorum est defendere pupillos & viduas, aduenas, pauperes & peregrinos quomodo Deus respicit & iudicat. An ignoratis, quibus simulationibus, astu & dolis hereditates à veris heredibus tollitis, vt vobis vendicetis? An Deus non videbit, aut non iudicabit? Et vos negociatores, an fraudes, figmenta, periuria, imposturas, mendacia vestra ignorat Deus? An putatis, quae hoc modo, aut per vsuras, aut illicito quouis alio quaestu acquiritis, vestra sine? Videbitis quae modo non creditis, in fine vitae vestrae, quantum illi & illi debeatis, quibus ea quae iniuste vsurpatis, non restituitis. Et quid tunc haec vobis proderit agnitio, quam nulla potest sequi emendatio?

3. Reg. 21.

1. Pet. 2.
Bon. iniusta
restituenda
esse.

Luc. 16.

1. Cor. 5.

II.

Rogo igitur vos per mortem Domini nostri Iesu Christi quam sustinuit pro vobis, vt modo, hoc est, hodie quicquid apud vos est, quod non esse vestrum debito ordine, aut certum, aut suspectum, aut dubium est, illud vobis faciatis alienum, & quibus pertinet, restituatis. In hoc genere iniustus fuit dispensator villicus diuitis, qui bona Domini sui dissipauit, & donauit in commodum suum, quibus voluit, propterea laudatus, non ex hoc quod iniuste fecit, sed quod sibi iuxta humanam prudentiam, quae stulticia damnabilis est, apud Deum, callide ac temporaliter prouidit. Hoc modo non consulo vt temporaliter, sed vt aeternae vestrae salutis prouideatis, & sitis secundum Deum sapientes, restituatisque quicquid vestrum non est, quicquid iniuste non habetis, & quicquid à regno Dei vos posset excludere. Satius est vobis pauperes intrare in regnum caelorum, quam diuites mitti in gehennam.

Luc. 12.

III.

In horum sunt numero qui semper colligunt, quibus tam deest quod habent, quam quod non habent. Cuiusmodi diues quidam in Euangelio legitur, qui multa congregauerat bona, adeo vt horria dilatanda amplectendaque decerneret, sibi ipse dicens: *Anima habes multa bona in multis annis consumpta &c.* Hoc modo diues ille hodiernus deliquit, adeo durus, adeo tenuis & inclemens, vt non posset pauperi sua vel superflua communicare. Tertio peccatur, temporalia in illicitos superfluosque vsus exponendo. In hoc genere delinquentium est recensendus, qui portionem suam in hereditariam à patre acceptam dissipauit, atque cum meretricibus consumpsit. In hoc quoque

quoque delicto epulo ille hodie notatus, innocens non fuit. Conuiuabatur enim splendide. Siquidem de illo scriptum non est, quod reprehensus fuerit, quod bono tantum usus fuerit cibo, sed quod quotidie epulabatur splendide, ut intelligas ibi abundantiam, luxum & ostentationem. Quarto peccatur, temporalia bona seu diuitias nimis amando. De hoc genere diuitum erat qui ad Christum veniens interrogabat, quid ut saluus fieret, esset factururus. Qui cum Dei mandata iussus esset seruire, & ille se omnia seruasse iactaret, adiectum est à Domino: Vnum tibi deest: Si vis perfectus esse, vende & vende omnia quae possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo. At ille tristis abcessit. Quare tristis abcessit? Quia ut sequitur, habebat possessiones multas, à quibus egre patiebatur se auelli. Amabat enim eas: quare tristitia illi erat ab his diuidi. Dominus noster Iesus Christus nobis misericordiam suam largiatur, ut sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna. Qui cum Patre & Spiritu sancto vnus Deus viuunt & regnant in secula benedictus, Amen.

Lucæ 15.

III.

Math. 19.

SERMO II. IN EADEM DOMINICA.

Quod in Dei semper timore sit viuendum, atque hoc mundo parce vtendum.

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Lucæ XVI. Non in fuggillationem cuiuspiam hic quicquam dicturus sum, sed ad omnium exhortationem: quandoquidem huius Dominicæ Euangelium hæc habet verba. Sciendum igitur, quamuis diuitias habere neque virtutis neque vitij sit, facit tamen corruptio nostra, tamen si opes iuste acquirere sint, ut his aut vix aut difficillime uti possint, qui habent eas, absque delicto. Aut enim tenacitas se admiscet, ut ubi ad pietatem, siue in Dei cultum, seu in animarum commodum liberaliter deberent erogari, tenacius retineantur, aut ubi ambitio & ostentatio nobis imperant, tam inutiliter quam absque ratione profundantur, aut certe voluptas ex diuitijs superbiatque, non necessitas nutritur atque fouetur. Itaque varia sunt diuitiarum pericula, è quibus occasiones innumerae generantur delinquendi. Vna res est tantum, qua diuitia salutem conferunt animarum, nempe ut contemnantur. Si has didiceris contemhere, atque propter Christum non amare, tunc non nocebunt diuitia. Primo igitur si absque periculo vis esse diuitiarum, disce easdem non amare, disce in illis non gaudere, disce in illis consolationem non recipere. Gratias age Deo tuo, qui à mendicitate te seruans, absque grandi tuo labore te pascit. Cum videris egenum, ex animo illi compater, & te illi tanquam ciui regni caelorum humilians, cogita propterea illi temporalia non esse data bona, quod recepturus sis à Deo aeterna. Tibi vero metue, ne propterea fortasse tu temporalia receperis à Deo bona, quod dicendum tibi sit in nouissimo: Fili recepisti bona in vita tua, sisque de numero illorum qui hic receperunt mercedem suam. Propter diuitias non optes honoratiores haberi, nec finas ut quasi famulus sacerdos te sequatur, aut ad mensam tibi seruiat. Affabilis esto ad omnes homines quasi illis finis: maxime autem pauperibus te exhibe communem, nec aliquid in

Diuitia quare hominibus nociunt.

Diues quomodo possit esse absque periculo diuitiarum.

Lucæ 16.

Math. 6.

te appareat, unde alijs praeferaris quasi gloriosior. Esto diuitiarum tuarum Dominus, non seruus vt absque retractione cordis eas elargiri (vbi expecterit, aut vbi religio, Deive timor postulauerit) queas. Te ipsum verò dispensatorem temporalium bonorum, non possessorem arbitrare: ideo nulla sit tibi tristitia, nulla letitia, siue minuantur pecuniae siue augeantur. Itaque noli gaudere propter affluentiam temporalium rerum, in Deo tamen: in eius benignissima misericordia tibi gaudium sit, qui tibi indigno tantum dedit, & te ministrum suum constituit super bona sua, in pauperes, peregrinos, infirmos egenosq; distribuenda. Propter administrationem verò temporalium bonorum tu quoque vnus electorum sis, mercedem pauperum (quando quidem recipis ex diuitijs cunctis necessaria tantum) cum pauperibus accepturus. Noli quoque tristari, si tollantur tibi temporalia bona, sed recole ea tua non esse, nec amanda, sed cum Iob dicito: *Domnus dedit, Domnus abstulit, sicut Domino placet, in a factum est. Sit nomen Domini benedictum.* Noli nimium sollicitus esse pro tuis prolibus. Si timuerint ipsi Deum, sufficiet eis, quicquid eis iustorum honorum reliqueris. Qui enim te pascit, pascet quoque & filios tuos. Si verò impios reliqueris filios, tunc digni non sunt vt aureum habeant nummum. Absit igitur à te, vt propter proles aliquid aut facias, aut intermittas, quod à Domino in te fuerit arguendum. Charior sit tibi anima tua, quam proles tua. Ante omnia igitur miserere primum animae tuae placens Deo, filiis tuis, si fuerit in potestate tua, tantum relinque, vt non egeant. Pauperibus & egenis, si tibi multum fuerit, abundanter tribue: si parum, & hoc libenter in Dei amorem, & propter Dei amorem impende. In vtu temporalium bonorum vt ad gloriam Dei necessarijs vtaris, superflua, curiosa, ostentatiua & voluptuosa deuita. Potius cogita quam multos inde alere possis egenos ex his quae superflue alij inutiliterque consumunt. Postremo, vt Deum timeas, atque pra oculis habeas, semper versetur in corde tuo quod diuiti dictum est damnato, semper, quando ad voluptatem, luxum, gloriam vt siue ciborum siue vestium incitaris, haec vox sonet in corde tuo: *Fili recordare quae accepisti bona in vita tua, propterea nunc cruciaris. Responde igitur tibi ipsi:*

Absit à me, vt bona mea hic recipiam. Ego ex omnibus bonis & donis Dei aliud non quaeram quam necessitatem & gloriam Dei. Scio non me hic posse habere felicitatem, sed futuram expectare. Quod vt melius possis, audi quid Ezechiel ex persona dicat Domini de Sodomitis, qui caelesti fuerunt igne consumpti: *Hae sunt iniquitates Sodoma superbia, saturitas panis & abundantia vitæ & ocium: & manum egeno & pauperi non porrigebant.* Similia leguntur quoque de diuite epulone, bysso purpuraque vestito & quotidie conuiuante.

Certissima autem diuinae iustitiae regula est, vt sicut nihil bonum irremuneratum, ita nullum malum remanet impunitum. Deinde, quod nemo tam inuenitur bonus, qui non aliquid habeat quo delinquat: nemo tam iustus, qui non aliquando peccet. Sic nemo tam est prauus, qui non interdum & qui bonique non nihil agat. Caterum, sicut bonis delicta exigua bonitatem non adimunt omnem, ita prauos modica bona non efficiunt iustos. Qui ergo boni sunt pro leuioribus peccatis hic temporaliter affliguntur. Quam afflictionem quo & quiori animo mortales ferant, eo citius purgantur, &

Psalm. 16.
Dianx quā-
do prodelle
possit.

Iob. 1.
Proli bus ne
parentes ni-
mum time-
ant pro diui-
tiji.

Eccel. 30.

Tob. 4.

Luc. 16.

Ezech. 16.

Regula di-
uina iustitiae
certissima
quae.

rar, & regnum consequuntur beatum. Qui verò reprobis sunt, paucorum (quae hic gesserunt) bonorum retributionem hic quoque accipiunt temporalem: & pro peccatis magnis, quae hic expiari nequeunt sine charitate, penas dabunt postea sempiternas. Hic iam eligat quisque, vtrum velit aut temporaliter hic lugere ac pati incommoda, & tandem ab his non modo liberari, verum perpetuis etiam bonis frui aut bonis delectabilibus huius vitae affluere, franoque nullo obedire ac disciplina cohiberi, & tandem carcere perpetuo inferni obstringi? Huius enim rei causa Dominus Iesus historiam hanc recenset, duorum vitam dissimilem, exitum quoque & praemium dispar veriusque describens. Non est ut aut ore, aut ita viuens opere dicas: Ad patriam caelestem tendere volo, nec tamen temporalia haec gaudia non amare. Contradicit namque tibi Christus. *Nemo, inquit, potest duobus dominis servire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit & alterum contemnet.* Quem vnum certè si obtinere volueritis, necessè est ut haec mundi gaudia non ametis. Quod nobis largiatur Iesus Christus in aeternum benedictus, Amen.

DOMINICA II. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistola prima Ioannis tertio.

Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filii mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

In hac epistola, quae Dominica hac legenda nobis praescribitur, praemotio fit nobis, ne exterreamur aduersitatibus, persecutionibus ac mundi odijs, quibus Dei seruos mundus premit, necessaria, recordantes illius Apostolicæ sententiae: *Omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecut. on impati-* 2. Tim. 3. entur: omnesque, quam hic Ioannes dicit: *Charissimi, nolite mirari si odit vos mundus.* Cum enim vos quicquid est mundi contemnatis, illi diligant qui filij sunt seculi & amici, magnificantes, necesse est, ut dissentias. Dissentiones autè & discordias sequuntur odia & persecutiones. Proinde Apostolis Saluator ad passionem iturus, praedixit: *si mundus vos odit, scitote quia me propterea vobis* 10. 21. 15. *odit habuit.* Nã si de mundo esset mundus quod suum est, diligeret. Qui a verò de mundo non est, sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Sequitur: *Nos scimus quia translati sumus de morte culpæ ad vitam gratiæ, quia diligimus fratres.* Christo nobis hoc signum cõstituentem, quando dicebat: *In hoc cognoscite omnes*

LLL 4 q4

- Ioan. 3. *quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem.* Itaque in hoc, inquit Ioannes certum signum habemus in nobis, quod translati de morte sumus ad vitam, quando quidem diligimus fratres spirituali amore in Deo. Hoc securius quam nos dicere potuerunt Apostoli, qui se in gratia Dei confirmatos per Spiritus sancti plenitudinem receptam nouerunt. Nos autem pie quidem sperare possumus, nemo tamen certo scire potest, an amore odiove dignus sit: nisi quod signum habemus ex charitate fraterna, ad fortem nos pertinere electorum. Ceterum ediuerso, qui non diligit Deum ac proximum per charitatem, manet in morte, hoc est sub damnatione nisi conuerterit se perpetua. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Qui non diligit, dixit, manet in morte. Cum verò non diligere sit minus adhuc quam odisse, quomodo odians non maneat, si non diligens manet in morte?
- Ioan. 15. Igitur qui odit fratrem suum, non solum manet in morte, sed etiam homicida est. Primo, propriam suam animam necans. Deinde, etiam infirmitatem proximum ad odium rancoremve prouocans. Si ille quoque in anima moriatur, ipse suo illum odio necauit. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam in se manentem. Est enim obnoxius aeternae damnationi, utpote in culpa constitutus mortali. In hoc cognouimus charitatem Dei, erga nos, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, quum non deesset sapientiae eius alium inuenire modum, quo nos redimeretur, nisi summam illam ostendere voluisset charitatem, qua maiorem nemo habet, ut animam suam poneret pro amicis suis: imo etiam pro inimicis posuit illam. Et nos debemus pro fratribus animas, id est, vitam corporalem nostram ponere. Vita namque nostra corporalis, seu corpus nostrum, verus viliores debentur nobis aestimari, quam anima proximi nostri, ita ut vitam nostram corpusque nostrum demus potius in mortem, quam proximum nostrum, etiam inimicum nostrum finamus mortale peccare delictum, ubi id monendo cauere possumus. Qui habuerit huius mundi bona temporalia, videritque fratrem suum necessitatem ex penuria euidenter pati, & clauerit ei viscera pietatis, nihil illi tribuens neque subueniens, quomodo charitas Dei manet in eo? Minime manet in illo. Quippe qui non habet charitatem, utpote durus & auarus atque immisericors. Filiioli non diligamus verborum blanditijs, nec promissionibus tantum linguarum, sed opere praestemus charitatem ac veritatem. Opera nostra atque adeo res ipsa, quantum diligamus vel inimicos nostros, charitas in nobis manifestet.
- Ibidem.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE II.
post S. Trinitatis, solemnitatem, Lucae X IV.

Dominica superiori proxima descriptus nobis est status duorum hominum, neque hic in vita neque post mortem a se habentium. Alter enim horum hic vixit felix, post mortem miser: alter hic miser fuit, post mortem felix, quo disceremus mundum contemnere, non fidere terrenis, nec abuti concessis rebus. Amatores enim suos hoc modo beatitudus, ut perpetuo eos faciat infelices. Hodie verò proponitur nobis, quam miser-

miseri corditer sumus vocati tam ad gratiae quam ad caelestis gloriae coenam, quae etiam sint, quae auocent nos, unde impedimur, ne veniamus. Itaque dicit Euangelium.

Homo quidam fecit coenam magnam.

Antquam haec diceret verba Christus monuerat quomodo essent conuiuia seruanda. Vocandos enim ait conuiuas pauperes, & qui non habent unde retribuunt, sed retribuatur nobis in resurrectione iustorum. Ad haec quidam dicente: *Beatus est qui manducabit panem in regno Dei*, dixit Iesus: Homo quidam fecit coenam magnam. Quis iste sit homo, dubium non est quin sit Dominus noster Iesus Christus, verus Deus & verus homo in vna persona.

Vocatur autem homo, dum clementia & humana eius benignitas in parabolis est describenda: dicitur etiam quidam homo, quod singularitatem significat. Est enim Christus reuera homo singularis & ab alijs discretus. Est enim solus ex omnibus de Spiritu sancto conceptus, hominis, hoc est, Mariae Virginis, & non viri filius. Est etiam ab omni peccato alienus: nec homo tantum, sed etiam Deus. Hic fecit coenam magnam. Duplicem coenam Christus suis exhibet electis. Prima coena est gratiae, quam Deus facit homini reuertenti a peccato. Huius habemus parabolam Euangelicam de eo, qui patrimonium suum acceptum peregre profectus consumpsit inuituliter & in peccatis. Quo reuertente pater occidit vitulum saginatum, & conuiuium fecit ad gratulandum reuertenti ad se filio. Vitulus saginatus & occisus Christus Dominus noster est, omnium virtutum & gratiarum plenus, hic suae passionis nos reficit gratia. Per hanc enim redemptionis nostrae efficiamur participes & incorporamur Christo, ut eius simus membra Dei filij & haeredes. Ex illo enim spiritualis gratia in omnia membra diffunditur, quae viuificat nos, impinguat, recreat & confortat. Eam ob rem Christus clamat: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam*. Item: *Ego sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianua, introibo ad illum, & conabo cum illo*. Eius coenare est suae gratiae nos participes facere. Itaque coena gratiae cibos habet suos. Quæris qui cibi sint? Cognoscere seipsum, detestari propria peccata, odisse propria vitia, amare virtutes, inquirere & diligere beneplacitum Dei. Vocatur autem coena ideo, quia est ante ingressum requies, ante dormitionem mortis necessaria animæ refectio. Dicitur quoque coena magna, quia maximus & Omnipotens est, qui coenam exhibet. Est etiam magna propter cibi nobilitatem. Caro mea, inquit, verè est cibus. Dicitur præterea magna, quia magna charitate nobis est parata. Maiorem namque dilectionem habet nemo, quam vitam suam ponat quis pro amicis suis. Est alia coena gloriae caelestis, de qua scriptum est: *Beati qui ad coenam nuptiarum agni vocati sunt*. Vis huius coenae audire præparationem? Apostolus ait: *Oculus non vidit nec auris audivit, nec in corde hominis ascendit, quae præparauit Dominus diligentibus se*. Dicitur etiam beatitudo caelestis coena, quia post laborem recipitur coena, ita refectio gloriae post omnia certamina, consummatisq; laboribus & miserijs huius vitae percipitur. Deinde sicut post coenam instat requies, nec reditur ad laborem, ita percepta beatitudine caelesti, non reditur ad huius vitae certamina ac laborem.

Christus vti dicitur homo quidam. Lucæ 14.

Lucæ 1.

I. Coena duplex quam exhibit Deus. Lucæ 14.

Vitulus saginatus & occisus quid mystice significet. Rom 1.

Math. 11. Apoc. 1.

Coenæ primæ cibi qui sint. Ioan. 6. 15.

II. Coena hæc cur dicitur magna. Apoc. 19. 1. Cor. 2.

Beatitudo caelestis cur coena appellatur.



Apoc. 14. *Amodo enim dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Est præterea cœna magna propter domus conuiuij amplitudinem, de qua scriptum est: O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Secundo, magna dicitur propter conuiuarum multitudinem. Multi enim, Christo teste, veniunt ab oriente & occidentem, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno calorom.*

Baruch 3. *In Apocalypsi quoque: Vidi, inquit Ioannes, turbam magnam, quam dumerare nemo poterat. Tercio, propter ministrantium nobilitatem dicitur magna: figuratur enim in conuiuiu Assueri regis, qui singulis mensis ministros proposuit de principibus suis, hoc est, de Angelis suis. Hi enim omnes sunt administratores spiritus, &c. Quarto, dicitur magna propter ferculorum abundantiam, dignitatem & preciositatem. Dominus enim Deus ipse preciosissimus est cibus huius conuiuij. Hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscami te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Quam magna multitudo dulcedine tue Domine, quæ in abscondisti timentibus te. Si magna est timentibus te, quanta est regnantibus tecum? Reuera vt iterum Psalmista dicit: Melior est dies vnius atrijs tuis super millia. Et sanctus Augustinus: Tanta est, inquit, iucunditas vitæ æternæ, vt si etiam non liceret in ea manere, nisi vnus diei mora, propter hoc innumerabiles anni deliciarum huius vitæ contemnerentur. Quinto, est magna cœna quia omnium desideriorum plena est satietas absque fastidio. Interim enim semper nobis deficit aliquid, nec plena vnquam est nobis aut requies aut felicitas. Sed tunc, ait: Psalmista, satiabor, cum apparuerit gloria tua.*

Matth. 2. *Apoc. 7. Ethes. 1. Hebr. 1. Ioan. 17. Psal. 30. Psal. 33. Augustin. Vitæ æternæ iucunditas quanta. Psal. 16.*

Et vocauit multos.

Vocat hominem Deus multis modis.

Matth. 11.

I.

Matth. 1.

Vox Christi

qua continet

vocat hominem

qua.

Psalm 84.

Psalm 24.

II.

Literæ Christi

quæ sunt

Nunciij Christi

qui sunt.

Ioan. 10.

Lucæ 6.

III.

Deus vnus

vocat manu

& nutu.

Vocatio Dei multiplex est, qua nos inuitat ad cœnam. Primo, vocat nos voce, dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam.* Et iterum: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim vobis regnum calorom.* Est autem vox non solum quæ auditur cum sono, sed est etiam vox quædam inspirationis, qua nos Christus vocat penè continuè. De qua ait Psalmista: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Et iterum: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Semper enim diuina adest homini inspiratio, instinctus bonus, atque interna Dei allocutio sancta, vbi, tamen est audientia, nec diuinæ vocis contemptus. Secundo vocat per literas seu per nuncium. Literæ Christi nostri Domini sunt eius Euangelium & sacra scriptura: *Nunciij eius sunt sancti prædicatores.* Quibus in persona dixit Apostolorum, *Ecce misit me Pater, & ego mitto vos ad prædicandum.* Et ideo dicit alibi quoque, *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.* Tercio, vocat nos manu, nutu aut signo. Manu vocare, est beneficijs inuitare. Bonitatem enim suam nobis sæpenumero ostendit in beneficijs præsentibus, vt futura eo securus ælestia speremus. Nutu vocare, est quando aliena videmus aut prospera aut tristia, vnde discimus Deum iracundum aut placatum, significatur quæ nobis in euentu alieno, quid nostræ conueniat salutis. Nam si hominem in peccatis viuentem subito inueneris aut inopinatè mortuum, quid tibi hic loquitur euentus tristis, nisi vt vitam tuam corrigas, à peccato contineas, nulloque tempore in peccato inueniaris perseverare mortali, ne tibi similia deteriorare contingant? Quapropter Christus cum sibi nunciatum fuisse quorundam

tundam Galilæorum sanguinem mixtum esse à Pilato cum sacrificijs eo-
rum, dixit: *Putatis quod hi Galilæi pro omnibus peccatores fuerint, quia et alia passi*
sunt? Non dico vobis: sed nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis, sicut illi
dixit & octo super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Putatis quia ipsi debito-
res fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis, sed nisi
penitentiam egeritis, similiter omnes peribitis. Signo denique vocat, id est, tri-
bulatione. Scimus namque propterea à Deo tribulationem nobis mitti,
qua redeamus ad ipsum, sicut scriptum est: *Imple facies eorum ignominia, &*
querent nomen tuum Domine. Idcirco dum tribulationem aut infirmitatem
sentimus intelligamus oportet nos à Domino mōneri atque reuocari. Facia-
mus igitur quod faciebat Psalmista: *Tribulationem, inquit, & dolorem inuo-*
caui, & nomen Domini inuocaui. Est enim calamitas (vt dixi) quæuis, signum,
quo terret nos Dominus, vt filios, quos ne pereant, cupit reuocari. Minatur
enim nobis, terret nos, quia præseruari nos vult à periculo peccatorum,
quomodo mater filium arcet à flumine, à casu, à sectione, hoc est, à cultro
sua gladio. Hoc modo nobis multifariam loquitur Deus, & vocat nos et-
iam per creaturas.

Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt veni-
rent, quia parata sunt omnia.

Seruus hic missus chorus est Apostolorum, prædicantium quæ ordo. Qui
omnibus clamans nunciat: *Penitemini & credite Euangelio.* Item quæ: *Peni-*
tentiam agite. Et Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Transit e-
nim mundus & concupiscentia eius. Item quæ: *Præterit figura huius mundi. De reli-*
quo qui uxores habent, sint quasi non habentes, & qui gaudent sint tanquam non gau-
descentes. Hæ voces quid sunt, nisi serui Domini, id est, cuiuscunque boni præ-
dicatoris vox & clamor, vocantis ad cælestem cœnam? Hora cœnæ est vlti-
ma ætas mundi. Nos enim, Paulo teste, sumus in quos fines seculorum deue-
nerunt. Et in fine mundi cœna hæc, quando duplicem stolam tunc omnes
accipiēt electi, exhibebitur. Potest nihilominus applicari, quod de hora cœ-
næ dicitur, ad hominis ætatem, vt hora cœnæ dicatur, quando homo iam se-
nescit. Tunc enim sæpenumero electos suos qui à rectitudinis via hallucina-
ti sunt, vt respiscant, reuocat, inducens eis recordationem suæ iustitiæ &
timorem, finis vitæ celerem expectationem, mundi gaudiorum fallaciam
& vanitatem, & præsentis vitæ miseras, & infelicitatem. Quod verò parata om-
nia dicit, intelligi debet per Christum, puta peccatorum remissio, chirogra-
phi peccati deletio, nostri reconciliatio, regni cælorum apertio, donorum
Spiritus S. communicatio, & quicquid aliud est, quod in salutem hominis
parit necessarium, in Christi nobis morte paratum est.

Et cœperunt simul omnes excusare.

Excusatio hæc non de verbis intelligitur, sed de Operibus. Omnes enim
sua amabant impedimenta salutis. Quæ tamen sibi quoque viderentur im-
pedimenta, his tamen carere aut abstinere noluerunt, sed excusabant se qua-
si impeditos, qui venire nequirent. Hæc autem excusatio vocante prædi-
catore aut diuina inspiratione, quasi nuncio aut seruo, nihil aliud est, quam
diuino insinſtui, aut humanæ exhortationi non acquiescere & nõ consen-
sire.

MMM 2 ture,

Lucæ 21.
Ibidem.
Deus vt nos
signo ad se
vocet.
Psal. 22.
Psal. 114.
Seruus mis-
sus quis sit.
Marc. 1.
Math. 3.
i. Ioan. 3.
i. Cor. 7.
Ibidem.
Hora cœnæ
quæ sit.
i. Cor. 10.
Prover. 31.
Lucæ 1. 5.
& 24.
Col. 2. 1.
Marc. 5.
Luc. 17.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tire. Et licet omnes hoc ipsum peccatores faciant, tamen tres tantum, perinde ac tria peccantium genera, aut tres peccandi status, qui se excusant, hic recensentur.

Primus dixit. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatum.

Villa quid
mythice fig-
net.

Per villam dominationem aliquam accipimus atque occupationem terrenam. Quamobrem significari hic intelligimus superbos & ambitiosos, quorum est se excusare. Hi enim superbiæ & ambitioni seruientes, circumcipiunt impedimenta, per quæ diuinæ inspirationi non acquiescunt. Sunt autê de huiusmodi hominibus multi, qui pro tutela honoris sui (vt ipsi loquuntur) magis autem pro gloria, pro excellentia, & pro superbia sua zelantes, impedimenta animarum admittunt grauiâ, Dei quoque præcepta negligunt, ne suas amittant diuitias & dominationes, neve æstimatio eorum in modico lædatur aut minuatur. Et hæc impedimenta priuatus eis amor persuadet quasi licita & necessaria, per quæ volunt & sibi persuadent etiam sese excusatos. Rogare enim se haberi excusatum, est aliquam in medium ferre aut prætereundam causam, quare ad suam salutem sese non disponit. Omni enim superbo nihil adest familiarius, quam semper se excusare. Obserua verba singula, & quomodo superbiæ vitium in singulis indicetur, inuenies. Superbia enim facit ex consuetudine quasi necessitatem. Qui enim vanam gloriam diligit, quicquid loquitur pro sui excusatione aut defensione cum loqui quasi vrgens necessitas impellit. Ideo dicit. Necesse habeo. Quia verò à se digredi, & sui fieri immemor probatur superbus, dicitur etiam exire, scilicet à se putans se aliquid esse, cum nihil sit. Cum prætere alij placere, alijs præferri cupit, tunc illum oportet videre, id est, studium excogitandum vitarum, quibus id obtinere possit, assumere.

Superbia ex
consuetudi-
ne quid effi-
ceat.

Galat. 6.

Alter dixit. Iuga bouum emi quinque, & necesse habeo probare illa. Rogo te habeme excusatum.

Iuga bouum
quinque quid
velint.

Curiōsitas
sensuum quid
faciat.

Iuga bouum quinque significant quinque sensus, qui iuga propterea dicuntur, quia sensus omnes geminati sunt, vt visus in duobus oculis, auditus in duabus auribus, gustus in lingua & palato, olfactus in duabus naribus, tactus in duabus manibus, licet alioqui per totum corpus diffundatur tactus, & geminari possit, quo ad tactum externum & internum. Iuxta hunc igitur intellectum curiositas sensuum potest intelligi, qua interior homo ad exteriora sese effundit, suorum interiorum prorsus nescius, alienorum inuestigator curiosus. Potest nihilominus hic intelligi auaritia. Per iuga enim quinque bouum, quinque vult paria bouum significari, quæ emptæ volunt probare, cuius occupatione retentus cepit se excusare, ne ad cenam inuitatus vite veniret, aut potius auaritiam suam, cum scriptum sit. *Non declines in meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.* Displicet enim hoc, vt per Hieremiam significatur, grauius Deo, illo per Prophetam dicitur. *Eccle ego iudicio comendat tecum, eo quod dixeris. Non peccasti.*

Psal. 140.

Hierem. 2.

Et alius dixit. Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Quamuis vxorem duxisse illicitum non sit, tamen cum coniugij sit abusus

sus frequentior, vbi copula coniugalis non ad prolem suscitandam, sed ad
 voluptatem admittitur, non mirum est, vt per rem iustam (coniugium e-
 nim æque seruatum non excludit à regno Dei) significetur res iniusta, puta
 carnis voluptas seu luxuria. Videte autem quam egregie ad Euangelium al-
 ludit sententia quoque Ioannis in epistola sua, Euangelium enim eos vo-
 lens nominare, qui præcipue mundi speciem tenent, nil aliud quam quod
 Ioannes dicere videtur: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut*
concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Obserua quoque, quod is, qui vx-
 orem se dicit duxisse, non rogat excusari. Voluptas enim carnis adeo est im-
 portuna, adeo eos quos capit semel, absorbet, vt honestatis & verecundiæ
 immemores non solum non excusent, verum etiam vltro confiteantur
 quasi necessitatem, desperando dicentes: Non possum continenter viuere.
 Quod quid aliud est, quam non possum ad cælestem cœnam venire.

Coniugij ab-
 usus quando
 fit.
 Gregor.

1. Ioan. 2.

Voluptas car-
 nis quam fit
 importuna.

Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc ira-
 tus pater familias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos
 ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos & claudos introduc
 huc.

Serui huius denunciatio, est prædicatorum sanctorum gemitus in oratio-
 ne coram Deo plangentium, quod verbum Dei à se prædicatum non inue-
 nit locum, vbi requiescat, aut vbi faciat fructum. Idcirco Pater familias i-
 ratus, non passione iræ feruentis, nec affectione vindictæ, sed voluntate &
 zelo tranquillo iustitiæ, malum punire volentis. Quia verò prior inuita-
 tio seu legatio serui præcipue fuit ad principes synagogæ, scribas & phari-
 sæos atque seniores, qui, vt dictum est, excusarunt se iterum: nunc seruus
 mittitur ad simplices & illiteratos, hoc est, ad plebem Iudæorum iubetur
 cito exire, & introducere ad cœnam cæcos, id est, indoctos & infidos, paupe-
 res, id est, donis spiritualibus destitutos, & mundo despectos, debiles item ad
 bene operandum, & claudos, id est, instabiles. Sicut enim Gregorius dicit:
 Sape infirmi, & in hoc mundo despecti, tanto celerius Dei vocem audiunt,
 quanto in hoc mundo non habent, vnde desistentur. Erat autem propterea
 cito eundem, quia pro saluandis animabus, non debet interuenire mora,
 aut negligentia.

Ira Patris fa-
 milias quid.

Gregor.

Et ait seruus: Domine factum est vt imperasti, & adhuc lo-
 cus est.

Quasi diceret: Quos vocari iussisti, & qui ex plebe Iudæorum sunt conuer-
 tendi, iam sunt ad fidem introducti. Intrauit enim frequentia Iudæorum
 ad Dominicam cœnam: sed locus est, quo adhuc recipiatur etiam numero-
 sitas Gentium. Ira enim factum est. Nam Paulo & Barnaba ad synagogas
 Iudæorum intrantibus, & Dei illis verbum annunciantibus, cum resisterent
 Iudæi his quæ dicebantur à Paulo, dixit Paulus: *Vobis, scilicet Iudæis, oportet
 primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æ-
 ternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes vobis repudiatis, vt ad cœnam æternæ
 vitæ eas vocemus.*

Actor. 13.

MMM 3. Et.

Et ait Dominus seruo: Exi in vicos, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

Mittitur hic chorus prædicatorum ad populum gentiliū, populum sine lege, rudem, & inciuilem: ideo ad sepes, & vicos ire iubetur, & eos compellere, hoc est, rationabili persuasione inducere, vt intrare ad cœnam dominicam consentiant. Compellere debent prædicatores populum ad salutaria, quomodo Apostolus ad quendam horum ait: *Prædica verbum in ista opportuna, importuna, argue, increpa, obsecra in omni patientia.* Compelluntur autem, non quia nolentes intrant, sed quia eorum mutatur voluntas, Deo ad hoc media debita ordinante, vt velint iam quod ante noluerunt. Per infirmitates enim & aduersitates illos plerumque inducit, vt salutaribus monitis assentiant.

Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Per ingratitude[m] indigni cœnæ cœlestis facti sunt, quorū vocati venire noluerunt. Quamobrem postea cum libenter etiam intrare vulerint, non poterunt. Obseruemus igitur filij charissimi vocationem nostram, & in omnibus quæ nobis accidunt, aduertamus quare nobis hæc miserit Deus: quæ sit e[us] voluntas eius beneplacens, & perfecta, vt hanc non negligamus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

In quam multiplici sint genere, qui à Domino vocantur.

Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos. Luca XIII. Hæc est illa cœna, quam suo nobis sanguine præparauit Dominus & redemptor noster Iesus Christus, in cruce pro nobis moriens. Ibi enim pro nobis occisus est vitulus saginatus, in conuiuium nobis paratus, in spirituale[m] cœnam præsentis vitæ, qua introduceremur in cœnam cœlestem. Hæc ad passionem iturus, discipulis quoque suis promiserat, dicens: *Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam.* Et iterum: *Volo parare vobis locum, &c.* De hac cœna quoque loquitur, vbi dicit: *Beati sunt serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Vt igitur breuiter dicam filij, cœna hæc vita est æterna, qua omnes electi epulantur, requiescunt quæ à laboribus suis, pleni gaudio, quiete, ac felicitate perpetua. Hæc autem cœna, hoc cœlesti conuiuium, vt Augustinus ait, duobus instauratur ferculis, in absentia scilicet omnium mali, & in affluentia omnis boni. Quæ fercula iuxta diui Bernardi sententiam, tam magna sunt, vt mensurari non possint, tam longa, vt non possint terminari, tam multa, vt non valeant numerari, tam preciosa, vt non possint æstimari. Id enim quod promittit Deus, vt verbis vtat Augustini, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur, desideria & vota transcendit, acquiri potest, æstimari non potest. Illud enim est fo-

2. Tim. 4.

Compellere intrare quid sit.

Rom. 12.

Ioan. 19.

Lucæ 22.

Ioan. 14.

Lucæ 12.

Cœna Dei quæ sit. Apocal. 14.

Augustin. Fercula duo cœnæ Dei quæ sint. Bernard.

Augustin.

sum, verum & summum bonum, quod non de creatura, sed de creatore concipitur. Quod cum acceperis, nemo tollet à te, cui comparata omnis aliunde iucunditas meror est, omne decorum scedum est, omne postremo quod delictare potest, molestum est. Ad hanc cœnam vocauit generaliter omnes, qui neminem vult perire: singulariter autem multos, eos scilicet, quibus singularia dona, singulariaque contulit beneficia, atque auxilia ad salutem. Beati igitur qui ad cœnam hanc nuptiarum agni vocati sunt, beatiore qui perueniunt, miserimi planè qui venire renuunt. Sunt enim qui excusare se in Euangelio narrantur, quorum excusatio nulla est alia, nisi quod temporalia præferunt cœlestibus. Debet itaque Christianus omnis vocationem suam intelligere, debet quæcunque sibi eueniunt, de manu Dei suscipere, Deo quod ad salutem sibi hæc miserit, credere, sub ipsius potenti se humiliare manu, atque iuxta vocationem suam Dominum sequi. Certissimum igitur fili tibi hoc sit, si Deo cupias seruire, si eius mandata & beneplacita facere, te securè, fideliterque de eius manu accipere, quicquid tibi miserit ille, quicquid super te venire permiserit, quicquid dederit, quicquid subtraxeritve, siue consoletur, siue affligat, siue te attrahere, siue projicere videatur: tu modo illi confide, & quod tibi euenierit, de manu illius accipe. Vide præterea & expende, quid tibi boni ex hoc possis procurare. Quicquid enim tibi à Domino mittitur, in salutem tuam mittitur. Tu modo eo sic vtere, vt saluti tibi sit quod tibi missum est. Nec tuum est discutere, per quem tibi Dominus mittat, aut afflictionem, aut consolationem, sed mittentis tu inspicere auctoritatem & prouidentiam, attende charitatem, & discas quid ex illo quod euenit tibi, sit lucrandum. Hoc enim modo efficies, vt tentationes quoque & pericula omnia te vocent atque trahant ad Deum, quæ alioqui à Deo videbantur retrahere. Obserua tamen quod ad hanc cœnam intrare te oportet cum veste nuptiali. Quæ vestis sit nuptialis, nemini puto non esse notum, nempe charitatem. Sine hac enim, ne martyrium quidem prodesse potest ad salutem. *Hæc est autem*, inquit, in epistola Ioannes, *charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. Qui autè seruat mandata eius, vt idem dicit, in illo manet, & ipse in eo. Christus quoque: Si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate. Deum enim diligere conuincitur, quisquis eius non seruat mandata. Non igitur diligamus lingua tantum, sed opere & veritate. Qui enim facit se diligere Deum, nec mandata eius obseruat, mendax est. Eam ob rem quum diues quidam Christum interrogasset, quid sibi foret faciendum, vt vitam possit ingredi æternam, hoc est, vt cœnæ illius sempiternæ fieret particeps, quid audiuit? Profecto hoc tantum: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei.* Scimus nisi Christi redemptione nobis non patere ianuam regni cœlestis. Scimus quoque Dei mandata nobis esse tradita, non vt eadem duntaxat sciamus, sed vt faciamus etiam: *Non enim auduores legis, sed factores legis iustificabuntur apud Deum.* Et nisi Dei obedierimus mandatis, extra statum nos constituiamus salutis. Itaque Christi sanguinis redemptione nobis parata, cum nihil restet nobis aliud necessarium quo saluemur, hoc est, quo à morte transeamus ad vitam, nisi vt seruemus mandata Dei (quæ seruantes non peccabimus aliquando) cur circa alia inania, & infructuosa tam multa occupamur? Quare non omnem nauamus operam, quare*

MMM. 4. omni

1. Pet. 3.

Apocal. 19.

1. Pet. 5.

Euenientia
cuncta de ma-
nu Dei susci-
pienda.Matth. 2.
Vestis nupti-
alis habenda
quæ.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 14.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Matth. 19.

Rom. 2.

1. Ioan. 7.

Mandata Dei
seruantibus,
quanta beati-
tudo promif-
sa fit.
Psalm. 33.

omni vigilantia non sumus solliciti, quomodo Dei perficiamus præcepta? Mandata enim Dei seruare, sanitas animæ est. Mandata Dei seruare, ad dies felicissimos perducit. Quis enim vestrum est filij, qui non diligit dies bonos, & vitam longam? Adhuc semel interrogo: Quis vestrum est, qui non diligit dies beatos, beatos dies dico, vbi nulla est tristitia, nullus timor, nulla offensus, vbi pax, gaudium, & securitas) & vitam, non dico longam, sed sempiternam? Neminem profecto scio, qui hanc non velit, qui non optet, aut qui pro hac non precetur: quandoquidem omnium laborum nostrorum est finis vita beata. Enumera iam hominum negotiatorum, militum, scholasticorum labores & incommoda. Quos si interrogauero, quare hæc faciunt: respondent se hæc pati, vt dies aliquando bonos, & vitam obtineant quietam. Attendite filij, si labores hic magni assumuntur propter quietem aliquando perfruentiam, non diu duraturam, quanti sunt labores tolerandi propter dies bonos, & quietam vitam, imo propter felicem & beatam nunquam finiendam?

Luce 14.
Math. 23.
Luce 14.

Ad cœnam
Dei vocato-
rum genus
triplex.

Referuntur autem in Euangelio in triplici genere homines ad cœnam vocati. Quidam enim vocati sunt, sed non venerunt. Quidam vocati veniunt. Tertij compelluntur vt intrent. Primi qui vocantur & non veniunt, sunt hi, qui in triplici quoque ordine hic enumerantur, quemadmodum in epistola sua Ioannes eos insinuat, in tribus peccatis vniuersa vitia comprehendens, cum dicit: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Sic Christus tres hic narrat vocatos, qui noluerunt venire, superbum scilicet & curiosum, seu auarum & luxuriosum. Ad hæc enim tria genera peccatorum alia quæcunque reducuntur. Neque enim hi soli non veniunt ad cœnam Domini, sed non veniunt etiam alij peccatores in peccatis perseverantes. Non enim mentitur Apostolus vbi Corinthijs scribens, dicit: *Nolite errare. Neque enim fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum conubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi* (estne hoc etiam peccatum, hodie filij esse ebriosum? neque mala dici, neque raptatores regnum Dei possidebunt. Ad Galatas quoque scribens *Miseria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitie, contentiones, emulationes iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quæ prædicto vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agant, regnum Dei non consequentur.* Itaque hi omnes licet vocati, non tamen intrant (si ita inuenti fuerint) ad cælestem cœnam, hoc est, ad æternam beatitudinem.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 6.

Galat. 5.

1. Cor. 1.

Secundi qui vocantur & veniunt, sunt pauperes, quo verum apparet quod Apostolus dixit: *Infirmam mundi elegit Deus quo confundat fortia.* Diuites enim & potenter, docti ac sapientes mundi, cum habeant vnde in hoc mundo florent, vt pote ceteris præstantiores, superbiunt, & parum de cœna futuræ vitæ cogitant, præsentibus contenti. Magis enim eos præsentis temporis opes, lætitiæ & honores consolantur, quam spes futurorum. Adeo enim his quæ vident, inhiant, vt ad futura, quæ à prædicatoribus sanctis prædicantur, vix aduertant. Pauperes verò quo maioribus calamitatibus premuntur, eo humiliores fiunt. Aequè igitur peccatores intelligi possunt & qui vocati veniunt, & qui venire contemnunt. Sed hi peccatores sunt superbi,

perbi, qui seipfos ignorant, elati & magri in oculis suis, & ideo sui vocati-
onem contempnunt. Illi vero, quia seipfos peccatores esse cognoscunt, sunt
humiles & veniunt. Peccatores itaque superbi respuuntur, humiles eligun-
tur. Hi autem qui vocati veniunt, hic in quadruplici ponuntur differentia. **Lucæ 14.**
Siquidem nominantur hic pauperes, cæci, debiles & claudi. Pauperes sunt,
qui nihil à se præter peccata habere cognoscunt, in oculis suis vacui virtu-
tibus, inopes gratiæ de suis viribus non præsumunt. Hi itaque quia humi-
les sunt, ad Dei cœnam idonei introducuntur. Debiles sunt, qui ex timore,
vt Petrus, & fragilitate delinquant. Sunt quidam voluntatis plerumq; bo-
næ, sed non adeo fortes, quin turbine tentationum accedente vacillent, aut
succumbant. Hi quoque suam agnoscentes fragilitatem, dum ad Dominum
clamant, & in adiutorio habitant altissimi, mox resurgunt, & ad cœnam
veniunt. Tertij sunt cæci, qui per ignorantiam peccant. Inter quos se Pau-
lus constituit, dum Timotheo scribit, se aliquando fuisse persecutorem,
blasphemum & contumeliosum. Sed ideo, inquit, misericordiam eõe. ut us sum,
quia ignorans feci in incredulitate. Quarto loco nominantur claudi, id est, clau-
dicantes. Vellent hi quidem saluari, sed à delictis se continere nō possunt,
quia amor priuatus in eis nimius est, nec sibi vim possunt inferre quemad-
modum scriptum est: *Regnum calorū vim patitur, & violenti rapiunt illud.*
Tertij sunt, qui compulsi veniunt. Felix, inquit Augustinus, necessitas, quæ
ad meliora compellit. Et Seneca: Infirmiū meæ gratias ago, quæ coegit
me non posse, quæ non debeo velle. Hi itaque compelluntur intrare, qui-
bus amaritudines aduersitatesq; Dominus mittit, propter quas illis, aut
peccare non libet, aut ex illis, vt non etiam possint, impedimentum ob-
stat. Itaque in hoc genere intelliguntur hi, qui peccare quidem volunt,
sed aduersitatibus impediuntur. Vnde contingit sæpenumero, vt in se re-
deant, & malitiam suam arguant, & corrigant. Proinde in Osee peccatrix
anima introducit, fornicatura à Deo suo, dicens: *Vadam post amatores me-
os, qui dant mihi panes meos, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum
meum, & potum meum.* Cui Dominus respondens, Propter hæc, inquit, *sepia-
m vias tuas spinis, & sepiam eam maceria.* hoc est, ego circundabo te necessitatibus,
& concludam angustijs & calamitatibus, vt ad iniquitatem tibi, tamen ve-
lis malum agere, via non pateat. Propterea sequitur: *Et semitas suas non in-
ueniet.* Et sequitur *amatores suos, & non apprehendet eos, & queret eos, & non in-
ueniet.* Sed quid, inquis, prodest illi vias habere à Deo sibi conclusas, nec ad
amatores, cum quibus fornicaretur, posse venire, quamdiu prauitas in ani-
mo dominatur, nec malitia fuerit correcta voluntatis? Ad hoc, inquam, il-
li prodest, vt videns etiam in malis suis, qualem optat, se non habere feli-
citatē, tandem respiscat, tandem det illi vexatio intellectam, tandem
sentiat se à suis delectationibus derelictam, dum etiam viro suo, hoc est,
sponso suo Domino Deo est destituta, cuius amore deberet foueri, custodia
protegi, & vigilantia gubernari. Hunc verò, quia iam reliquit, etiam se sen-
tur derelictam, & iucunditate peccati carens (quam quæsierat) calamitatibus
verò infeliciter præssa, nusquam, id est, neque à Deo, neque à mundo inue-
nit consolationem. A mundi enim consolatione animam illam excludit
miseria & calamitas, à diuina peccatum, seu inquinata conscientia. Redi-

Esaie 5.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Lucæ 14.

Osee 2.

ens igitur in seipfam suam plangit infelicitatem, suam insipientiam, suam ingratitudinem & malitiam. Porro de sponsi bonitate confidens, redire ad illum decernit, dicens: *Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc.* Videsne quomodo per hoc, quod viam eius Deus spinis sepiuit, per hoc quod ea, in quibus delectari solebat, amaritudinibus repleuit, quod post concupiscentias suas eam abire non finit, quod eam delinquere volentem virga corripuit, quod in chamo & frano maxillam eius constrinxit, illam ad sui cognitionem, ad respicientiamq; reduxit? Vides iam quod absque vi illata, seruata animi libertate hæc anima immutata est, & quæ in via erat perditionis ac inferni, ad Deū redire compulsa est?

Eccle. 18.
Psalm. 37.

Similem quoque parabolam habemus Euangelicam de filio prodigo, qui à patre suo patrimonio accepto, in regionem profectus longinquam, totam hoc quod accepit, in meretricios turpesq; ac superfluos vsus profudit. Cùm itaque consumptis omnibus, iam non solum quod luxui, verum quod necessitati etiam opus esset, non haberet, cuidam ciui adhezit, seruiens illi in custodiendis porcis. Vbi ingrauescente fame ad tantam est inopiam tandem redactus, vt de siliquis porcorum ventrem cuperet reficere esuriertem, sed nemo illi dabat. Fames igitur & calamitas quam patiebatur, illum in se reduxit, vt videret insipientiam suam atque suum cognosceret errorem.

Lucæ 15.

Quocirca in se reuersus dixit, *Quanti mercen. vij. bundant in domo patris mei panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam igitur & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in celum & coram te. iam non sum dignus vocari filius tuus, sed fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Vides quid illi profuerit fames & calamitas? Nunquid enim scelerum suorum, dum sumptus ad huc ad peccandum patrimonium suppeditare, illum pœnituit? Num ad patrem tunc sibi redeundum statuit? Minimè. Caterum vbi nihil ei non defuit, vbi miseriam expertus est, vbi infelix hic esse cepit, pœnitens ad patrem salubri consilio statuit redire. Occasiones igitur dum diuina misericordia nos conuertendi quærit, dum per multa occurrentia vel aduersa vel iucunda ex nolentibus, nos (salua nostra libertate arbitrij) volentes facit, dicitur compellere nos intrare. Beati qui sic compelluntur, vt velint. Huiusmodi enim compulsio, non violentia, aut coactio est, sed introductio, & blanda, felixq; mutatio. Quam nobis Dominus noster Iesus Christus largiatur, qui est in secula benedictus, Amen.

Compelli intrare quinam dicantur.

Lucæ 4.

DOMINICA III. POST DOMINICAM S.
Trinitatis, Epistola, I. Petri V.



Miliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proyicientes in eum, quoniam ipsa cura est de vobis. Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens circumsit, querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem ei, que in mundo est, vestra fraternitati fieri. Deus autem omnis gratia, qui vocauit nos in æternam suam gloriam, in Christo Iesu modicum passum esse perficit

perficeret, confirmabit, solidabitq. Ipsi gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Multa eruditione beatissimus Petrus hic nos instituit Apostolus. Primo enim ad humilitatem, quae basis est vniuersi spiritualis aedificii nostri, hortatur nos dicens: Humiliamini sub potenti manu Dei. Quasi dicat: Viles existimate vos, & nihil esse coram Deo, agnoscentes in-
 gratitudinem vestram, desidiam, atque animi infirmitatem, sub Dei omni-
 potentia, virtute ac iustitia, cui vt subiecti sitis, necesse est. Constat autem
 humilitas vera primo in obedientia, ne te contra Dei erigas praecipuum, ne
 contempnas illud, aut negligas. Deinde in vera poenitentia, vt de peccatis tui-
 tis, nihil tibi blandiaris, te non excuses, sed vituperes ac iudices. Quantum
 enim Deo displicet superbia peccatoris, tantum poenitentis humilitas, atq;
 verecundia ei placet. Tertio consistit humilitas in vera patientia, qua fla-
 gellata pro peccatis tuis de manu Domini suscipias, patienterq; feras. Fla-
 gellatus fuit Pharaos, & induruit: flagellatus est Nabuchodonosor, & inge-
 mit. Ille ad obstinationem, hic ad poenitentiam, hic ad damnationem, hic
 ad salutem proficiens. Quarto, sita est in reuerentia, qua bene sentias, qua
 diligas, qua honorem denique tuis praepositis, ac superioribus exhibe-
 as. Humiliamini igitur vltro sub Deo, & pro illius honore sub homini-
 bus. Quod si feceritis, vosq; subieceritis, & eius manum tuleritis patientis-
 sime, cum magno fructu id facietis. Itaque humiliamini, vt exaltet vos in
 tempore visitationis, quum scilicet aduenerit ad iudicandos vos, aut in
 morte singulariter, aut generatim in fine mundi, vt vnicuique iuxta merita
 sua retribuatur. Proinde nunc humiles estote, vt tunc gloriosi inueniamini.
 Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, no eam tantum, quae
 est pro temporalibus rebus, sed omnem, puta pro quibusuis necessitatibus
 vestris. Sitque posthac vna vobis duntaxat cura, humiliari scilicet per de-
 pressionem, ac mortificationem, per abnegationem, per poenitentiam, per
 obedientiam, per patientiam, & per praetoruu vestroru reuerentiam, quonia
 Deo ipsi cura est de vobis. Est enim humiliu protector Dominus, sicut Psal-
 mus dicit: Custodiens paruulos Dominus humiliatus sum & liberauit me. Huius-
 modi paruulus fuit Abraham, cui dixit Dominus: Nolite timere Abraham ego
 praetor tuus sum. Et certe quanta fuerit Deo cura de illo, sacra testatur Scri-
 ptura. Siquidem in Vr Chaldaeoru, & dum peregrinaretur vel in Aegypto, vel
 in Palestina, vel dum praeliaretur contra quatuor reges, & numeratis verna-
 culis suis illos insequens, qua abduxerant praedam omnem de illoru manu
 excutiens recuperaret, num de Abraham cura Deo nulla fuit? Itaq; sequitur:
 Sobrius estote. Sobrietas pulcherrima est virtus, sita no tantu in restricto vsu
 corporalis alimeti, sed omniu reru etiã, quae pertinet ad voluptate, vel ani-
 mi vel corporis. Nam sobrietas non in his tantu quibus carni, sed in his etiã
 quibus spiritui seruitur, puta in lectioe, scientia, meditatione & corporis af-
 fectioe est necessaria: vt nihil immodestũ, nihil no reueratũ, nihil no ratio-
 nabile ac discretũ in nobis fiat. Estote igitur sobrij & vigilate per studia, ex-
 ercicia, operaq; bona, ne vsqua offensionem diuinã, nec machinatiõ diabolicã

humilitas
vera in qui-
bus consistat.

I.

II.

III.

Exod. 9. 12.
& 14.

III.

Apoca. 27.

Sollicitudo
omnis vt in
Deum reij-
cienda.

Sapient. 6.
Psalm. 114.
Genes. 15.

Genes. 11.
Genes. 14.

Sobrietas in
quibus sita
sit.



in vobis detur locus, quia aduersarius vester diabolus, quē continuē vobis quomodo habetis insidiantē, ita semper suspectū habere, atq; contra eundē in armis esse vos decet. Hic tanquā leo rugiens circumit implacabili odio vos persequēs, & occasiones, studia vestra, naturales conditiones, & occupationes vestras considerans, quærīt quē deuoret, seu quē per mortale peccatū, per quē amissionem gratiæ diuinæ sibi incorporet. Cui fortes resistite in fide. Fortes decet ad resistendum hosti nos exhibere. Itaque fortitudo animi in pugna est necessaria, omnisquē procul abijciendā, tam ignauia, quam pusillanimitas. Resistite autem in fide, credentes ē cælo auxilium vobis affuturum. Quod in fide quoque imploretis à Domino, nec in vobis confidatis, sed in Dei adiutorio: quo vos erigatis contra diabolū, cuius nulla est virtus, vbi illi fides resisterit. *Resistite igitur diabolo, & fugiet à vobis.* Nec vos molestie huius tædeat, scientes vos non solos esse, quibus bellum est cum diabolo, sed vestræ fraternitati, hoc est, omnibus electis, qui in mundo sunt, passionem quoque hanc euenire. *Militia namque est vita hominis super terram. Item omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles.* Deus autem omnis gratiæ benignissimus collator: Nihil enim nobis debetur prohib, quæ nos soli hic abique Dei gratia gessimus, quam pœnæ & supplicia. Quippe qui à nobis ipsi nihil habemus aliud quam non esse, ab omni bono disticere, ad vitia, ad nostri destructionem, ad perditionem quoque proclites esse, & in peccata non tam labi quàm ruere. Reliqua quæcunque bona sunt, à Deo sunt. Itaque Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos in gloriam suam, et adoptionis simus hic per gratiam eius filij, atque bonorum cælestium hæredes in Christo Iesu, seu per Christum Iesum, modicum quidem passos. Passio est introductio in gloriam, quandoquidem de Christo scriptum est: *Opportet ut Christum pati, & sic intrare in gloriam suam.* De filiis quoque Zebedæi scriptum est, quod petentibus per matrem confessum cum Christo in eius regno, respondit Christus: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum!* Significans nimirum passionem necessariam ingredi volentibus in gloriam æternam. Dicit autem Petrus hic modicum quidem passos. *Quare modicū æstimat? Quia præsentis vitæ omnis afflictio modica & momentanea est comparata immensitati gaudij cælestis.* Sequitur: Ipse, hoc est, Deus, qui in vobis cœpit, perficiet, consummabitq; gratiam suam in vobis operantem, ipse voluntatem vestram bonam confirmabitq; perseverantia. Ipse denique hanc roborabit ne deficiatis in tribulationibus. Ipsi gloria, quo omnes illum adorent, prædicent, ac laudent. Ipsi imperium, cui omnes sese subiciant in secula seculorum, Amen.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ III.
post Dominicam Sanctissimæ Trinitatis. Luca XX.

Prima Dominica S. Trinitatis succedente Dominicæ Dominus nos ad timorem compungi voluit, saltem seruilem: historiā de epulone natans miseram, quo nos mundo non fideremus, temporalitatem disceremus contemnere, carere gaudijs, illicitisq; quibuscunque voluptatibus. Sequenti post illam Dominica allicit nos ad cœnæ cælestis desiderium, memores nos esse volens vocationis nostræ, & parata omnia quæ sunt nobis ad salutem necessaria, modo voluntas bona, studiumq; veniendi accedat.

In hac:

Isaob. 4.

Iob 7.
Iudith 8.

Rom. 8.

Lucæ 24.
Matth. 6.

Marc. 10.

2. Corin. 4.

Lucæ 16.

Lucæ 14.

In hac tertia Dominica nos peccatores inuitamur ad accessum ipsius Saluatoris per penitentiam. Qua in re ne terreamur Dei iustitia, misericordia nobis proponitur nostri Saluatoris, nunciaturque gaudium fieri in caelo super peccatore penitentiam agente. Tantum abest, ut peccator penitens non audiatur, aut non mereatur veniam. De hoc est Euangelium hodiernum.

Erant appropinquantibus ad Iesum publicani & peccatores, ut audirent illum.

Dominus noster Iesus Christus, non semel verbo, opereque, cur in mundum venerit, monstrauit. Nempe, ut quae perierant, oues resuscitaret, quod aberrasset reduceret, quod infirmum sanaret, & ut totum dicam, ut peccatores sibi reconciliaret. Dignatio misericordissima haec fuit, non necessitas. Nemine enim eget Deus. Propter peccatores igitur cum venisse, in mundum certissimo constat. Propter peccatores incarnatus est, passus est, & mortuus est. Et quid propter peccatores non fecit? Quid propter peccatores non tolerauit? Verum propter quos peccatores inquis? Quandoquidem scriptum est: *Altissimus odio habet peccatores*. Nunquid propter eos qui suas defendunt sordes, qui gloriatur in peccatis suis, & qui in transgressionibus praecceptorum diuinorum perseuerant? Minimè. *Nemini enim mandauit Deus, nemini* consentit (tamen non semper impediatur) *impie agere*. Siquidem scriptum est: *Altissimo odio est impius & impietas eius*. Cum his itaque peccatoribus nullam habet Deus familiaritatem (nouit enim qui sunt eius) utpote induratis & reprobis. Nouit cum quibus peccatoribus conuersaretur: nempe his qui illum desiderabant, & quibus se poterat exhibere Saluatorem. Quod enim omnibus aequè non se exhibet Saluatorem, ex ipsius impotentia non est, sed quia illum suis malitijs à se homines excludunt. Neminem enim ad bonum cogit, ne virtus non sit virtus, sed violentia. Sunt igitur alij peccatores qui odium peccata sua, qui se peccatores erubescunt, qui alios iustos astimant omnes, praeter se. Oculos suos in se retorquent, sua peccata attendunt, seipsum accusant. De alienis peccatis nihil se occupant, nec iudicant. De omnibus enim melius, quam de se ipsis sentiunt, ideo se continue plangunt. Quamdiu tamen (quicquid fecerint) Christus ad eos non venerit, aut ipsi venerint ad Christum, tamdiu adhuc peccatores manent. Ad hos peccatores (quia sunt humiles & sibi cogniti) accedit Christus, cum his manducat & bibit, non ut foueat, palpet & lactet in peccatis, sed ut eos à peccatis eripiat, & super eorum gaudeat penitentia, faciatque inde conuiuium in regno caelesti & gaudium. Eam ob rem Dominus tam exhibuit se affabilem, benignum, misericordem, pium, ac dulcem, ut peccatores huiusmodi humiles sumptis animis, resumptaque fiducia appropinquarent ad se. Appropinquantibus autem non gressu corporis tantum, sed & mente. Nil enim pedibus tantum accessisse profuisset, si corde à longè, & à Christo alieni stetissent. Ad hanc accessionem admonet nos Psalmus, dicens: *Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur*. Certè non confundentur, quia nemini Deus peccata impropere, eadem corrigere volenti. Et Iacobus ait: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*. Fecerunt hoc Matthaeus, Zachaeus, Maria Magdalena, & reliqui innumeri, quibus illud Pauli quadrabit dictum:

NNN 3. Qui

Matth. 17.

Esa. 53.

Matth. 10.

Psalm. 15.

Eccle. 12.

Eccle. 15.

Sapient. 14.

1. Tim. 2.

Peccatores

quinam reci-

pianur à

Christo.

Psalm. 12.

Iacob. 1.

Matth. 9.

Luc. 10.

Mate. 16.

Ephes. 2. *Qui eratis aliquando longè, nunc propè facti estis.* Appropinquatio igitur illa laudatur, ubi vita & moribus ad Christum acceditur, ubi totius vitæ agitur conuersio ad Deum.

Et murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Eccle. 9. *Quamuis scriptum sit: Viri iusti sint tibi commensales,* & in Psalmo legatur: *Superbo oculo & insatiabili co. de. cum hoc non edebam:* quo Pharisæi quoque Christum rem facere illicitam putabant, quod peccatoribus se præbuit amabilem, & in conuersatione communem, haudquaquam Christo nocere potuit.

Conuersari cum improbis quibus licitum sit. Proinde quemadmodum infirmiores homines sunt ab improborum conuersatione dehortandi, ne ab eis discant quod deforme sit imitari: ita laudandi sunt perfecti, qui se communes exhibent peccatoribus, non quod negligentia abominacionesque eorum illis placeant, sed ut ad correctionem eos vitam, tam verbo, quam vitæ exemplo reducant. Hoc modo quoque Christum, qui inquinari non potuit, qui ad hoc venerat, ut ex peccatoribus iustos, ex infirmis faceret sanos, debebat maximè, ut perinde ac medicus inter ægros, inter peccatores Saluator, affabilis ac mansuetus ueneret. Murmurabant autem Pharisæi aduersus illum, qui compati debuerant peccatoribus, & super his poenitentibus (quod Angeli quoque faciunt) gaudere. Sed reuera compertissimum est, quod magnus sentit Gregorius, falsam iustitiam (cuiusmodi pharisæica erat) habere indignationem, veram habere compassionem. Indignabantur falsi iusti his, qui veri esse iusti satagebant. Super iniquos enim, & falsus irascitur iustus, dissimili tamen animo & mente. Iustus enim verus irascitur ex zelo, ac amore iustitiæ, falsus autem iustus liuore irascitur vindictæ. Spernit enim, cui irascitur, proximum suum. Iustus sæpè numero durioribus increpat verbis delinquentem. Sed aduertendum est, licet austerioribus verbis aggrediatur in corrigendo proximum, internam tamen illum seruare dulcedinem charitatis. Intellige fili patrem tibi peccanti irascentem. Ideo enim tibi irascitur, ideo te arguit, ut à peccatis retractum te faciat meliorem. Porro mali non sciunt corrigere, quia finem correctionis non querunt, nec ex charitate arguunt, sed ut dedecore, ignominiaque homines afficiant. Non igitur zelus rectus, sed superbia, arrogantia, & liuor in Pharisæis erat, qui peccatores despiciebant, se illis præferentes. Peccatorum namque consortia non ideo, ne illorum fallerentur, paulatimque abducerentur erroribus, fugiebant, sed quia eos ut se indignos despiciebant, atque cum quibus ipsi iustiores non debeant conuersari, illos spernebant. Eam ob rem Christum, aliosque iustos inquinari ex conuersatione familiari, cum peccatoribus existimabant. Huiusmodi Simon ille erat, qui Dominum recepit conuiuio, in quo mulier peccatrix ad Dominum accessit, suis lacrymis pedes eius lauans. Quod cernens Simon intra se cogitans, dicebat: Si hic esset Propheta, sciret utique, quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Putabat enim Domino, ut se tangendum præberet peccatrici, non conuenire: haud dubium, si ad suos mulier pedes venisset, calceibus eam repulsurus. Pharisæi autem duas causas se habere putabant murmurandi,

Gregor. Ira iusti quid sit, quidve intendat.

Lucæ 7. Murmuratio pharisæorum

puta quod Christus peccatores reciperet, & cum illis manducaret. Grandis Pharisæorum querimonia, quod iuxta Prophetam, Dominus esset clemens & misericors, patiens & multum misericors, præstabilisque super malitia. Grande crimen, ac Pharisæorum censura dignum, quod Dominus ad se redeuntes peccatores benignè susciperet, resuscitans de pulvere inopes virtute, & de stercore eleuans peccatorum pauperes, vt collocet eos cum principibus populi sui caelestis. Hoc modo frater quoque senior quum domum ex agro rediret, audiretq; ob fratris sui reditum, qui luxu omne in honestè patrimonium suum consumperat, patrem conuiuantem, & omnem familiam gaudentem, inuidit, atq; (qui simul propter eam gaudere debuerat) intrare noluit. Hoc modo Pharisæi quoq; non probabant, sed rem aestimabant indignam, quod cum peccatoribus manducaret Christus. Se verò, cum quibus ederet, haud dubium aestimabant dignos. Verum, cum superbiam eorumque liuorem nõ ignoraret Christus, audi tamen quam benignè cum his liuidis murmuratoribus agat. Neque enim eos durè obiurgat, sed piè instruit per parabolam. Ideo sequitur:

Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdidit vnā ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam?

In hac parabola nihil vult dicere aliud, quam iniuste illos murmurare super hoc, quod animas ipse diabolica fraude amissas, atque abductas quaerere reducendas: quando quidem qui centum habet oues, vnā si perdidit, requirit, reducereque satagit in locum & ordinem vnde excidit. Quod quare non similiter est faciendum in animabus, si id sit de ouibus? Homo itaque ille Deus est, qui habet centum oues, id est, vniuersitatem creaturarum, Angelorum & hominum. Per nonaginta autem nouem indicat choros Angelorum, quibus si adhuc vna addatur, fiunt centum. Sant itaque Angeli oues per innocentiam, obedientiam & dilectionem. Est quoque natura humana ouis, sed quæ in primo homine seducta aberrauit ac perijt, vt Psalmista habet: *Erraui sicut ouis quæ perijt*. Et Esaias ait: *Omnes nos quasi oues errauimus*. Hanc ouem perditam, nonaginta nouem alijs in deserto, hoc est, in caelo (vbi pascua sunt aeternæ viriditatis) relicta, Dei Filius quaesuit. Hoc enim ipse fateatur, dicens: *Missus sum ad oues, quæ perierunt domus Israel*. Quomodo autem quaesuit? Carnem assumendo humanam, prædicando, miracula faciendo, patiendo iniurias, vitæ exempla monstrando, & nos sua morte redimendo. Quapropter in Ezechiele dicit: *Ecce ego ipse per me visita- bo oues meas, sicut pastor visitat gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dispersarum*. Charissimi filij attendite, quantam in nos misericordiam rogauit Deus, quod qui Angelis peccantibus non pepercit, nobis non solum pepercit, sed pro nobis etiam delicta nostra soluit.

Et cum inuenerit, imponit in humeros suos gaudens.

Inuenit ouem perditam Deus, cum humanam naturam assumpsit, quā tunc in humeros suos imposuit, cum peccata nostra pertulit super lignum. Pro nobis enim omnibus ipse passus est, pro nobis vulneratus est,

contra Christum quid intenderit. loel. 2.

Psalm. 112.

Luc. 15.

Angeli & homines cur vocentur oues.

Psalm. 112.

Esai. 53.

Matth. 10.

Ezech. 34.

1. Pet. 2.

Ouis perditā quando re- perita fuerit. 1. Pet. 2.

Esaiz 53.
Esaiz 40.
Matth. 23.

& eius liuore sanati sumus. Nam & Pater de eo dicit: *Propter scelus populi mei percussus est.* Humeri ergo Christi, cornua sunt crucis, quibus nos vnde excideramus ad patriam, hoc est, ad ouile caeleste reportauit. Hoc Esaiz praedicens, dixit: *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, factus ipse portabit.* Oues dispersas per varias peccatorum concupiscentias Christus congregauit, vt ipsemet dicit: *Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alis, & noluisti.* Haec enim congregatio nihil aliud est, quam iustificatio peccatoris. In sinu suo agnos portare dicitur, cum ad se conuersos in pace & tranquillitate fouet conscientia. Tunc enim tranquilla tua potest esse conscientia, cum peccata tua damnas praeterita, & futura execraris. Foetas ipsas quoque portat. Foetae dicuntur animae illae, quae ex noua conuersione diuina gratia impregnantur, vt multitudinem operum pariat bonorum. Quas portat, dum in suo eas seruitio diuina consolatione confortat, vt non sentiant laborem.

Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quae perierat.*

In sua ascensione Christus haud dubium magno studio omnes Angelos, hominesque simul ascendenes refecit: potissimum quod ouem perditam, id est, naturam humanam ad pascua caelestia reduxit. Gratulandum enim maximopere est in peccatoris conuersione. Primo, quod Christi imago reformata est. Secundo, quod fructus meritorum ac passionis Christi non est otiosus. Tertio, quod Angeli operam suam, hoc est, custodiam, protectionem & gubernationem, quam homini impendunt, non locarunt gratis, sed gaudium de anima habent saluata, & fructum suae percipiunt restorationis. Aduertendum quoque est quod dicit Dominus. *Non congratulamini mihi, cui maxime videbatur gratulandum, sed congratulamini mihi, quia Deo est gaudium vita nostra, & cum nos ad caelum reducimur, solennitatem laetitiae illius implemus.* Nam & laborem suum quem pro nobis fecit moriendo, quasi nihil reputat praeter amorem nostri. Neque enim sibi dicit gratulandum, quia redemit, sed quia inuenit ouem, minorem aestimans suam vitam, quam ouem, vt quod comparauerat sanguine suo, inuenisse se dicat, tanti faciens rem vel sic inuentam.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia.

Mirum hic videtur & dubium, an Deus praeferat poenitentiam innocentiae, quod dicit maius gaudium (repetitio enim sermonis eiusdem idem significat) fore Angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non egent poenitentia. Sanctus Paulus conuersus ad Christum dubium non est, quin gratissimam Deo fecerit poenitentiam. Sancta Maria etiam Magdalena vas dilectionis & amoris, gratissimam quoque fecisse Deo poenitentiam quis dubitet? Deinde gaudium magnum in sua poenitentia, & in seruiore mouitatis vitae assumptae eam Angelis

In peccatoris conuersione gratulandum esse propter tria.

Act. 9.
Luc. 7.

gelis fecisse quis neget? Sed nunquid maius fuit gaudium Dei, vel super Paulo, vel super eadem Maria Magdalena penitentibus, quam super puritate, innocentiaque, aut Ioannis Baptista, aut beatissimæ Virginis Mariæ? Hæc enim ab omni peccato est præseruata, ille à peccato in matris utero sanctificatus. Hunc igitur sensum haudquaquam voluisse mihi videtur Dominus intelligi, sed vt D. Gregorius astruit, solere multos inueniri innocentes, qui graua peccata non admiserunt, atque ideo quo minus Deum offenderunt, tanto etiam seruiore minori, minori que austeritate sibi imperare. Quia enim non multa illicita admiserunt, ideo licentius etiam licitis vtuntur. Esse verò alios qui in multis deliquerunt, qui seruentiori cupiunt studio perditam recuperare, fracta restaurare, neglecta que supplere: illis, quia graua non admiserunt delicta, sufficere videtur, quod à peccatis contineant, & cõcessis rebus vtantur. Porro his qui multa illicita fecerunt, non item vt ab illicitis tantum abstineant, sufficere videtur, sed à multis etiam licitis refrænant. Itaque in huiusmodi verum est, maius gaudium fieri super peccatore penitentiam seruentem agente, quam super iusto tepide, aut non seruentem se erga Deum exercente. In summa igitur hoc intelligendum est, vt ceteris paribus (quod sanctus Thomas ait) semper præferatur, siue plus amatur innocens iustus, quam penitens, aut à peccato conuersus. Aliquando tamen conditiones mutantur, vt penitens resurgat melior, atque seruentior innocente, & tunc haud dubium præferatur. Certe non audeam ad omnia sanctam Teclam præferre S. Magdalena peccatrix, licet illa virgo innocens, hæc peccatrix fuerit. Creditur enim Maria Magdalena, licet post peccata penitens ardentior fuisse in charitate, quam fuerit Tecla in sua virginitate. Sic enim dicit Gregorius Magnus: Sciendum est, quoniam sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gaudium, vt eis quilibet peccatorum penitentia præponi nullatenus debeat. Hic ergo colligendum est, quantum Deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iustus: si facit in cælo gaudium, quando hoc quod malè gessit, per penitentiam damnat iniustus.

Gregor.

Gaudium fieri super peccatore magis, quam super iusto, qui intelligendum sit. S. Thomas.

Gregor.

Aut quæ mulier habens drachmas decem: & si perdidit drachmam vnã, nonne accendit lucernam & euertit domum, & querit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico gaudium erit coram Angelis Dei, super vno peccatore penitentiam agente.

Eadem est parabola, eadem similitudo, ideo ex prioris parabola expositione facile sensus hic idem elucet. Hoc vnum potest hic dici, per lucernam significari humanitatem Christi, quam Dei Filius in eo quod eam assumpsit, diuinæ charitatis seruiore accendit, diuinæ sapientiæ splendore illuminavit, omni que virtute perfectissimam, candidissimamque fecit. Hæc itaque sapientia incarnata inter homines conuersando domum, id est, synagogam euertit, prædicando, monendo, increpando, inuitando, vt drach-

mam

Lucæ 19.

mam amissam, id est, animas imagine Christi insignitas, quas querebat, inveniret & saluaret. *Venit enim Filius hominis quærere & saluum facere, quod perierat.* Charissimi omnes nos errauimus, omnes peccauimus, & à pascuis caelestibus excidimus. Cognoscamus animarum nostrarum pastorem, audiamus & sequamur eius vocem. Valeat magis in cordibus nostris vox Christi, quam susurrum diaboli, carnis aut mundi. Nihil nos adeo trahat ad omnem obedientiam, quam purus Dei amor. Cui in omnibus optemus placere, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Quid sit appropinquare Deo, & eruditiones quæ sint in hoc Euangelio.

Gaudium maius est Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia, Lucæ XV. Clementiam bonitatemque suam nescio quomodo peccatoribus maiorem potuisset insinuare Christus, quomodo ad spem potuisset venire eos magis erigere, quam quod fiduciam tantam prærogauit peccatoribus, cum eisdem conuersando, cum eis manducando & bibendo, eosque benignissima morum suorum dulcedine, vultus venustate, verborumque suauitate alliciendo. Non se austerum exhibuit, quem fugerent timidi, sed per benignum, ad quem confugerent etiam deplorati. Atque ideo (quod prima est eruditio huius Euangelij) legimus, quod sumpta benignitatis Iesu occasione appropinquarunt ad eum peccatores & publicani. Iuxta humanitatem Christi loquendo, dubium non est, corporali conuersatione hoc hominum genus, quod conscientia grauabatur, accessisse ad Christum. Nam diuinitatem pedibus accedere haud poterant, quæ vbiq; orbem terrarum implet. Quare Deo appropinquat nemo, nemo ab eo recedit, nisi ratione similitudinis, aut dissimilitudinis. Appropinquare igitur illi, est similem ei fieri. Ab eodem recedere, est dissimilem ei fieri. Ecce duas res habeo in manu, puta scripturam, picturamve in duabus chartis, non eodem magistro, nec æque graphice depictas. Volens dissimilitudinem artis indicare: de viliori pictura quid dico? Nihil hæc pictura ad illam appropinquat, maximè ab illa distat. Itaque cum vtramque in manu iuxta teneam, distare tamen eat à se dico, non propter locum, sed propter dissimilitudinem. Parum est autem, quod sint nos appropinquare sibi, quandoquidem etiam appropinquat nobis, sicut scriptum est: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. R. Siste diabolo, & fugit à vobis.* Vult igitur nos sibi assimilari virtutibus. Neque enim vel in Christo omnis similitudo nobis est appetenda. Nam sunt quædam, quæ soli diuinitati conueniunt, habentia excellentiam, potentiam, gloriam & magnitudinem. In his nihil nos mouere debet ad appetitum similitudinis. Neque enim debemus omnia velle scire, quæ nouit Deus, nec posse miracula facere nobis est appetendum, nec in gloria ei similis fieri, aut potentia. Ibi enim non oportet appropinquare, nec assimilari nos Deo. Sic enim Lucifer voluit appropinquare, & Deo fieri similis: In cælum, inquit, ascendam, ponam thronum meum à latere aquilonis, & similis ero altissimo: sed in abyssum deiectus est. Itaque Deo soli gloria, nec nobis hanc licet appetere, nisi

Baruch 3.

Lucæ 9.

Appropinquare Deo quid sit. Recedere à Deo quid sit.

Iacob 4.

Deo in quibus assimilari debemus, & in quibus non.

Esai. 14.

71

ad illius gloriam moderatis circumstantijs. Deo quoque soli competit vindicta. Ideo *mea est ultio*, inquit, *& ego retribuam*. Ideo ne hæc quidem à nobis est petenda. In quo igitur assimilaberis Deo, ut ei appropinques? Nempe ut sis mundus & sanctus. *Sancti*, inquit, *estote, quoniam ego sanctus sum*. Ut sis perfectus. Unde ait: *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est*. Ut sis misericors. *Estote autem misericordes sicut Pater vester misericors est*. Ut diligas inimicos tuos, sicut alibi dicit: *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos*, ut sis filij Patris vestri cælestis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Christo igitur appropinquare, id est, virtutibus eidem conformari, vtilissimum est studium, ac exercitium. Ibi nihil poteris periclitari. Exemplar est enim omnium virtutum. Fac igitur tu iuxta exemplar, quod tibi in monte, scilicet Caluarie, monstratum est. Vidisti humilem inter latrones, sustine tu quoque tui contemptum, & noli te efferre. Vidisti patientissimum, nec exprobrantibus, & illudentibus respondere verbum. Et tu discere pati verba contumeliosa, & verbera dura. Orauit pro crucifixoribus. Tu quoque pro his, qui te offenderunt, ora. Gustavit sel & acetum, & tu quoque voluptuosis abstine, & non necessarijs. Breuiter, in omnibus operibus humanis, quæ de Christo legis, audito hanc vocem: Exemplum tibi dedi, ut & tu ita facias. Secundo, accedendum nobis est ad Christum oratione, amore & voluntate. Amor coniungit, atque presentes sibi efficit eos, qui loco distant non exiguo. Orationis via est, qua nobis quotidie est eundum: & hæc est, ad impetrandum potentior, quo ante per amorem ei magis sumus vicini. Quid ultra? Omnia nobis est Christus, ideo in omnibus, quæ nobis aut necessaria, aut molesta sunt, ad illum accedere oportet. Quapropter Ambrosius item dicit: Omnis anima accedat ad Christum, quia omnia est Christus nobis. Si vulnere carere desideras, medicus est. Si febribus æstuas, fons est. Si grauaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si cælum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum quaeris, alimentum est. Et hoc pro prima institutione sit dictum huius Evangelij, puta ut appropinquemus Christo, in imitatione vitæ illius ei conformari, assimilariue aliquo modo cupientes. Secunda eruditio est, ut discamus quam sapienter Christus fecerit, cum peccatoribus manducans, et bibens, nedum benignè. Neque enim magna caruit dispensatione, quod tam familiarem se illis exhibuit. Erant enim inter Iudæos in multiplici opinione homines constituti. Quidam rigoroſe vivebant, & hunc rigorem pro tempore & loco, puta ad commoda animarum, in conversionem peccatorum, ubi id ratio exigebat, relaxare non poterant. Erant enim nimis superſticioſi. Alij sapientiam curioſa inuestigatione quaerebant, alij miraculorum obſeruabant nouitatem. Omnibus his CHRISTVS misericordie suæ tetendit laqueos, quia capere voluit omnes, atque ideo retia eis salutaria, congruaque, quibus ut sagacissimus venator animas caperet, obtendit. Misit Ioannem austeram agentem coram hominibus vitam, quo eos qui in austeritate vitæ aliquid fiderent, conuerneret. Traxit alios communiter viuendo, atque benignitate, ac mansuetudine alliciendo. Quo enim se non despici videbant peccatores

Rom. 12.
Deut. 32.
Leuit. 19.
Matth. 5.
Lucæ 6.
Matth. 5.
Exemplar omnium virtutum Christi.
Exod. 25.
Num. 6.
Lucæ 11.
Matth. 7.
Ioan. 13.
Accedendum quomodo sit ad Deum.
Ambros.
Sapientiam quam Christus exhibuit cum peccatoribus manducando.
Matth. 3.
Luc. 3. 4. & 7.



tores, eo magis tanquam ad verè misericordem, qui peccata donaret, se conuertebant. Alios attraxit prædicando, vt dicerent se nunquam audisse hominem loquutum, vt Iesus loquebatur. Alios quoque miraculis inuitauit, qui eius opera videntes, dederunt gloriam Deo, & gaudebant in omnibus, quæ fiebant gloriose ab eo. Verum hæc Pharisei omnia calumnijs peruertebant. Quod Christus quoque conqueritur apud Matthæum: *Veni Ioan. neque manucans, neque bibens, & dicunt, Demonium habet. Veni Filius hominis & inducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Est tamen quoque alia ratio, quare adeo familiariter, communiterque cum hominibus vixit Christus. Quia enim omnibus venit, exemplum in se inuitabile cunctis præbere debuit. Si enim nimis rigorosam, abstinentemque vitam duxisset, aut solitariam, quis illum potuisset imitari? Vita illius austeritas quosdam exterruisset, ne accedere illum fuissent ausi. Maiori igitur fructu animarum communem exhibuit vitam, vbi alios alloquio, alios familiari aspectu, alios benigno accessu, alios in templo, alios in contiuio ad se traxit, atque ad salutem conuertit. Discite hictu quoque, si centum lucrandi animas noueris vias, si centum artes & modos sciueris, quibus hominem à peccato speres reducendum, potius omnes experiri, omnem impendere conatum, nihil non a motum relinquere, donec peccatorem ad Deum reducas. Prodest autem maximè nobilibus ingenijs mansuetudo cum maturitate morum zelosa, & cum exhibitione charitatis. Recipitur enim libentius, quicquid cum mansuetudine mandatur, quicquid ad modum obsecrantis aut fideliter suadentis magis rogatur, quam præcipitur. Opus enim est illi, qui ex tua correptione fieri debet melior. Primo, vt te sentiat fideliter consulentem, vt pote qui illi bene velle. Deinde, vt tam benigno etiam modo adhibeas consilium, vt non exasperetur magis, quam molliatur. Tertia eruditio Euangelica nobis vetat iudicare peccatores. Quod enim Pharisei sæpius contra Dominum murmurabant recipientem peccatores, non suam prodiderunt iustitiam, sed superbiam & iniquitatem. Bis enim murmurantes, iniquè iudicabant Pharisei hos peccatores poenitentes. Arbitrabantur enim iniquos & peccatores eos, qui ad Christum accedebant, qui erant iusti. Iam enim conuersi erant ad Christum, ideo iusti.

Secundo se iustos ipsi putabant cum essent peccatores. Erant enim superbi, proximis se præferentes, eosdemque spernentes. Atque ideo synceram non potuerunt cum illis habere compassionem. Vbi enim superbia est, ibi charitas non est. Quod ergo nos in illis perniciosum, iniustum, ac noxium videmus, hoc nobis abstinentum est. Non igitur damnemus proximum, nemini non recta in eo viderimus. Credendus enim potius est illico respiciat se nec sua immemor fuisse salutis, vt malo perseveret in proposito. Filio si pro generali vos regula doceo, moneo & rogo, quicquid audieritis, quicquid videritis, semper existimate proximum vestrum suam salutem nolite negligere: sed & si peccauerit, interim tamen poenituisse, & iam bonæ esse voluntatis eum credite. Hoc sentite, hoc confidite de omni homine (non solum verba, sed & opera eius omnino aliud clament) scilicet: eum esse poenitentem, & in statu salutis. Hoc namque in incerto, ambiguoque

Viram commuam quare Christus duxit.

Correptionem quam faciunt fructuosam. Iudicare temere peccatores quantum habeat periculi. Luc. 15. Ioan. 6.

Regula generali contra temeraria iudicia.

verfatur, & quibuscunque omnino secretum est imo nobis quoque ipfis absconditum, timus ne boni coram Deo, an reprobi, sed Deo iudicium huius relinquendum est. Nostrum verò erit bonis exhortationibus, beneficijs exemplisque virtutum omnes inuitare, prouocareq; ad bonum. Iterum prospiciendum quoque nobis est, ne peccata in nobis spiritualia occulta fouentes, aut non discutiennes dissimulemus, puta pharisaicam superbiam, arrogantiam, inuidiam & huiusmodi, quæ nonnunquam sub virtutum quoque specie latent: quæ dum non agnoscuntur, non eradicantur etiam. Idcirco quod alijs, hoc maxime etiam debemus nobis ipsis curare, scilicet vt eadem caueamus. Grauiora enim sunt vulnera, & plus habent periculi, quæ sunt secreta, & interna, quàm ea, quæ adeo sunt manifesta, vt videri, tangique possint. Spiritualia quoque vitia pestilentiora sunt carnalibus. Sequitur igitur ex his omnibus, peccatores hoc modo à nobis esse tractandos. Primo, vt culpæ, seu vitio demus correctionem, compassionem naturæ, & gratiæ gratulationem. Quarta eruditio est sentire erga nos clementissimam benignitatem Dei. Vide enim eum qui requiri deberet, ipse quomodo nos requirat? Certe adeo, vt etiam lætitiâ sibi & angelis suis fieri testetur, si peccator redeat ad penitentiam. Neque tamen hic tantum hoc asruit, sed in parabola quoque de filio prodigo seipsum nobis declarat, vbi narrat, quomodo pater filium miserum dum audierat reuertentem, non solum non patrimonij profusionem illi exprobrat, nec conuictis insectatur, nec arguit durè, sed occurrens in amplexum, & osculum accipit reuertentem, vestibus donat, symphoniam & chorum instituit, gaudioque illum diem dedicans, conuiuium exhibet, quòd perditus ille filius redierit, & saluus sit. Quare autem illam parabolam de filio prodigo & eius patre, aut de oue hic errante, ac patre familias reducente narrat, nisi vt ostendat similia se facturum cum peccatoribus ad se redeuntibus? Accedit huc quoque quod gaudiû Angelis esse maius dicit de peccatore penitentiam agente, quàm de iusto non egente penitentia. Non tamen hæc verba ita generaliter sunt intelligenda, quasi melior sit penitens in innocente, sed penitentem illi præfert iusto qui se non egere existimat penitentia, vtpote malorum grauium sibi non conscius. Nam sunt iusti & innocentes, qui leuia peccata (sine quibus in mundo hoc non viuunt) tantum plangunt quàm alij crimina. Quis negot hoc gaudium facturos Angelis Dei licet iustos, habentes tamen quòd amarè plangant. Siquidem quanto Deo seruentius diligunt, tanto eidem inhaerent fidelius, eoque acriori, si vel paululum à rectitudine exorbi auerint, dolore torquentur. Postremo, discendum est hic triformem penitentiam laudatam. Prima est enim purgans peccata. Hac lauit se mulier illa sancta Magdalena, quæ ad Dominum intrabat in conuiuium, non conuiuanti-um præsen-ia exterrita, quia eius animo non inuidebat de hominibus cogitatio, sed desiderium Saluatoris. Secunda est penitentiâ ornans, cuiusmodi in Ioanne reperitur Baptista. Hic enim non solum penitentiam sibi instituit, sed ad eremum, id est, ad locum penitentiæ congruum etiam puer relictis parentibus exiuit. Tertia penitentiâ est conseruans, ne peccetur. Hoc modo opera penitentiæ fecisse putatur Paulus, qui castigauit corpus suum, & in seruitutem redegit, ne fortè cum alijs prædicauerit, ipse inueni-

Vulnera secreta esse peccatiora.

Benignitas Dei erga nos quanta.

Lucæ 15.

Penitentiâ laudatam triformis.

Lucæ 7.

Marc. 1.

1. Cor. 9.

retur reprobis. Filij charissimi, effusio hæc paternorum viscerum diuinae misericordiae super nos compungat exciteq; nos, & ardentissimo vulneret amore. Cogitate quam iniustam sit offendisse benignissimum Patrē. Num satis non est haecenus illum offendisse? Num satis non est peccasse? Num decet nos fidelissimum Dominum & Patrem nos requirentem, nos expectantem, ad nostrum reditum anhelantem gaudio priuare, & eius amoris illudere? Heu filij merito sola nos eius charitas vulneraret adeo, vt totam vitam nostram, si quo modo, imperfecta aut reprehensibilis est, in eius cultum, honorem periter ac amorem mutemus. Sit semel finis operibus nostris illicitis. Deinceps Deo nostro tantam non faciamus iniuriam, vt eius præcepta, vt eius beneplacita negligamus: quia quo maiorem nunc nobis misericordiam ad nostri reductionem prærogat, eo nos durius ad se non conuersos damnat Dominus noster Iesus Christus iudex, seculorum vniuersorum iudex venturus in æternum benedictus, Amen.

DOMINICA III. POST FESTVM SANCTISSIMAE TRINITATIS, Epist. B. Pauli Apost. ad Roman. VIII.

Existimo, quod non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertate gloria filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primicias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri in Christo Iesu Domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ante lectionem hanc dixerat beatus Paulus, nos Christi fore coheredes, & si tamē compassi fuerimus, Christo quoque conglorificandos. Ne tamen hoc videatur cuiuspiam graue, puta cum Christo pati, continuat: Existimo autē. Non dubitatiuē loquitur, sed quasi humilitatis causa, verbo dubitationis, cum nihil hæset, vitur. Existimo autem quod haudquaquam sint condignae passiones huius temporis, quantumlibet saeuae aut durae videantur, si respiciatur, aut si comparentur ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Nam omnē tribulationē, etiam si equulei & ignes adhibeantur, futurae gloriae meditatio, vbi mentem obsederit, leuē ducet ac momentaneam. Si, inquam, placendi Deo appetitus menti humanae infederit, vt iam conformari Christo in desiderio fuerit homini, tribulationem huius vitae omnem pro nihilo ducere illum facit. Nam expectatio creaturae, id est, homo expectans (dicitur enim homo creatura iuxta illud Euangelij: Prædicare Euangelium omni creaturae) expectat in se futuram reuelationem filiorum Dei, hoc est manifestam felicitatem ac beatitudinis manifestationem. Hæc enim vbi adepta fuerit manifestabitur quod

Marc. 16.

quod filij sumus adoptionis: Nunc quidem quod creatura sumus apparet, sed quod filij Dei sumus, nondum apparet: manifestabitur autē id per reuelationem gloriæ cælestis in nobis. Quod verò interim non apparet eam ob rem est, quia vanitati, corruptioni, ac mutabilitati nūc subiecta est, creatura mortalis humana non volens. Non volens inquam, quia non elegit has poenaltates & ærumnas huius vitæ: sustinet tamen patienter, propter eum qui eam huiusmodi poenis & miserijs subiecit, id quē in spe, quod non ad sui perditionem, sed ad sui saluationem ab optimo Deo & Patre his subiecta sit, vnde ea leuia & tolerabilia quæ suffert, existimat. Sic Iacob duos sustinuit labores, amore & expectatione Rachaelis sibi coniungendæ, qui tamen labores, cum eos sustineret, non duri, sed leues, diesque septem annorum, quibus expectabat, pauci videbantur præ amoris magnitudine. Sequitur: Quia & ipsa creatura mortalis liberabitur à seruitute corruptionis, & à sollicitudine vestium, ciborum aliarumque necessitatum, quibus in hac vita propter corruptionem humanam seruire cogitur, per generalem vltimam resurrectionem. Interim enim in hac vita non manifestat pater quantum diligat filium, ne filius insolescat, sed sub disciplina nunc & sub flagellis illam continet quamdiu hic peregrinatur. Liberabitur autem, cum pertigerit in adoptionem libertatis filiorum Dei, quod erit in plena securitate, felicitatis æternæ. Interim (quod nobis compertū est) omnis creatura, id est, homo (in quo omnis creatura habet communionem, aliquidque in eo participat) ingemiscit pro calamitatibus multiplicibus, quas hic sustinet. Ingemiscit autem homo desiderio liberationis amoreque beatitudinis, & parturit interim dolore & labore operans vsque adhuc. Nam quomodo maioribus ac antecessoribus nostris idem gemitus pro eadem re fuit, ita nobiscum quoque is perseverat vsque in præsens. Non solum autem creatura vniuersa mortalis, id est, homo ingemiscit, sed & nos quoque vt Apostoli

Genes. 29.

Apost. 2.

1. Cor. 4.

Math. 17.

Mat. 9.

Luc. 9.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ III.

post Solemnitatem Sanctæ Trinitatis. Luca VI.

NEsio charissimi, si quid miseris possit suauius dici, quidve audiant libentius quam de misericordia. Quo enim magis quis eger, illud frequentius cogitat, avidius desiderat, libentiusque audit. Omnes autem nos peccauimus, & egemus gratia & misericordia Dei. Ex peccato enim primorum parentum nostrorum de paradiso in hanc miseræ vallem eiectionis sumus

OOO 4 sumus

sumus, vbi neque foris, neque intus integram possidemus pacem. Cogimur enim vel iniuri multa sustinere, complura sentire, quæ alioqui nolumus: puta infirmitates, ærumnas, aduersitates, tentationes, afflictiones, famem, sitim, æstum, frigora. Itaque quot modis affligimur, tot etiam nobis cupimus misereri. Quamobrem nihil nobis dulcius misericordia: hanc à Deo, hanc ab hominibus nobis cupimus impendi. Quam tamen quomodo obtineamus, legem nobis Christus insinuat, dicens: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Omnes, inquit, desideratis vestri misereri, & misericordiam vobis opera impendi. Sitis igitur ipsi quoque alijs misericordes, & misericordiam consequemini. Proxima igitur Dominica cum nobis significatum sit, quam pronus, quamq; paratus ad misericordiam sit Deus, adeo vt perditos nos atque aberrantes à se requirat, gaudens inueniat, inuentos ad suam reducat nos domum, hodie legitur nobis Euangelium quo discimus, quomodo misericordia illa nos dignos faciamus, in proximos nostros eandem quam in nos erogat Deus exhibentes, vt hodie Euangelium docet. Itaque Christus dicit:

Estote misericordes, sicut Pater vester cælestis misericors est.

Misericordia
Dei peccatoribus quam
debeat esse
dulcis.
Matth. 5.

Tanta laus est misericordiam, vt ipsa non solum amicos, sed Dei nos etiam efficiat filios. Reddit enim hæc virtus nos conformes Deo, & quasi quædam signa sublimis naturæ nostris imprimit animabus. Omnem enim curam, dilectionem, misericordiam, quam à Deo petimus, quam speramus, quam recipimus, quamq; expectamus, eandem vult nos in proximos quoque nostros effundere. Vnde liquet, quantam à Deo misericordiam nobis optamus fieri, tantam vt effundamus in proximum oportere: quia eadem mensura, qua nos mensi fuerimus, remetietur nobis. Hunc enim nos exhibere in proximum animum necesse est, cuiusmodi animum effundere in nos volumus Deum. Sciendum itaque misericordiam, compassionem, seu tristitiam esse de aliena miseria, cui subuenire, dum possumus, inuitamur. Non est autem in Deo misericordia hoc modo, vt est quædam compassio aut dolor tristitiave de alieno malo, nec vt sunt etiã passionis reliquæ appetitus sensitui in hominibus: sed est misericordia in eo, vt sonat misericordia actum voluntatis, quo volumus misero subueniri. Hoc modo est in

Matth. 7.

Misericordia
quid sit.

Misericordia
quomodo fit
in Deo.

Deo misericordia tanta, vt haudquaquam illi possit humana æquari. Quapropter cum dicitur, Estote misericordes, sicut Pater vester cælestis misericors est, hoc verbum, sicut non æqualitatem mandat, sed similitudinem & imitationem, vt quo modo nobis miseretur Deus, misereamur nos quoque nostris proximis, puta gratuito, & inmeritis, & à quibus nihil speramus retributionis.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.

Omnis misericordia proximo exhibita bonum est aliquid, quo eius potest miseria subleuari. Ideo ad omnia generatim misericordia se extendit, quibus

quibus à miseria homo est leuāus. Duae autem species Dominus ponit miserendi, in quibus singulis datur beneficium, & ad has alia omnes reducuntur. Prima species est, vt proximo des aliquid, puta aut eleemosynam aliquam corporalem, vt est esca, cibus, vestis &c. aut spiritualem puta instructionem, consilium, consolationem, &c. Hoc indicatur per verba, Date, & dabitur vobis. Date, inquit, temporalia, & dabuntur vobis caelestia. Rogat te mendicus. Quid? Panem. Roges tu quoque Christum mendicus. Quid? Regnum caelorum. Num audebis tu negare homini panem, qui à Deo poscis regnum caelorum? Dato igitur tu panem proximo, vt tibi regnū à Deo non negetur caelorum. Quod si nolueris, qua fronte audebis petere à Deo tanta dona tantaque beneficia? Constituit itaque tibi legem, vt tantum tibi expectes à se dandum, quantum tu paratus es egeno dare. Hoc tamen non intelligitur iuxta mensuram dati, sed iuxta mensuram charitatis, hoc est, bonae voluntatis. Maiora enim Dei sunt dona, quae retribuit, imo & quae praerogant, quam tu egeno possis dare: sed intelligendum ita est vt quo plura à maiori charitate benefeceris pauperi, eò plura nobilioraque dona recipies à Deo. Non igitur diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. *Si enim quis inquit Ioannes, habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum egere, & clauserit viscera sua ab eo (puta vt illi necessaria non tribuat) quomodo charitas Dei est in illo? Cùm ergo beatus sit dare quam accipere, propterea quod illud charitatem habeat, hoc necessitatem, non sitis filij segnes, non sitis tenaces, non sitis denique formidolosi adtribuendum necessaria egentibus. Non audias pusillanimum cogitationem: Fortasse adhuc ipse egebo. Humana haec cogitatio est non diuina, de futuris cogitare cum pusillanimitate. Non potest tibi (crede mihi) perire, quicquid Christo dederis, praesertim in aliquo membrorum suorum egenti. Altera est species beneficii, cessare à malo, aut nō inferre malū. Si enim potes proximo tuo malū inferre, habes forsatis simul & copiam & causam quare id facias: pro Dei tamen amore, non vis, cūm possis, aut cūm ira suadeat quoque ei malum inferre, iam beneficium proximo contulisti. Carere enim malo, bonum est. Verbi gratia: Quando non detinet quis vincitum cūm possit, quando nō vlcisitur, quando iniuriam non retaliat, in hoc praestat beneficium. Bifariam autem contingit, vt non inferas malum. Aut enim malum est in opere quod inferre possis (vt dixi) expetendo vindictam, sumendo supplicium, priuando gratia, fauore, aut beneficijs tuis. Et hoc prohibuit Dominus, quando dixit: Dimittite, & dimittetur vobis. Aut est in cogitatione, vt cūm malè inceperis sentire de proximo, vnde eius aestimatio, eiusque fama apud te periclitatur. Magnum enim est, cuius malum, malè de se audire, malè iudicari, contemni, aut sperni. Sic è regione magnum est beneficium, de se bona sentire, sua opera atque interpretari, non condemnari aut abijci. Hoc Dominus malum prohibens, & mandans bonum: Nolite, inquit, iudicare, vt non iudicemini, nolite condemnare, vt non condemnemini. Sciendum tamen hic primo non prohiberi omne iudicium. Est enim iudicium de manifestis, vt si videam hominem ex alieno agro metentem, hoc iudicare possum quod vidi, id est, quod in alieno agro messuit. Siquidem hoc mihi est manifestum. Veruntamen de occulto non possum iudicare illum, aut de eo,*

PPP

quod

Miserendi
species duae
quae sunt.I.
Luca 6.

Augustina.

I. Ioan. 4.

A. Ro. 13.

Miserendi
species a te
quae sit.Malum non
inferre vt co-
tingat bifari-
am.

quod nescio. Neque enim propterea illum debeo iudicare furem, quod in alieno agro messur, quia animum eius furandi, unde fur esse dicendus est, non possum videre. Potest enim fieri, ut animo furandi messuerit ex alieno agro, quod tamen quando nescio, si iudicauero furem, temere iudico. Potest autem fieri, ut iussu illius cuius est ager, aut eiusdem permissione, aut per errorem ibi messuerit (quod magis cogitare debeo) tamen quamdiu veritas me latet, non debeo proximum iudicare vera, quod mihi est manifestum. Hic saepe delinquitur, ut homines factum aliquod videtes, cor etiam quod non vident, ac intentionem praesumant iudicare. Videtes enim apprensens malum, mox pronunciant temere, quod ex odio, quod ex ambitione, quod ex vana gloria, & huiusmodi id genus vitio, hoc factum dictumve sit, quod temerarium est iudicare, & hic prohibitum, sicut hic prohibita omnia sunt alia huiusmodi iudicari, quae bono animo, maloque fieri possunt. Semper enim bono potius animo facta putari debent opera huiusmodi, & charitate excusari, quam in deteriores deputari partem. Itaque non iudicare hoc modo (ut dixi) est misereri. Facis enim illi bonum, quem non iudicas. Sciendum quoque Dominum non prohibere hic iudicium, quod sit à potestate, utpote ab eo qui auctoritatem ex officio habet iudicandi, ut iudex ordinarius, qui iuxta causarum merita aut demerita cogitur iudicare, & aut condemnare reum aut infontē absolueret. Est praeterea tertio aduertendum, quamuis incerta omnia ac dubia in meliorem sunt partem interpretanda, & sentiendum de omnibus bene, quantum est possibile, quantumque excusatio admitti potest, nemoque iudicandus temere: tamen quando remedium est peccato adhibendum, quando occasio delinquendi excludenda, quando item custodia animabus statuenda, ita omnia sunt haec exhibenda remedia, & pericula cuncta aut proscindenda aut precludenda, ac si de grauioribus ac deterioribus, quae euenire possent, homo foret suspectus. Absque enim hoc quod iudicetur homo, debet custodiri, regi, arcerique ne peccet, non quasi si quis credatur velle, sed qui sciatur posse peccare. Hoc enim non est iudicare, sed prudenter timere, & pericula prauidendo cauere. Nam quod ad arces & ad ostia serae adhibentur, non quempiam est furem iudicare, sed posse quempiam furem data occasione effici, credere. Deinde dicit: Nolite condemnare. Nolite si etiam peccantem cernitis, eum condemnare, id est, inter peccatores tanquam damnandum habere. Potest enim fieri ut ubi ceciderit, mox poeniteat, iustiorque quam ante fuit resurgat. Non est igitur qui peccator fuit, damnandus, aut pro peccatore semper habendus. Et non condemnabimini, Deo vos ex peccatis resuscitante. Dimitte iniurias vobis illatas. *Induite, inquit, beatus Paulus, viscera misericordiae, supportantes iniuriam, & dimittentes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam.* Et dimittetur vobis. Idem in Ecclesiastico habetur: *Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi soluentur peccata tua.* Videsne quomodo in tuum arbitrium suam Deus posuerit infinitam misericordiam? Date consilium & auxilium egenis, & dabitur vobis hic gratia & consolatio, & post hanc vitam gloria aeterna.

Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.

Paul.

Temerarium iudicium quod.

Iudicium cuiusmodi non prohibuerit Christus.

Occasiones peccati quae topere proscindenda sint per superiores.

Damnare temere quid.

Coloss.

Ecol. c. 11.

Pauperes in quos opera misericordiae contulistis, sua oratione dabunt, hoc est, dari vobis à Deo impetrabunt mensuram bonam, &c. Nam & Cor. 13. *Acto. 10.*
nellio Centurioni dictum est: Orationes tuae & elemosinae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Dabunt autem vobis mensuram bonam & conferant, ut copiosius sit praemium seu retributio vestra, quam opus. Nihil igitur metuatis minus vobis reddi à Deo, quam vos eius dederitis amore egenis: *Math. 25.*
 quia pauperes, quibus dedistis, imo loco pauperum ego (cui fecistis quicquid vni ex minimis meis fecistis) reddā in sinum vestrum, in gremium cordis vestri mensuram bonam, hoc est, non minorem, sed iustam, ut competit vobis, conferant, id est, cumulatam, & coagitatam, hoc est, compressam & superfluentem, vult per horum verborum exaggerationem, quam magna sit multitudo honorum, quam immensurabilisque aeterna felicitas, quam praeparavit Deus diligentibus se, significari. *1. Cor. 14.*

Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.

Aequitatis huius primam partem Christus pronunciat, dicens: *Beati Marci. 1.*
misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Alteram verò ediuersobeneus Iacobus inferens, dicit: *Iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam.* Eadem igitur mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. *Iacob. 2.*
 Quod ita est intelligendum: Si bonum ac iustum feceris, iustum ac bonum tibi retribuetur. Si malum feceris proximo, malum iterum accipies. Si malum feceris culpa, malum tibi reddetur poena. Non enim hic sensus est verborum, ut si iniquum inferas, quid proximo. Deus tibi iniquum aliquid propterea, aut iniquè retribuat. Deus enim iniuste non iudicat, nec iniustus est vindex malorum, sed tu si proximo iniuriam intuleris: si iudicaveris, si condemnaveris, si auxilium negaveris atque consilium, si denique consolationem eius necessitati subtraxeris, ipsa temeritas tua atque malitia reuertetur tibi in sinu tuum, ut eo ipso quo feceris alteri malum, tibi malum compares.

Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt?

Similitudo est & veritas, sed se in ipso veritas, ad alia autē nihilominus similitudo. Quadrat autem in eos, qui antequam sunt instructi, magisterium affectant. Nam ita dicit: Nunquid caecus potest caecum ducere? Ac si dicere: Qui seipsum nescit, qui sui curam non habet, qui animam suam propriam non diligit, quomodo potest, quae tibi conveniāt, scire? quomodo potest tui curam habere? quomodo te potest diligere, qui seipsum non diligit cum scriptum sit: *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Si igitur is, qui iniquitatem diligit, seipsum odit, quomodo idem te potest in Deo diligere? *psalm. 10.*
 Nemo autem te non diligens, salutaria tibi prouidebit. Ergo caecus, ignarus, sui negligens, tibi caeco ducarum potest quidem promittere, sed praestare nequaquam. Ridiculum certè est caecum caeco dari ducem, multo autem id periculosius, si caecus ipse velit esse dux caeci. Hanc ad Apostolos & ad omnes praelatos dixit similitudinem, innuens quo timore acquiescendum sit, ut quis

prælationem in alios accipiat, cum abijciatur hic, quisquis non possit ignorantes docere, cæcos ducere, aut lapsos erigere. Est autem maximè in eos dictum, qui affectant præesse, non in eos qui prælationis fugiunt onus, ut potest flux infirmitatis conficij. Nihilominus tamen si diuina ordinatione, superiorumque compellantur autoritate, debent obedire. Hos enim Deum timentes, Deum quærentes, atque omnia quam maximè possunt, in Dei beneplacitum ac honorem dirigere satagentes, non deserit Deus, sed quicquid humana illis deest eruditione, hoc diuina illis inspiratione infunditur.

Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.

Omnes sumus discipuli, discentes aut ex inspiratione & lumine diuino, aut ab hominibus. Si itaque per magistrum intelligitur homo, non est discipulus super magistrum, in eo scilicet, quod discipulus est, & in quantum est discipulus, ac in his, quæ didicit à magistro. Porro si quid magisterio didicit diuino, in hoc hominis non fuit discipulus: ibi potest etiam magistri hominis fieri magister. Vltima igitur perfectio discipuli est erga magistrum suum, ut sit sicut eius magister, in his quæ ab illo didicit. Neque enim ea potest ab eodem discere, quæ ille met ignorat, qui debet docere. Est ergo sensus, ut sit hoc quoque in prælatos dictum, qui male viuunt: Non est discipulus super magistrum. Non potest à te, inquit, discere subditus tuus aut discipulus, ut sit contemptor seculi, pius, castus, ac virum deditus, qui exemplo tuo virtuti contraria doces. Quomodo enim tu illi dices, non furandum, qui furaris? non ebrietari studendum, qui calicibus perpetuo studes epotandis? Non igitur quam tu melior effici potest, quicumque se tuum discipulum gerit. Nam si melior sit, ex alio hoc habet magisterio, non tuo. Quod si de Christo hæc verba intelligantur: Sensus est, ut alibi dicit: *Non est seruum maior Domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur.* Ego qui sum magister vester, passus sum me iudicari, condemnari, nec vlterius tamen id volui, sed pro malis reddidi bona. Quomodo ergo tu, qui discipulus meus es, & ex vita mea, discere te oportet. (*Exemplum enim dedi vobis, vt & vos ita faciatis*) quomodo inquam, tu non vis dimittere iniurias? Perfectus autem eris discipulus, si vita tua mihi conformis fuerit. Mei enim imitatio, tua est, perfectio.

Roman. 2.

Ioan. 13.

Ioan. 15.

Ioan. 17.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides?

Festuca mystice quid significatur.

Per trabem quid mystice significatur.

Per festucam, modicum, & veniale vult dicere peccatum quod si videris in tuo fratre, quomodo non vid. setiam, interim in tuo oculo esse trabem? Aut quomodo præsumis festucam ex alieno educere oculo, trabem in tuo habens? Per trabem enim grande aut le: hanc peccatum vult intelligi. Non igitur conuenit ei qui peccator est, alium corrigere minorem peccatorem. Verbi gratia: Ex ira fortasse quispiam peccauit in verbo leuiter, non respiciens passionem suam. Tu verò hoc grauiter iudicas, condemnas & corrigis mo-

gis motus odio auersus delinquentem. Nonne rectè tibi dicitur? *Medice cura teipsum?* Et quomodo alium doces, teipsum non doces? Quomodo alium vides, teipsum non vides? Quomodo alium in modico delinquentem corrigis, teipsum non corrigis? Correctio certè fieri debet ex charitate. Ordinata verò charitas incipit à seipso. Tu verò fratrem non diligis, quem odis. Quomodo enim diligeres proximum, qui non diligis teipsum? Nam si trahem de oculo tuo non educis, quomodo teipsum diligis? Aut quomodo (vt dixi) credam vt diligas proximum, non diligens teipsum? Quid autem proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, & detrimentum sui faciat?

Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.

Hypocritam nominat eum qui iustum se fingit, ceu qui aliena curare queat vulnera, ipse sanus, cum grauiora in se habeat interim vulnera, licet ea cæcus non videat, rectè igitur hypocrita dicitur, qui graui censura sauit in leue peccatum proximi, sua verò grauiora peccata dissimulat. Monet ergo seipsum ante corrigere, odium & liuorem in corrigendo alio abijcere (hoc enim infectus vitio, nemo potest de fratris festuca rectè iudicare) monetur intentionem lucidam & oculum simplicem habere: & ita, quomodo fratris eijcit festucam, curare. Quapropter charissimi, caute superbia, caute inuidiam, caute odium, caute iram quoque. His enim passionibus seruietes, neminem corrigetis vtiliter. Syncera igitur sit charitas in te, sit ad fratrem compassio in delicto constitutum, sis tu quoque non æque in eodem delicto, aut maiori oportet, si volueris, salubris vt fiat delinquenti correctio tua. Alioquin eum quem velis esse emendatum, si in eodem aliove manifesto tenearis peccato, haudquaquam corripias, sed obscura & inuita, vt tecum se corrigat, Dominus autem charitatem tuam videns vtrique gratiam dabit se corrigendi, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

In quibus similes Deo esse nos congruat, & in quibus misericordes in proximum.

Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est. Lucæ VI. Ex magna misericordia oritur, quod Dominus nobis mandat misericordiam. Nihil enim nobis, qui miseri sumus, & misericordia egemus, est vtilius quam misereri, ignoscere, compati, & miseris subuenire. Quo fit vt misericordiam suam Deus quoque largiatur nobis. Siquidem misericordiam nobis impendendæ vt Deo iusta sit ratio, mandat ipse nobis dicens: *Estote misericordes.* Si enim fuerimus misericordes in proximos nostros, fiet, vt nos quoque misericordiam à Deo consequamur. Sunt autem multa in hoc diuino Euangelio, quæ nos instruunt ad pietatem. Primum est quod nobis præcipitur esse misericordes. Nemo potest esse misericors in Deum, quia Deo cum sint diuitiæ, sapientia, potentiaque infinita, ipse non potest esse miser, nec bonorum tuorum eget. Nihil illi prodest, si illum honoraueris, nihil si contempseris, obest. Nihil illi confers seruiendo, nihil subtrahis

PPP 3. deserent-

Lucæ 4.
Roman. 2.

1. Ioan. 3.

Matth. 7.
Marc. 6.
Luca 9.

Correctio
vt salubris
delinquenti
fi t, qualis est
se debeat.

Lucæ 6.

Instructiones
huius Euan-
geli.

Gal. 3.

Misericordiam cuiusdam exhibere precipiunt.

deferendo. Tibi prodest aut obest, si illi seruias, aut si non seruias. Nam ipse a que sine te, atque tecum est felix. In proximum igitur tuum vt sis misericors, oportet. Ad illum vt miseris, in quem quod in Deum non potes, exerceas. Hac misericordia in proximum, misericordiam tibi Dei comparare licet. Nemo enim est hominum cui non desit aliquid. Neque enim in hac vita mortali quisquam esse beatus potest, nec tam diues vsquam in hac vita reperitur, qui nulla re ceat. Imo saepissime contingit, vt pauper prestare possit, quod diues non possit. Adeo varia sunt Dei dona, adeoque multitudine distributa. Dicit itaque: Esote misericordes. Esote, vt omnium erga vos animos esse velletis. Primo tamen hic obserua, quod modum quoque adiungit miserendi & similitudinem. Sicut, inquit, Pater vester caelestis misericors est. Cruciatur quis amore adultera, fortasse illam obtinere non potens. Non eius Deus miseretur, vt adiuuet illius desiderium, nec patrocinatur peccato. Non misereatur latronis esurientis, aut in nemore errantis, vt illum ad latrocinium rapinamve ducat. Nec alijs conatibus anxiosq; concupiscentijs peccatorum, vt perficiantur, subuenit: sed ad saluaria ducens aut reducens hominem, in hoc ipsius miseretur. Praestat saepe beneficium indignis, sed non ad hoc, vt peccent, sed vt peccatis abstineant. Saepe etiam negat, ne peccetur. Quomodo tu febres calidas patienti, aut peste correpto, non misereris amico, vt noxium potum porrigas, sed illi licet roganti ministrare recusas. Scis enim ei esse venenum aut noxium.

Misericordia in quibus proximo fit exhibenda. Matth. 7. Luc. 11.

Pari modo nullius miserearis ad consentiendum promouendam peccata. Sed quomodo Deus nostri miseretur, ita tu in rebus tantum licitis proximo miserearis. Sic enim Christus ait: Si vos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester caelestis bona dabit peccantibus vestris? Iustas itaque preces quomodo exaudit Deus, datque nobis saluaria, sic tu in licitis tantum misereri proximo tuo: quandoquidem in prauis desiderijs locum non habet misericordia, vt illis consentias, sed hae tibi misericordia est, vt eadem arguas, illisque repugnes. Sciendum quoque nomine misericordiae hic significari turbationem animi, seu compassionem, quae impenditur his, qui in aliqua sunt afflictione, quibus prodesse oportet, quo elemosyna, omniaque pietatis ac misericordiae opera, tam spiritualia, quam corporalia comprehenduntur. Opera corporalia misericordiae sunt, vt cibum praebes esurienti, potum scienti, vestias nudum, suscipias hospitio peregrinum, infirmum visites, in carcere constitutum redimas. Quibus additur ex Tobia, vt mortuum sepelias. Opera misericordiae spiritualia sunt, vt cum afflictio compassionem habeas, offendentem iniuriam dimittas, peccantem corrigas, ignorantem instruas. Haec sunt opera charissimi presentis vitae Deo acceptissima, adeo vt pro his impletis in iudicio extremo coronemur, pro neglectis vero damnemur. Recole verborum, quae in Mattheo de his operibus scripta sunt. Ibi enim loquens de extremo iudicio Christus dicit: Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab haedis. Et statuet oves quidem a dextris, haedos autem a sinistris. Tunc dicit Rex his qui a dextris sunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Et

Misericordiae nomine quid hic significatur.

Opera misericordiae corporalia quae. Tob. 1. Opera misericordiae spiritualia quae.

Matth. 7.

Christus dicit: Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab haedis. Et statuet oves quidem a dextris, haedos autem a sinistris. Tunc dicit Rex his qui a dextris sunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Et

T. V. 21

ritentem & dedisti mihi manducare. Sitiui, & dedisti mihi bibere, &c. quæ ibi sequuntur vsque illic: Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine quid vidimus te esuriem & pasimus, aut sitientem & dedimus tibi potum? &c. Et respondens Rex dixit illis: Amen dico vobis, quod amicum fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit his qui à sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, & cetera quæ sequuntur. Vnde euidentissime liquet, quam placeant Deo misericordie opera, quando hæc in iudicio rememoranda, tunc referuntur, quasi hæc sola sint, propter quæ facta Dominus det iustis & redemptis regnum celorum: his vero qui eadem omiserunt, propterea daturus sit æternum supplicium. Et quamuis hæc sola non sint quæ fieri oporteat (sunt enim alia item multa, quæ nobis Euangelium facienda tradidit, ita tamen recensentur, ita nobis obijciuntur, vt stante ipsa redemptione nostra per Iesum Christum Dominum nostrum consummata, significentur hæc nobis occasio fuisse, quare coronemur aut damnemur. Neque enim tunc à sinistris nemo erit, qui hic fidem Christi & Euangelium receperit. Erunt pro dolor multi, imo plures quam à dextris (Multi enim sunt vocati, pauci vero electi) qui crediderunt, pro quibus redemptionis nostræ per Christum, non minus quam pro electis effusum est precium, qui baptizati sunt: imo iuxta verba Christi, erunt quidam à sinistris, qui in Christi nomine prophetarunt, dæmonia eiecerunt, & multa signa fecerunt (non absque fide) nihilominus tamen damnabuntur, quia non fecerunt opera misericordie: vt intelligas quantum absit à veritate, vt sola fides ad salutem sine operibus sufficiat his, qui cum operari volunt, nolunt. Secundo, observa in operibus misericordie oculum esse simplicem habendum, vt propter gloriam Dei tantum proximo subuenias, ex misericordia illi compatiens, & nihil aliud queras. Deinde non ad hostantum misericordies nos esse oportet, ad quos natura nostra nos inclinat, vt sunt consanguinei, amici, & ij, qui nobis benefaciunt: sed ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, & his, qui sua reliquerunt, qui suis pro virtute spoliati sunt, & qui Christo Domino nostro seruiunt, non suo ventre. Hæc est autem hic magis laudata seu Deo accepta charitas, quæ aliam non habet miserendi rationem, quare scilicet proximo benefaciat, nisi Deum. Quia enim Deum diligit, diligit & fratrem suum propter Deum. Itaque hominis vt miseraris, Deus solus est causa miserendi. Ideo enim misereor, quia scio quod is cui misereor, Dei Filius est, frater meus est, celestis ciuis est, mihi coheres est, mercatus quoque Christi sanguine est. Hanc ob causam misereri fratri, diligereque fratrem, optima est miserendi ratio: & hæc nunquam clarior fulget, quam in dilectione inimicorum. Secundum quoque in hoc Euangelio instrui mur, est, vt sciamus in quibus debeamus esse misericordes aut in quibus benefacere debeamus proximo. Vbi tamen ignorandum non est, misericordiam à lege naturæ quoque homini esse inditam, tametsi Christus hic eandem non iussisset. Est enim lex naturæ mortalium cunctorum animis inscripta, vt quod sibi velint fieri homines, hoc faciunt a lijs quoque: & ne a lijs inferant, quod ferre ipsi recusant. Itaque tria Dominus iubet, quæ maximopere nobis fieri optamus omnes. Primum est, quod

Math. 20 & 22

Math. 7. 10.

1. acob. 2. Oculum simplicem in misericordie operibus esse habendum. Galat. 6. Rom. 16.

In quibus benefacere debemus proximo.

Tob. 4. Tria quædam



T. V
21

hic inueni-
tur.

Matth. 7.

Luc 6.

iudiciu quod
ferit in ani-
m qui intel-
ligendum.

Eccl 5.

iudicium te-
merarium
quando fit,
peccatum
mortale &
quando ve-
niale.
Augustin.

Matth. 6.

Luc 11.

Remittere
peccata alic-
na quam fit
necessarium.

Matth. 18.

Matth. 5.

quod tibi vis, puta, vt sic consultum fama & opinioni tuae. Grauat te existi-
matio iniqua, quam proximus habet de te. Tu igitur quia inuitus hanc su-
stines, noli ipsum quoque existimatione iniqua grauare. Prohibuit enim
hoc Dominus, dicens: *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Iudicium hic Chri-
stus firmam sententiam nominat, qua sentis quasi certus de bonitate aut ini-
quitate proximi. Temerarium autem hic iudicium vult prohiberi de pro-
ximo, vbi clarissima non est certitudo peccati, vbi intentio potest excusa-
ri, & vbi bono id ipsum possit animo fieri. Nam huiusmodi manifesta pec-
cata, quae bono animo fieri non possunt, vbi ex certis in diuicijs cognoscuntur,
non illicitum est, ea iudicari peccata. Neque enim vult Christus vt dicam
nialum bonum, quomodo dicere non debeo bonum malum. Iudicium
igitur temerarium quo iudicas fratrem peccare mortaliter, seu de peccato
mortali, peccatum tibi adducit mortale. Si de veniali fratrem iudicas, ve-
nialiter quoque delinquis. Mensura enim qua mensus fueris, tibi remetitur.
Quapropter vt verbis vtat diui Augustini, si suspiciones (quae sunt vbi
quis dubitare de bonitate incipit proximi, nihil tamen iudicio concludit
aut definit) vitare non possumus, quia homines sumus: iudicia tamen hoc
est, definitiuas sententias continere debemus. Ad idem pertinet quod Chri-
stus hic dicit: *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Nam qui non
iudicat, non etiam condemnat. Optimum igitur consilium & remedium est,
in quibuscunque alienis rebus firmissimum tenere cum Deo pactum, nolle
scilicet iudicare, sed indiscussa omnia in incerto quae, vt sunt, relinquere,
& aequae ac si nihil vidisset, audisset, quo ad charitatem, erga eundem se
proximum habere. Secundum est, quod peccata tua seu iniurias, quas in
alterum, committis multas, quomodo dimitti vis tibi atque ignosci, pari
modo tu alijs quoque dimitte. Cur animi rancorem seruas? Cur temerari-
sum affligis? Redi in gratiam cum proximo tuo, quia nihil dulcius charita-
te. Non falleris, sed certam pro te sententiam tenes, vt si dimiseris proxi-
mo, dimittet tibi Deus quoque peccata tua. Non igitur absque causa posuit
in oratione, quam te docuit orare, atque remissionem peccatorum a se pete-
re, conditionem, quam si seruaueris haud dubie misericordiam impetra-
bis. Sic enim iuberis orare: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus de-
bita nostra.* Vides quam tibi conditionem apposuerit. Dimitte, inquit,
nobis, sicut dimittimus. Iam si proximo non dimittis, quid aliud oras,
quam contra te? Ac si dicas: *Dimitte mihi peccata, sicut ego peccata dimi-
ttas.* Vides quam fit tibi necessarium remittere peccata aliena? Habes praeter-
ea, de hoc parabolam de seruo nequam, cui grande a Domino debitum,
quia rogauit, sui misereri idem seruus, est dimissum. Hic vnum ex confes-
sionibus inueniens sibi debentem, quem coegit tribulatione vt solueret. Eam ob-
rem a Domino reuocatus, audiuit: *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quia
rogasti me: vnde & te misereri oportuit: anserui tui si, ut & ego tui miserus sum?* Et
iussit eum in carcerem detrudi, donec solueret omne debitum. Adde namque
Dominus Iesus dixit: *Sic faciet vobis Pater meus caelestis, si non vnusquisque ve-
strum remittit fratri suo ex cordibus vestris, hoc est, non simulatorie, sed vere &
in sinceritate dimittat.* Alio quoque loco dicit: *Benefacite his qui oderunt vos.*

Quod

Quod certe excelcius est aliquid & perfectius, quam dimittere offensam. Tertium est, quod tibi subueniri postulas, atque necessaria dari, quando eges. Pari modo tu quoque esto liberalis ac promptus in subueniendo alienis miseris. Da libenter & hilariter eleemosynam, ut omnia tibi sint munda. Abstonde eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te. Sicut enim aqua extinguit ignem, ita eleemosyna resistit peccatis. *Beatus igitur qui intelligit super egenum & pauperem.* Siquidem de nobilissimis exercitijs hoc vnum est, quamuis parum à diuitibus frequentatum. Eleemosynam hic voco omnem subuentionem, qua consulis succuris quæ egeno. Ad hanc cum Tobias senior suum fuisset exhortatus filium, tandem subiungit: *Praemium enim tibi bonum thesaurizas, scilicet, per eleemosynam, in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.* Verum ne dicant auari: Si dedero, me ipsum necessarijs priuabo & mendicum efficiam. Haudquaquam. Scriptum namque est: *Faxeratur Domino, qui miseretur pauperi.* Scitum est illud Salomonis quoque: *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate erunt.* Neque enim mentiri potest hic veritas: *Date & dabitur vobis. Beatius enim est dare, quam accipere.* quia illud est charitatis, hoc necessitatis. Et in prouerbij Salomonis: *Qui dat pauperi, inquit, non indigebit, qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Placeat igitur filioi charissimi, vobis consilium Danielis, quod regi dedit Nabuchodonosor, cui dum propter peccata videret imminere malum, dixit: *Placeat tibi consilium meum, & peccata tua eleemosynis redime, & misericordijs pauperum.* Hoc modo tibi quoque dico fili, quod Tobias suo dixit olim filio: *Ex tua substantia fac eleemosynam, & ne auertas faciem tuam ab illo paupere. Ita fiet, ut nec à te auertatur facies Domini.* Postremo, nonne Tobiae Cornelio quæ dixit Angelus, orationes eorundem & eleemosynas ascendisse in conspectum Dei? Tertium, quo nos ex hoc Euangelio instruiamur, tam prælati quam subditi est, ut prælati sint docti, subditi obedientes. Prælatos enim, qui alijs præfunt, alios quæ docere debent, vult esse doctos, illuminatos, ut videant & discernant, quæ subditis conueniant. Alioqui contingit, tam subditis quam doctoribus seu prælatis, ut in foueam cadant, circum exco ducente. Quum enim teste Gregorio, pastor per abrupta graditur, necesse est, ut ad præcipitium grex sequatur. Non autem de scientia quæ inflat, hic loquitur: sed de sapientia spiritali, qua hoc quod docetur, etiam à docente amatur. Quando namque in vita prælati quod docet, conspiciunt, tunc eius præcepta esse bona, tunc eius eruditio creditur salutaris, quia prior ipse, quæ docet, facit. Subditos verò vult esse obedientes & humiles, ut agnoscant se non esse super magistrum, sed sub magistro: tunc quæ demum perfectos, si fuerint quomodo eorum est, aut esse debet magister, puta sermone & opere præstantes. Quartum & vltimum, quo nos instruit Christus, est nimium curiosos non esse in explorandis & corrigendis alienis peccatis. Ante omnia enim in nostra delicta oculos nos esse oportet. Quæ si rectè iudicauerimus, nullius ad nostra momenti videbuntur peccata aliena. Nostra igitur peccata desleamus, & excusemus aliena. Non sine magna necessitate, deliberatione, nec sine animi sinceritate, proximorum delicta corripiamus, id quæ in spiritu lenitatis, memores sententiarum,

Eleemosynæ laus & efficacia quanta. Eccl. 19.
Psal. 40.
Tob. 4.
Prou. 19.
Prou. 11.
Act. 20.
Prou. 18.
Daniel. 4.
Tob. 4.
Tob. 11.
Act. 10.
Prælati quænam necessaria sit scientia. Gregor.
Agor. 1.
Curiositas nimia in explorandis alienis peccatis caueda.

QQQ tentiæ,

Iean. 7.

téria, quam Christus Iudæis adulteram lapidandam offerentibus dedit. Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Estote itaque filij misericordes in inuicem, sicut Pater vester celestis misericors est, cuius per misericordiam estis filij. Præstante hoc vobis Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA V. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistolaprima Petri tertio.



*M*ones vnanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedictes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, contereat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam. Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis? Sed & si quid patiemini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timeueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

Psalm. 31.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Roman. 8.

Galat. 5.

2. Cor. 11.

2. Cor. 10.

2. Cor. 8.

*M*ulta hic Petrus Apostolus vtiliter ad institutionem veri docet Christianismi. Admonet enim nos primum, vt simus vnanimes eodem spiritu & fide orantes: Vnanimitas autem omnibus pariter Christianis est necessaria. Vnus namque est spiritus Christi, qui regit, fouet, nutrit, atque diffunditur in omnes. Sicut enim varia ac multa membra in vnitatem corporis vno spiritu viuunt, reguntur ac seruantur: ita in vna fide & charitate membra omnia corporis mystici, spiritus Christi vnus connectit & viuificat. Qui enim Christi spiritum non habet hic non est eius, id est, non pertinet ad hanc fidelium vnitatem, qua sibi inuicem, & Deo per fidem & charitatem coherent. Sequitur: Estote compatientes vt tanquam vnus corporis membra alter alterius sentiat dolorem atque afflictionem, ne membrum in corpore sit stupidum ac mortuum: sed aliena perinde atque sua sentiat, cuiusmodi Paulus fuit membrum dicens. *Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror?* Fraternitatis amatores, subaudi, estote: vt non solum homines singulos, sed ipsam etiam congregationem in charitate vnitatem ametis, optantes ac satagentes, vt hæc vnio in Christo fidelium semper augetur, qua nemo, quæ sua sunt tantum, sed quæ multorum, quærat. Misericordes, quod ex fraternitatis amore vt emanet necessesse est, qua alter alterius inopiam suppleat, & donet alter alteri, si quid aduersum illum habuerit. Modesti, ne illis qui vestra ope egent, quibus ve subuenitis, suis duri aut inclementes: sed verecundia illorum consulentes, communiter cum illis familiarique charitate viuatis. Humiles quoque

Note, ne de pluribus aut potioribus à Deo bonis receptis superbiatis, ne de alijs sentiatis viliter. Non reddentes malum pro malo, quod beluarum est ferocium, nec maledictum pro maledicto referatis. Ab huiusmodi enim abstinere multiplex debet vos ratio vrgere. Primo, ne illi, cuius mores tu improbos detestaris, efficiaris similis. Secundo, ne contentionibus feruens, teipsum dehonestes. Tertio, ne aduersarium tuum ad audendum maiora in te prouoces. Quarto, ne repugnando malum tuum augeas, puta, vt qui in rebus aut fama damnatum fueris passus, malum reddendo aut maledictum, in anima quoque teipsum lædas. Quinto ne impatientia tua quenquam scandalizes. Intuentes enim te cum altero rixantem, vtrunque vt duos gallos compugnantes ociosi spectabunt, ridebunt vtrumque & contemnent. Sexto, ne grauiori vulnere quam ille tu teipsum lædas, amittens patientiæ virtutem, pacem pectoris, tranquillitatem cordis, lædens charitatem, multisque despiciabilem atque exosum te reddens. Septimo (quod potissimum est) vt caelesti tuo magistro Domino nostro Iesu Christo obedias, dicenti: *benefacite his qui oderunt vos*, eique te conformes: qui cum malediceretur, non maledicebat. Non igitur reddatis malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed ediuerso potius benedicatis maledicentibus vobis. Quia ad hoc vocati estis per fidem, vt benedictionem hæreditate possideatis æternam. Idque fiet, cum dicitur vobis: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*. Qui enim vitam diligit beatam & æternam, appetitque dies videre bonos, qui dabuntur nobis post hanc vitam. (In hac enim vita dies nostri, vt pote peregrinationis & exilij, boni esse non possunt) ille coerceat, linguam suam à malo, ne loquatur noxia, illicitave. Quod Apostolus quoque monet dicens: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat*. Et labia eius ne loquantur dolum, Non loquatur pacem cum proximo suo, cum sit malum in corde ipsius. Non sit dolum in lingua illius, vt aliud os proferat, aliud pectus tegat. Declinet autem à malo & faciat bonum. Hæc enim duo, duæ sunt partes iustitiæ. Inquirat pacem, quam cum omnibus, quantum in se est, maximè autem cum Deo possideat, & sequatur eam: tam per viam iustitiæ, quam per patientiæ viam eandem seruans. Quia oculi Domini sunt super iustos, qui per patientiam æquanimitè tolerant malos, non reddentes malum pro malo. Vultus autem Domini super facientes mala. Legimus S. David Semei maledictionem sustinuisse pessimam, dum fugeret à facie Absalon. Qui tamen noluit eius maledicentiam à suorum vlcisci quopiam, dicens: *Sinite eum maledicere*. Reddet enim mihi Dominus benedictionem pro maledictione hac, puta, non vltia, nec retaliata, sed patienter tolerata. Vnde in Psalmo quoque dicit: *Audiuit Dominus, & misertus est mei*. Ita enim contigit. Misertus Dominus David restituit eum in regnum suum, & maledicentiam iniqui in caput illius non vlciscente David restituit. Ergo quomodo Dominicæ misericordiæ respectus est, super iustos, ita vlcionis & iudicij diuini respectus est super iniquos, vt perdat de terra memoriã eorum. Non est ergo quod timeatis aut trepidetis vt pusillanimes, nec vnde inconstantes efficiamini in aduersitatibus. Quis enim vobis nocere poterit, si æmulatores virtutis atque imitatores boni fueritis? Calamitates quidem & persecutio-

QQQ: nes ha-

Roman. 12.
1. Pet. 3.
Malum pro
malo redde-
re ratio mul-
tiplex nos p-
hibet.

Math. 5.
1. Pet. 2.

Math. 5.
Psalm. 35.

Ephes. 4.
Psalm. 27.

Rom. 12.

1. Thes. 5.

1. Reg. 16.

Psalm. 9.

1. Sal. 17.

- nes habebitis ferre, sed quando hæ vobis nocebunt, cum diligentibus Deum omnia vobis cooperentur in bonum? Quisquis igitur sub persecutione deficit, non eum qui persecutionem intulit, sed se, qui persecutionem ferre, cum illi hæc nisi bonum operari non posset, recusauit, accuset. Itaque adeo vobis hi qui beneficientibus mala irrogant, non nocent, vt etiam si quid propter iustitiam patiamini, sitis beati, Saluatore teste, qui dicit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Sequitur: Timorem autem eorum quæ iniqui possunt inferre, tanquam vobis aduersa, ne timueritis, Saluatore quoque dehortante: Nolite timere eos qui corpus occidunt, &c. Nec conturbemini, pacem vestram amittentes propter aduersitates transitorias. Dominum autem Iesum Christum in cordibus vestris sanctificate, agnoscentes eius maiestatem: cui in sanctitate & innocentia cum laude & gratiarum actione seruiatis, quæcunque vobis patienda occurrunt, in eius gloriam referentes, scientesque quia ipse nouit pios de temptatione eripere, iniquos verò in diem iudicij referuare cruciandos.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ

quintæ post Dominicam S. Trinitatis, Luca V.

Certare videbatur cum turba Dominus Iesus, alterutrumque videtur se mutuo prouocare aut inuicem contendere, dum Christus à studio non cessat beneficiendi ac prædicandi, turbæ insurgunt, vrgent, importunæque insistant Christi audire sermonem. Non grauat hanc turbæ importunitate Dominus, nec fatigatur, sed placet illi insatiabilis hæc fames. Proponitur autem nobis hoc Euangelium post illud, in quo erga nos nuper misericordiam Christi didicimus, in quo instructi quoque quomodo hanc ad nos proximis miserando debeamus deriuare. Discamus hic turbæ deuotæ exemplo ardentem sicire & esurire verbum Dei. Itaque dicit Euangelista:

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth.

- Turbæ desiderium hic sermone impetuoso insinuat audiendi verbum Dei cum dicitur: Cum irruerent turbæ. Tanta fuit fames, tanta hominibus fuit esuriis verbi Dei, vt vbicumque Christus foret, turbæ sequerentur, ipsumque adeo vrgerent ad mare, vt nauim intrans inde hominibus in littore stantibus prædicaret. Immiserat namque Deus eis famem (vt Propheta dicebat) non panis & cibi, sed famem audiendi verbum Dei, Beati planè qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satiabuntur. Nemo tamen cibum hunc esurit, nisi qui illum gustauerit. Esuriet autem hæc iustitia, non hic satiatur, sed in futura vita. Quo enim hic plus reficitur, plus esurit homo. Ideo præ magno desiderio, audiendi Christum, turbæ comprimebant & impellebant, adeo vt locus Christo in terra deesset standi. Sed non mirum. Quis enim illum non cuperet audire, cuius verba sapientia plena, plena eloquentia, plena suauitate, plena eruditione, plena benignitate totum cor rapiebant audientis? Quis non videre desideraret eum, cuius plena erat

facies

facies gratiarum, quæ corda inuentium in gaudium inuitabat? Tristitia
 omnis abscellit, ubi Christi eos faciem contingebat cōtemplari. Tam pul-
 chrum itaque, tam sanctum, tam suauem, tam eloquentē, tam denique per-
 fectum omnium virtutum exemplar non libenter videre, sanæ non esset
 mentis. Propterea dicebant quidam ad capiendum Iesum à ludæis missi:
 Nunquam sic locutus est homo, vt ille loquitur. Fames hæc sancta est, fames ^{Ioan. 9.}
 hæc diuini verbi signum est sanitatis, quomodo cibi fastidium est signum
 infirmitatis. Sed dicis: Quid faciebat illi turbæ, vt ita curreret post Chri-
 stum? Ego te quoque interrogo, quid sit ferro, quod trahitur à magnetē?
 Si magnes potest trahere ferrum, quomodo non possit homo trahi à Deo?
 & quid mirum est hominem trahi à Deo, cum Christus neminem dicat ad ^{Ioan. 6.}
 se venire, nisi quem Pater traxerit? Sed quare, inquis, pharisæi non simili-
 ter irruerunt, vt verbo vtar Euangelico, in Iesum ad eius audiendum ser-
 monem? Dicendum, pharisæi sibi satis videbantur docti, nec se eruditione
 Christi existimabant egere. Siquidem se lumina esse putantes (cum essent
 tenebræ) ad lumen non venerunt, sed in tenebris manebant. Qui autem in ^{Ioan. 12.}
 tenebris ambulat, & tenebras amat, odit lucem. Certè multi ex turba in tene-
 bris fuerant, sed tenebras suas non amabant, ideo lucem requirebant, hoc
 noluerunt agere pharisæi. Tu autem vide hic quàm libenter hanc turbæ im-
 portunitatem Dominus pijsissimus patitur. Adeo nanque scitenter seruebat
 profectui animarum, vt cibum propterea quandoque sumere differret. Si-
 quidem discipulis aliquando cibum afferentibus atque dicentibus: Rabbi
 veni vt manduces. Ego, inquit, cibum habeo manducare, quem vos nesci-
 tis. Hoc dicebat propter aduentum turbæ ex ciuitate venientis, quam erat
 dociturus, vt alibi & in alio Euangelista legitur. Hic verò stabat secus sta- ^{Ioan. 6.}
 gnium Genezareth, quod alioqui mare vocatur Galilææ.

Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores au-
 tem descenderant, & lauabant retia.

Duas naues circūcisionem & præputium intelligimus. Ex vtroque enim
 populo Iudæorum & gentium, aliquos erat vocaturus, qui vtroque no- <sup>Naues duæ
quid figent
nyltice.</sup>
 uerac suos, in vnam Ecclesiam, in qua, tanquam in naui erat eos per huius
 maris turbines, ac tempestates ad littoris, hoc est, ad patriæ ducturus tran-
 quillitatem. Piscatores verò (qui iuxta literalem intellectum Petrus erat
 & Ioannes) descenderant & lauabant retia complicanda, quia nihil cæpe-
 rant, gratis quæ sese fatigauerant per noctem. Piscatores itaque sunt Docto-
 res sancti & Prophetæ, qui sine Christi gratia gratis laborauerunt, propter
 ea quod neminem, donec ipse veniret, saluum poterant facere. Retia horū,
 studiū est prædicationis, quod nonnunquā laxatur, nonnunquam lauatur &
 platur. Non enim omne tēpus prædicationi est idoneum, sed alio tempore
 lucrādis est animabus insistendum, alio item tēpore sui vacandū custodia.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, ro-
 gavit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de
 nauiculaturbas.

Non otiosum est, quod Petri nauiculā Dominus ingreditur. Eius nanq;
 nauis Ecclesiam, in qua transfretari, in qua dum procellosum hoc mare na-
 uiga-

Naui Petri
mysticè quid.

Contic. 6.
Ecclesiã sem-
per vnã dun-
taxat fuisse.

Lutherani
quã abstru-
de Ecclesiã
nomen sibi
vendicent.

Retia Apo-
stolica quæ
sunt.

uigamus, saluari nos oportet, significat. Vide autem quã rectè dicat: Intrauit in vnã nauim. Neque enim nisi vna duntaxat est Ecclesia, quæ à Spiritu sancto sanctificatur, mouetur, viuificatur & regitur. De qua in Cantico scriptum est: *Vna est columba mea, perfecta mea. Vna est mater sua, electa genitrix sua.* Hæc Ecclesiæ (tameñ multi eam hæretici diuidere voluerint) vnitas à Christo vsque ad nos deriuata est: nempe per Petri nauiculam significata, & à Petro, eiusquæ successoribus gubernata. Vnde mirum est, cum semper à tempore Christi interim non nisi vna permanferit Ecclesia, quæ nũquam etiam non fuit, quomodo Neochristiani, seu Lutherani, qui intra annos triginta cœperunt, possint se Ecclesiam dicere, quæ tamen etiam apud illos vna non est, sed dissecta. Nunquid ante triginta annos Ecclesia non fuit? Nonne hæc eadem per vniuersum orbem terrarum diffusa eadem semper fuit? In hanc itaque Christum intrauit, in hæc Christi spiritus docet. Habent hæretici quoque naues suas scissas tamen ac diruptas, in quibus nõ Christi, sed satanæ spiritus prædicat ac regit. Si itaque Christum audire vis prædicantem, ad nauem accedas Petri oportet. Ex ea enim tibi Christus loquitur. Non prætereundum autem est, quod Dominus rogauerit Petrum nauem reducere à terra pusillũ. Qui imperare debuit, rogat. Vide Christi benignitatem, humilitatem, mansuetudinemquæ. Creator creaturam, Dominus seruum, magister discipulũ, Deus hominẽ, pro tantillo obsequio obsecrat.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

Sermonem suum miraculo confirmare voluit. Petroquæ pro labore & charitate, qua illi nauiculam accommodauerat, atque à terra paululum abduxerat, dare mercedem. Ideo illi dixit: Duc in altum, hoc est, longè à terra in profundum duc nauem. Et ad reliquos simul: Laxate, inquit retia vestra in capturam. Significare volens Petro & eius successoribus singulariter nauis directionem, hoc est, Ecclesiæ regimen, seu gubernationem esse commissam, reliquis verd, tanquam inferioribus retium laxationem, hoc est, prædicationem. Retia enim tendicula sunt prædicationum, quibus capiuntur animæ. Hæ enim ex libris Moysi, ex Prophetis, ex Psalmis, ex Euangelij, ex Canonicisque scripturis, vt retia, connectuntur, quibus animæ capte ad litus pererantur. Dicit itaque Petro Dominus: Duc nauem, id est, Ecclesiam in altum, hoc est, in sublime disputationum, ad inuestiganda, extrahendaquæ profunda Scripturarum. Dubia enim & ambigua interpretandi, atque soluendi in scripturis soli Petro, atque eius successoribus tradit Christus autoritatem. Sunt qui nauim, id est, Ecclesiam duci intelligunt in altum secularis dignitatis, quando prædicatione Sanctorum, Imperatores, Reges, Principes, Doctores atque mundi lumina ad Christum conuertuntur.

Et respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cœpimus. In verbo autem tuo laxabo rete.

Præceptorem Christum Petrus agnoscit, non solũ voce, sed etiã opere. Ad eius enim vocem mox obedit, qui ante ex propria voluntate & consilio suo

fuo dum tentaret, nihil capere potuit. Ostendit itaque Simon verè Simonem, id est, obedientem esse, atque sua obedientia, quàm dignus erat futurus Christi discipulus, præmonstrat. Calefactus nanque ex prædicatione Iesu, propter eius verbum laxare vult retia. Quamuis enim expertus iam esset hoc in loco, & tempore hoc, non esse pisces qui capi possent, magis tamen Christi voluit inhaerere verbo, quàm suo consilio: imo credidit plus verbo Christi, quàm suæ experientia: sperans tamen paulo ante nihil capiendum reperisset, propter verbum tamen Iesu sine piscibus laxaturus rem non rediret. Sed hoc, quo ad literam. Mystice verò si eius accipiuntur verba, verissimum est per totam noctem Moisaicæ legis nullum piscem capere. Nemo enim opus fecit, quo aperire, aut sibi, aut alijs poruit regnum caelorum. Est tamen nihilominus quoque alius sensus spiritualis. In nocte enim laborat, quisquis bonum extra gratiam Dei in tenebris peccatorum mortalium operatur. Huiusmodi enim operibus nullis redditur præmium æternæ beatitudinis. Nox enim peccati mortalis est sterilis.

In nocte quis laborei.

Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuerent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur.

Math. 13.

Vides quàm fructuosa fuerit humilitas, quàm frugifera obediencia Petri, quæ meritorum multitudine ditatur, vbi voluntas propria inaniter laborauerat? Salutaris sic necesse est hæc prædicatione, locuplesq; animarum captura, quæ in verbo Iesu pro ipsius obedientia ad gloriam Dei, non ad suam quæstam pertinetur. Vide hic statum præsentis Ecclesie. Boni malique pisces capiuntur, quibus ad littus (vt Euangelica habet parabola) tractis, boni elegantur, mali rejiciuntur foras. Hæc discretio in fine mundi fiet. Iam enim mixti sumus cum malis boni, maliq; cum bonis. Sed littus indicat, rete quid militatis Ecclesie trahebat. Propterea hic refertur, quòd rete rumpebatur. Abundantia enim malorum per schismata, & hæreses rete scindit, pacemq; & prædicationis rumpit vnitatem. Per aliam nauim, in qua erant, qui aduocabantur socij, Ambrosius Iudæam intelligit, ex qua erant Iacobus & Ioannes. Ex hac itaq; naui altera, scilicet Iudæa, quotquot fuerunt conuersi, simul adunati sunt gentibus conuersis, & pisces à Petro captos ad littus perducere inuerunt. Idem enim Apostolis studium prædicationis piscationisq; animarum siue ex Gentibus, siue ex Iudæa conuertendarum fuit, vnaq; cura cunctos per fidem Christo adducere. Tanta autem fuit conuersorum multitudo ex utroq; populo circumcissionis, scilicet & præputij, quasi duabus nauibus adunata, vt penè submergerentur. Periclitabatur itaque nauicula minabaturq; submerfionem, sed euadebat. Nunquam enim deserit Deus Ecclesiam suam, sed ad finem usque regit atque perducit.

Rete Ecclesie quando rumpitur.

Ambros.

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in

QQQ + captu-

captura piscium, quam cœperant. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis,

Ioan. 1.

Ex euidētia miraculi didicit Petrus magnæ esse sanctitatis & autoritatis Christum. Quare se illius præsentia indignum agnoscebat. Aliquid enim sublimius, quàm ante, de eodem nunc sentiebat. Nihilominus tamen ante miraculum hoc Dominum esse Christum credebat. Quod liquet ex Ioannis Euangelio, vbi narratur frater eius Andreas illi dixisse: Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus: & duxit illum ad Iesum. Viso tamen hoc miraculo, & fides & deuotio in eo creuit. Quo autem Christi excellentiam magis agnouit Simon, eò etiam magis in illo sui creuit cognitio, eo què illi sua vilitas è regione collocata magis manifestabatur. Vnde quod Christum à se recedere rogauit, non in deuotionis, sed profundissimæ fuit humilitatis.

Matth. 8.

Nam spiritualem Christi præsentiam, gratiæ què illius adiutorium maxime desiderauit: sed illa se indignum iudicans, Dominum rogauit. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Hoc modo Centurio quoque excellentiam Christi, suamquè è regione, tum infirmitatem, tum vilitatem attendens Domine, inquit, non sum dignus vt intres sub tectum meum. Singularis itaque reuerentiæ, deuotionis ac humilitatis erga Christum fuisse cognoscitur Petrus, qui ad genua ante illum prociuit: quod tamen aliorum nemo fecit hic legitur, licet omnes stupor de miraculi magnitudine circundaret. Quo etiam satis manifestum est, quàm nihil sibi, quàm nihil suis meritis, sed Christi totum hoc, quod factum erat, pietati adscripsit.

Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens.

Cordi Iesu
quidam maxi-
mè familia-
re.

Psalm. 50.

Qui ex captura piscium exterritus es & paues, noli timere, noli esse pusillanimis, quia non solum te non deseram, sed faciam etiam te verum, egregiumque piscatorem, non pisces, sed animas capientem. Est enim pusillimo cordi Iesu familiare, vt cor contritum, humiliatumque non despiciat, sed consoletur & confortet. Ideo prædicit Petro, ipsum consolando, ad sublimiorem paulo post, hoc est, ad Apostolatam eum assumendum, & Ecclesiæ prædicatorem futurum. Hoc enim dicere voluit, dicens illum animas capturum, & prædicationis sagena piscaturum homines iuxta illud Hieronimi: *Ecce ego mitam piscatores multos, & piscabuntur eos.* Fuit itaque Petro promissum, quod postea impletum est, vt esset piscator hominum, nō nummorum, vt hodie quidam sunt prælati, Nam diuitias si ipsius nosse volueris, audi in Actis illum loquentem: *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.*

Hier. 16.

Astor. 1.

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Vocatio Pe-
tri quorun-
damque alio-
rum triplex.
Ioan. 1.

Trinam legimus vocationem Petri, & quorundam aliorum Apostolorum. Prima fuit ad solam notitiam Christi. Nam vt refert Euangelista Ioannes, Andreas qui primo notitiam acceperat Iesu, adduxit quoque Petrum fratrem suum ad Christum, dicens illi: Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus. Sed vterque redijt ad propria. Secunda fuit ad familiaritatem.

tatem, quod factū hoc miraculo contigit. Relictis enim omnibus sequuti sunt Saluatorem. Redierunt tamen post vnum, aut alterum diem ad propria. Tertia fuit ad Apostolatū, quam scribit Mathæus, quæ alia quadam die post hoc miraculum facta est. Et tunc ad propria non rediēs, cum Christo mansit. Simile ferè aliud huic miraculo post Christi resurrectionē scribit Ioannes, vbi Simonem Petrum, cum quibusdam alijs Apostolis abiisse refert piscatum, qui nocte illa nihil prendiderunt. Manè autem Iesu in litore stante, & vt in dexteram nauigij rete mitterent horrante ilico ceperunt centum quinquaginta tres magnos pisces. Sed cum tanti (inquit) essent pisces, non tamen est scissum rete, nec periclitati sunt. Porro hic rumpebatur rete, atque pene submersi sunt. Itaque significatur in presenti miraculo, per piscium captionem Ecclesia militans, in qua mali bonis miscentur, in qua varia etiamnum occurrūt pericula, doctrinarumq; oriuntur sectiones, scilicet hæreses & schismata, quod est rete prædicationis rumpi. At verò in secunda, vltimaq; piscium captione, quæ post resurrectionem contigit Christi, nihil periculi narratur, imo palam dicitur: Cum tanti essent pisces non tamen scissum esse rete. Quo certè significatur Ecclesia triumphans cui prorsus abest omnis scissura, omneque periculum.

Nunc igitur filij in nauī Petri (in qua Christus docet) constituti, in sancta orthodoxa Ecclesia vos esse intelligite. Hæc enim illa vna est nauis, in qua Christus intravit, in qua quotidie adhuc docet & prædicat, quam Petro ducendam, gubernandamq; atque eius successoribus commisit. Nempe vna ac eadem, quæ ab Apostolis vsque in nos est deriuata, nō alia, cuiusmodi multæ fuerunt hæreticorum, quæ interierunt, & vltimo ante paucos annos vnam sibi hæretici nostri fecerunt, quam tamen mox in multas sectas sibi ipsi repugnantēs diuiserunt atque contrarias. Hos filij deuitate, harum sectarum prædicatores fugite, in nauī sancti Petri, imo Christi, Christum docentem audite, vt per rete Euangelicæ prædicationis ad litus, & per obedientiam quam præstare vestris debetis prælati trahi mereamini, & à Domino nostro Iesu Christo inter electos pisces ad coronam asseruari, eodem largiente Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Decem, quæ in hodierno nos Euangelio adificant, doceri,

Quam irruerent turba in Iesum, vt audirent illum. Lucæ V. Laudabilem turbae appetitum, laudabilem esuriem, sitimq; ad audiendos Domini sermones, ad eruditionem sanctam ab eodem accipiendam hodierno in Euangelio audiuius, quæ delectata Christi verbis, Christi moribus, Christi signis & miraculis, eius denique cunctis operibus, non poterat ab eodem separari. Est autem hoc ignauia nostræ vehemens reprehensio, qui ad verba Christi fastidiosi, tepidi, frigidi, & negligentes sumus. Quocirca vt excitetur in nobis deuotio, dicam quàm multa in hoc sint Euangelio, quæ excitant, & adificant, erudiuntq; nos ad bonum. Primum in hoc Euangelio, quod nos instruit, est turbae appetitus insatiabiliter desiderantis verbum Dei. Sequebatur enim Dominum quocunque ibat, siue in ciuitates, siue in quanta.

RRR
deserta

Lucæ 9.

Math. 4.
Marc. ..

Ioan. 22.

Rete Eccle-
siae quando
dicitur roma-
pi.

Psal. 4.

Esaie 5.

Proles vi
instituenti
sint.Matth. 6.
Lucæ 12.In Iesum
quomodo sit
salubriter in-
ruendum.Ioan. 8.
Benignitas
redemptoris
nostri quan-
ta.Prelati quan-
to zelo lucrâ-
dis anima-
bus debeant
insistere.Humilitatis
Christi exem-
plum.

deserta, siue ad mare, & eius sermone refici cupiebat. Et nobis nihil vtilius sanè, nihilq; honestius contingere potest, quam vt ardenti seruire quæramus, sequamurq; Christum, & illi adhæreamus, seruiamusq;e. Filij, quicquid aliud quærimus, temporale est, periculatum, fallax, & nihil, quod esse quidem apparet, sed nihil est nisi vanitas, & imago alicuius boni. Propterea Psalmista clamans, dicit: *Filij hominum, vsquequo graui estis corde*, puta ad sequendum Dominum? *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciam?* Quæritis magis esse in oculis hominum. Vultis quoque filios vestros fore magis in mundo. Ad hoc enim nitimini & laboratis, vt quanto in precio habet mundus, habeat eos quoque. Verùm equidem vobis dico: Quomodo vos estis decepti, sic filios vestros quoque decipietis. Nunquid enim tunc felices atque beatos fecistis filios vestros, dum opes, honores, & reliqua, que in mundo preminere homines faciunt, illis procuratis, & retribus diaboli, quibus ad inferna trahantur, eos inuoluitis? Hoc eos docete, vt Deum timeant, Deum diligant, ad audiendum Dei verbum sitientes accurrant, Dei custodiant mandata, vt pauperum misereantur, vt egenis, indigentibusque omnibus libenter subueniant, tunc eos optimè distastis, & ad honores caelestis promouistis. Docete illos, & vestris operibus ostendite eis, vt thesaurizant sibi thesauros iustitiæ, atque virtutum, quos fures non tollant, nectineq; demoliantur, nec ærugo consumat. Hæc facientes, cum filijs vestris salui eritis. Itaque hoc est irruere in Iesum, ipsum scire, ipsum amare, ipsius sequi vestigia, ipsum desiderare, ac rogare, vt habeas propitium, eius optare gratiam, illi inhærere, & ab eo non diuidi. In summa dicam: *Qui ex Deo est, libenter Deo verbum audit* Si libenter audit, quærit hoc, & irruit ad audiendum. Quod si non libenter auditis, signum est, quia ex Deo non estis. Secundum, quod hic ædificat, ac instruit, est benignitas redemptoris, quod turbam videns importunam, ac verborum eius situbundam, adeo vt irrueret in eum, non est grauatus. Studebant enim propius semper accedere, quo melius perciperent, quod auide audiebant. Interea tamen quum impelleret Dominum retrocedere, vsque ad stagnum, seu mare, non ipse inique tulit hominum importunitatem, nec labore ac tædio fatigabatur, sed in nauiculam ascendens, abductus paululum à terra, docebat turbas. Non igitur pijssimus Iesus molestia, non tædio, non assiduitate vincitur prædicandi, sed deuotioni acquiescens turbæ, prædicationem terra marisq; continuat. Inuitat hoc suo exemplo omnes prælatos & docet, quanto oporteat seruire & indifferenter populis prædicare, quanto zelo lucrandis animabus insistere, & citra animarum lucra quam nullo, aut tædio, aut fatigatione vinci. Non igitur se ipsos debent quærere, nec sibi, vel licitis occupationibus ad priuatum commodum vacare, aut semper ocio contemplationis insistere, sed ea curare, quæ sunt subditorum, animabus sibi creditis inuigilare, sermonis pabulum illis adferre, exemplo bonæ actionis non minus quam verbo plebè roborare. Tertium, quod hic ædificat, est Christi humilitas rogantis Petrum, vt à terra abduceret paululum nauem. Non imperat, non iubet, sed rogat creator & mundi redemptor. Quare autem hoc facit, nisi quia nos cum superbi sumus, magis volumus rogari, quam rogare? Nam etiã alieno si cogimur obsequio vt, si subsidium nobis necessarium fuerit proximorū, vix te-

me vel ipsa necessitas cogit nos, vt humiliati pro obsequio rogemus. Nolumus enim aut indigentiam nostram agnoscere, nolumus, quam inopes, aut indocti, aut impotentes simus, agnosci, nolumus nos humiliare. Erubescimus nos inferiores cognoscere his quos rogamus. Nolumus tandem nos debitorum gratitudinis atque reddendae charitatis constituere, nec pro acceptis beneficijs obligatos nos agnoscere. Christus tamen cum esset Deus, & Dei Filius, cum esset omnipotens & summus, cui Angeli denique gaudent seruire & obtemperare, a piscatore paupere obsequium rogare non erubuit. Quartum, quod hic nos instruit, est obedientia Petri. In multis enim hic reperitur Petrus obediens, & Christo deuotus. Nam primo accommodauit Domino (quod deuotionis & charitatis fuit) nauem. Deinde ad petitionem Domini reduxit à terra paululum nauem. Tertio, rete ad verbum Domini laxauit, atque ad piscandum se parauit. In qua obedientia concurrunt multa, quibus ipsa commendatur, atque se ipsa clarior, ac perfectior efficitur. Est namque difficilis, est prompta, est simplex, est que fidelis.

Difficultatem multa faciunt obediendi. Primum est operis infructuositas. Hoc modo probata fuit sanctae Eufraziae obedientia, qua iussa grandia saxa portare de loco vno ad alium, atque inde in priorem locum reportare, nihil tamen murmurauit propter operis inutilitatem, sed studiosissime impleuit. Hoc modo B. hic Petrus potuisset obedientiam recusasse, & obediisse infructuositatem. Nemo enim libenter gratis, & vbi nullus respondebit fructus, operatur, quia non habet quo consoletur laborem, proinde, & qui arat in spe, scilicet messis, debet arare. Petrus vero per experientiam dixerat non adesse pisces, infructuosumque noctis laborem exantlauerat, quare detrectare potuisset laborem, ne & illum gratis perderet. Verum infructuosum non credidit Christo obedire. Nam etsi nulli pisces caperentur, sciebat tamen obediendi studium absque merito, praemioque non esse. Secundum quod facit difficultatem est, dum fatigato iam laboribus denuo imponitur opus. Post laborem enim nemo non optat quietem. At Petrus nunquam adeo potuit fatigari, vt pro Christo illum vel iterandi laboris pigeret: tanti enim iam faciebat Christum, vt illius obedire voci nullum estimaret esse laborem. Tanto ad Christum feruebat amore, vt non timeret (si ita Christus sineret) pro Christo etiam gratis laborare. Si enim is qui diligit hominem, laborem non sentit (quamuis laborans) quem ob illius gratiam fert, quomodo qui pro Deo laborat, grauabitur? Semper enim per amorem respicit in illius beneplacitum, cuius gratia laborat, cupit illi placere, eius optat gratiam & fauorem, eiusque honorem zelatur. Amor itaque non sustinet pigrum & acediosum, qui sua commoda quaerit, & requiem, non ea quae sunt Christi. Tertium, quod obediendi generat difficultatem, est proprium consilium & superbia, cui nihil nisi propria placent. Contra consilium autem proprium quempiam aliquid efficere, difficultas est magna. Non enim tunc creditur praelato, sed sapientior esse sibi videtur is, qui huiusmodi est, & qui debet obedire, quam qui praecipere. Difficultas haec quoque Petrum non impediuit. Siquidem consilio & prudentiae humanae, licet esset contrarium id, quod Dominus iubebat, puta vbi per noctem totam piscando gratis laborauerant, nihilque ceperant, mox redire ad eundem

Obedientia
deuotioque
Petri erga
Christum
quanta.

Obediendi
difficultatem
quae faciant.

Eccle. 6.

Philipp. 2.

Consilium
proptij cere-
brj quanta
mala homini
inferat.

RRR 2 locum

locum, & denuo velle piscari. Veruntamen hanc suam prudentiam, suumque consilium contempnit Petrus, magis credens, maiorem quae fiduciam habens in verbis Christi, quam suo ingenio, labore & experientia. Vicit itaque Petrus omnem obediendi difficultatem. Vnde sequitur eius fuisse obedientiam (quod secundo loco posueram) promptam. Nam nihil moratus, mox Dominici verbis paruit. Quod enim dixi: Praeceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, non id dixit propterea, quod grauate obediret, sed ut indicaret, quam obediret confidenter, ac si diceret: Licet expertus sum nunc laborem piscandi infructuosum, veruntamen quia tu iubes, iam mihi non erit otiosum piscandi onus, nec infructuosa, nec vacua ad me redibunt retia. Hic apparet quoque quam simplex fuerit Petri obedientia & fidelis, credentis minus propriae experientiae, quam Christi verbis, credentes pisces, qui dum suo consilio, suaque industria piscaretur, non aderant, mox propter verbum Domini ad futuros. Quintum, quod in hodierno instruit euangelio, est, quod Dominus voluit nauem à terra reducere pusillum. Quo virtus discretionis innuitur, quam praelati discere debent in animabus regendis, ut non nimis maxime in principio urgeant ad ambulandum oves, sed exemplo Iacob paulatim sinant eas progredi. Paulatim enim longius eas à terrenis abstrahent, estque prudentiae ac discretionis, ne nimis in initio, aut impetu oves laedantur, ac impediantur magis, quam promoueantur. Debet enim praelatus non in extremis versari, nec ad illa progere, sed regia debet ambulare via, hoc est, in medio virtutum, ne quid minus, & ne quid nimis. Non erit impetuofus, sed prudens, ad dissimulanda, ad expectandamque tem potis opportunitatem, vigil quo possit temporatissime animorum mederi languoribus. Paulatim enim instituendi, sed nouiter instituti spiritu crescunt, crescunt fide, crescunt alijs quoque virtutibus, desinente interea in illis priuato amore, ac propria voluntate, qua paulatim, tandemque sentiant, quod non sentiebant, credant, quod non credebant, rogent, quod rogati facere recusabant. Quod enim à terra redacti iubet nauem non procul, sed pusillum, docet saluandam statum communem fidelium, cui permittitur, ut hoc mundo videntur tanquam non videntes, ut gaudeant, tanquam non gaudentes: & cum omnia habeant, nihil tamen sint animo possidentes, hoc est, nihil terrenum sic diligant, quo cordis possessionem, aut animi tententur inhaesionem. Sextum, est fides Petri. Credidit enim se pro obedientia (quae mundi sapientibus stulta videri poterat) non deridendum, quem fides roborabat adeo, ut crederet fieri non posse, quo haec Christi iussio foret inanis, aut absque fructu. Ideo dixit: In verbo tuo laxabo rete. Septimum, quod edificat, est charitas & assiduum tantum sunt vocati, accesserunt, ut Petro subuenirent, parati. Placet Deo vehementer charitas, quae est in proximum. Quam obrem opera misericordiae ac charitatis, tanquam ea, quae sunt gratissima Deo, alijs operibus, quae respectum proprii habent commodi, essent, vbiunque id fieri possit, merito praeferrenda. Octauum, est Petri humilitas, ac reuerentia erga Christum. Trepidabat enim propter suam indignitatem, quam in oculis suis habebat Petrus, Christi verò maiestatem & potentiam expauit. Ideo ad genua

Discretio in
regendis ani-
mabus neces-
saria qua sit.
Genij.

1. Cor. 7.

Fides Petri
cuiusmodi.

Charitas fra-
terna quanta
bona efficiat.

Humili as ac
reuerentia
Petri erga
Christum.

ante Dominum prociat, rogans, vt à se exiret, & à se peccatore (cuius praesentia foret indigna & contumeliosa Deo) recederet, quasi diceret & rogaret, ne se tantum humiliaret Christus & vilificaret, vt cum homine peccatore familiariter conuersaretur. Docet autem in hoc nos reuerentiam habere semper magnam ad praelatos nostros. Nisi enim sublimiter senseris de praelato tuo ac bene, non potest tua esse obedientia simplex atque perfecta. Num, quod instruit, est quod Christus Petrum pusillanimitatem confortat, ac erigit humilem. Nam consolatur eum, dicens: Noli timere. Nec solum consolatur, sed maiora etiam illi promittit beneficia. Erudit autem Christus praelatum, quam esse debeat consolatorius cum omnibus, tamen praecipue humilibus & pusillanimitate deiectis. Nocet enim non parum, imo vehementer impedit seruum Dei pusillanimitas, nisi fuerit homo maxime acquiescens, & non pertinacis ingenij, voluntatis aut consilij, qui possit ac velit consulere praelatum, seu Patrem animae suae in omnibus, illumque audire, illi credere & obtemperare. Debet igitur praelatus, praecipue eos qui timent, & qui trepidant, consolari ac confortare, ne spiritu deficiant. Decimum est, quod nos hic aedificat, propter quod etiam haec omnia fiunt, quia relictis omnibus secuti sunt Saluatorem. Itaque iam de piscibus captis nihil cogitabant, quia ceperat eos Saluator, quos tanto post se, tamque feruido tractu abducebat amoris, vt corpore quoque illum sequeretur. Itaque filij, haec est piscatio Christi, capere & abducere post se animas: & hoc modo piscatus est piscatorem Petrum. Sunt autem post Christum alij quoque piscatores, quorum principem constituit pro se Petrum, eiusdemque vicarios, praelatos Ecclesiarum ad homines attrahendos Christo. Sed conqueruntur horum quoque multi, & dicunt: Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Quod tamen aliquando ex culpa accidit piscatorum, aliquando ex vitio piscium, quod piscator nihil capiat. Primo, id esse potest ex defectu temporis, puta si in tempore non debito piscatio fiat, quo scilicet pisces, aut ad ima abscondunt, aut vt delitescant, suis latibus se continent. Hoc modo praedicator gratis laborat, quando non sunt inter auditores aliqui praedestinati ad vitam. Gratis, inquam, laborat, quia piscem nullum capit. Non tamen omnino gratis, quia erit merces operi eius. Siue tamen ceperit pisces, siue nullos ceperit, sciat animarum piscator nihil ibi esse futurum, nisi vt sanam praedicet doctrinam, & quos docuerit verbo, exemplo non destruat. Nam vt aliquem capiat feliciter piscem, vt impium aliquem ad Deum conuertat, non hominis, sed Dei opus est, licet hominis ministerio peragendum. Sunt etiam qui praedicant in nocte ignorantiae nulla eruditione suffulti. Sit itaque praedicator studiosus obseruator temporis, vt tunc maxime praedicet, quando plebs magis parata idoneaque fuerit ad recipiendum. Sciat quoque quibus retribus omni tempore debeat vti. Interdum enim facili persuasione, interdum terroribus, interdum blanditijs conuertuntur auditores: & super hoc vigilandum est inter remedia, quod magis sit efficax. Secundo, contingit ex defectu loci, fortasse quod illo in loco nemo est, qui praedestinat us sit ad vitam, ideo nemo conuertitur. Si enim in loco piscatur, non satis profundo, vbi locus est arenosus, & parum aq; ibi nihil piscium capitur: & vbi profunda hominis Dei gratia non penetrat, inanis

RRR 3. est om-

Acuerentia
au praelatos
habenda.

Praelatus quā
debeat esse
confessorius
suis sub-
ditis.

Praedicationē
sepe sine fru-
ctu fieri pro-
pter diuersas
causas.

Hier. 31.

Retibus ruptis quis my-
stice pisco-
tur.
Piscium ge-
nera quatuor
cur mystice
capi non pos-
sint.

Ecclesi.

1. Tim. 3.

Ioan. 3.

Psalm. 140.
Retia diaboli
quæ sint.

1. Pet. 4.

Psalm. 90.
Quomodo
diaboli retia
eiusdare va-
leamus.

est omnis prædicatio. Tertio, piscari contingit ociose ex retium seu instru-
mentorum defectu. Retia enim si rupta fuerint, pisces elabuntur. Retibus
& aliud operantur. Quarto, contingit piscationem esse ociosam propter pis-
ces, qui non possunt capi. Aut enim sunt pisces, nimis magni, aut nimis par-
ui, aut nimis astuti, aut nimis lubrici. Hoc modo homines in potestibus,
diuitijsque constituti, vix conuertuntur, quia nimis sunt magni, & difficul-
tas est magna illis annunciare veritatem. Ideo enim quia ab omnibus ti-
mentur, quia multum nocere possunt, raro eis veritas dicitur: nam etsi quis
dixerit illis veritatem, hanc non recipiunt.

Alij pisces sunt nimis parui, hoc est, pusillanimes, & hi capi difficulter
possunt, quia omnia etiam tuta timent. Vnde scriptum est: *Qui obseruat ven-
tum, non seminat.* & qui pusillanimis est nimium, non agit opera bona. Nul-
quam enim vult lædi, nusquam audet laborare, tuta timent, & suspecta habet
omnia. Tertij sunt pisces nimis astuti, qui quærunt vbi que elabi. Homines
itaque dolosi & nimium astuti, raro per prædicationem capiuntur. Habent
enim glossas suas, quibus sese excusant, & Ecclesie præcepta eludunt. Quartj
pisces sunt nimis lubrici, vt anguilla, quos quanto firmiter fortius, tanto
citius elabuntur: hoc modo homines seiplos amantes, & carnis desiderij
seruientes, malè euadunt rete prædicationis. Tot enim peccatis seruunt,
quot in se peccandi concupiscentias sentiunt. Nam qui multis varijsque de-
siderijs suis satagunt satisfacere, semper vt occasionem habent delinquendi,
ita & excusandi, atque correptionem elabendi. Eam ob rem prædicationem
declinant Euangelicam, fugiunt correptiones, noluntque venire ad lucem,
ne arguantur opera eorum.

Quomodo itaque Christus per suos piscatur, & retibus prædicationum
verbi Dei capere quærat animas: sic diabolus quoque sua retia extendit, quibus
incautos capiat, & abducit. Et quid dicemus? Nonne maior pars ho-
minum in mundo eius retibus capitur? sicut scriptum est: *Cadent in retia diaboli
eius peccatores.* Quæ sunt, inquis, retia diaboli? Omnia illa quæcunque non
sunt Dei, quæ mundi sunt, quæ temporalia sunt, quæ transitoria & corpora-
lia sunt, quæ ab hominibus hic amantur, quæ carnem delectant, retia
sunt quibus diabolus animas piscatur, & quæ homini dum insidiatur, in
abscondito tendit. Nihil potest facere homo, in quo illi rete diabolus non
oppandat, quo opus destruat bonum, impediat ve, vt hominem euertat. Vi-
gila igitur tu, quia & vigilanti & dormienti tibi retia tendit, siue comedat,
siue bibas, non dormitat pestifer ille piscator, sed insidiatur semper quæ-
rens quem capiat. Habet generatim retia, quæ cunctis mortalibus nouit
illiciendis idonea, nouit quo fallat modo. Habet & retia cuius homini sin-
gularia, quibus imponat incautis, iuxta cuiuscunque naturales condiciones,
consuetudines, exercitia, occupationes, & statum congruentia. Propterea fi-
lij, vigilate in orationibus, & estote prudentes, ac circumspecti, nihil vo-
bis ipsi confidentes, sed fiducia vestra sit in Deo. Habitare in adiutorio alti-
ssimi, & in protectione Dei cali commoremur. Antequam faciatis quic-
quam, antequam in rem aliquam incertam, aut periculofam consentia-
tis, primo per orationem ad Deum confugite, Deum pro illuminatione
vestri,

vestri, pro directione, pro custodia à peccato, & pro liberatione à periculo invocare. In hoc mundo quoque non astuti, ac dolosi, sed puri, simplices, ac innocentes vivere satagite, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA VI. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistola B. Pauli Apostoli ad Rom. VI.

Vicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes, quia Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, in Christo Iesu Domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Hortatur Apostolus nos Paulus ne post baptismum à peccatis abluti, atque in nouitatem vitæ regenerati, pristinis vitijs ac peccatis iterum inuoluamur, dicens: Quicunque baptizati sumus in nomine Iesu, in morte Christi baptizati sumus. Ibi enim peccatis nostris parata medicina, qua sanaremur, applicata est. Ibi peccatorum nostrorum, puta ex virtute mortis Christi, recepimus expiationem. Quemadmodum igitur Christus ^{1. Petri 2.} pro nobis mortuus est, & nihilominus tamen uiuit, ita nos quoque mortui esse debemus peccato, uiuere autem Christo. Haudquaquam autem mortui essemus peccato, adhuc in illo perseverantes. Consepulti denique sumus cum Christo per baptismum in mortem, dum quemadmodum mortuus ipse tribus diebus in sepulchro iacuit, ita nos tribus vicibus baptismo immergimur, ut ibi sepeliantur tanquam in sepulchro peccata nostra, lateantque in mortem. Vnde quomodo Christus resurrexit à morte per gloriam Patris, ita & nos spiritu resurgentes, deinceps in nouitate vitæ, non in operibus mortuis ambulemus. Quomodo enim Christus primum mortuus est & sepultus, deinde resurrexit, ita nobis quoque primum in morte Christi, quæ auferit peccata mundi, necesse fuit peccatis mori & cessare à delictis, cum Christo resurrecturis in nouitatem vitæ, qua deinceps non dormiamus iterum in morte peccatorum nostrorum, sed viuamus Christo in nouitate vitæ ambulantes, & de bono ad meliora semper proficientes. Præ-

Ioan. 15.

terea, quomodo Christus ad vitam resurrexit immortalem, ita ad vitam nos gratia resurgamus peccato posthac nunquam intermorum. Si enim, hoc est, quia enim de ritu veteri vitiorum tanquam de terra mala arbores euulsa in Christi morte sumus complantati in terram bonam, id est, in vitam gratia, ut fructum qui maneat, adferamus: & hoc ad Christi mortis similitudinem, qui dum arbor est vite, propter nos tamen corpore mortuus est, & in sepulchro quasi hyemis tempore sub terra radix plantae latuit, in resurrectione vero tanquam tempore veris resloruit: ita nos quoque non in terra, sed in aquis baptismi, ubi virtus mortis Christi est nobis applicata, mortui sumus non corpore, sed peccato, resurrecturi in ipso ad nouitatem vite; ut quomodo in Christo sumus complantati ad similitudinem mortis eius, ita ex succo quoque gratia eius, ex radice huius vitalis ligni resurgentes viuamus per ipsum. Hoc scientes, quia verus homo noster, id est, vita prior quam in peccatis duximus, crucifixus est, dum in fide Christi crucifixi à peccatis respiscimus, recipitque peccatum finem ac meritum sui. Ad modum enim Christi crucifixi, verus hic homo noster, homo peccati, figitur in cruce poenitentia, continentiaque salutaris cum Christo, ubi membra sua ad priores actus iniquitatis non licet illi deinceps mouere, aut retrahere, quo sic destruat vitiosa conuersatio nostra, seu corpus peccati, quod aliud quam peccare non nouerat, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est cum Christo, eo modo & intellectu, ut supra dictum est, iustificatus atque liber factus est à peccato, ut illi peccatum non noceat, nec illum impediatur etiam. Si autem cum Christo mortui sumus peccato, ut ultra in nobis peccatum non uiuat, credimus nunc simul etiam vita gratia, & posthac gloria viuemus cum ipso. Scimus autem quod anima separanda est. Neque enim est eius resurrectio ut Lazari, aliorumque, qui ad vitam mortalem sunt resuscitati, quia mors Christo ultra non dominabitur, propterea quod immortalis resurrexit. Atque ideo quod mortuus est peccato, non suo, quia non habuit peccatum, sed nostro (posuit enim in eo Pater iniquitates omnium. Et ipse vulneratus est propter iniquitates nostras) mortuus est semel, puta in die Parasceues. Quod vero post resurrectionem uiuit secundum humanam naturam, uiuit Deo, id est, ad gloriam & honorem beatissimae Trinitatis, quae illum suscitauit ex mortuis. Ita & vos existimate vos mortuos quidem peccato in baptismo, uiuentes autem Deo in obedientia uoluntatis eius per gratiam ipsius, quae nobis data est, in Christo Iesu Domino nostro.

Ioan. 11.

Esai. 53.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE VI.

post Dominicam Sanctae Trinitatis, Mathei V.

Matth. 5.

SAEpenumero Christus dixit uerbo, opereque ostendit, quod non uenerit legem soluere, sed implere: & nunc quoque in his praesentis Evangelij uerbis clarissime ostendit, quam perfecta sit sui Evangelij iustitia supra legem, quandoquidem, ut dicit Apostolis suis, nisi maior fuerit illorum omnium quae qui per illos credituri sunt, perfectio, quam scribarum

ac pha-

et pharisæorum, non eos intraturos in regnum cælorum. Legitur autem non incongruè hoc Euangelium post illud, quod proxima præcessit Dominica, in quo ad nostram ædificationem turbæ sitientis Dei verbum recensetur deuotio. Hic verò vtiliter, non nisi iustitiam esurientibus proponitur, quanta Christianorum esse debeat iustitia, vt feruore excitato, illam mox æmulentur apprehendere & obseruare. Dicit itaque:

Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

Per iustitiam hic non vna exprimitur virtus singularis, sed generatim pro omni accipitur virtute & probitate, vt iustitiæ nomen æquitatem, vitæ quæ rectitudinem significet. De qua iustitia Hieronymus dicit: Vera iustitia nihil est aliud, quam non peccare. Non peccare autem necessario simul comprehendit Dei præcepta seruare. Quomodo enim non peccaret Dei præcepta transgrediens? Secundùm Augustinum verò, iustitia est pulchritudo animi, qua homines pulchri sunt in conspectu Dei. Huius (iuxta eundem) duæ sunt species, scilicet declinare à malo & facere bonum. Hoc modo Noë dicitur iustus inuentus coram Deo. Abraham quoque orans pro Sodomitis Dominum: Si decem, inquit, fuerint in ciuitate viri iusti inuenti, &c. In Ezechiele quoque dicitur: Si iustus recesserit à iustitia sua, &c. Itaque hæc iustitia, hæc rectitudo vitæ, quæ omnes includit virtutes, maior sit necesse est in Apostolis & prælati Ecclesiæ, quam in Pharisæis, qui erant prælati synagogæ, maior in populo Christiano, quam Iudaico, maior in sacerdotibus & monachis, quam in plebe, alioqui non intrabunt hi (qui esse debent perfectionis maioris) in regnum cælorum. Nisi, inquit, iustitia vestra, scilicet Euangelium profitentium, abundauerit & perfectior sit, quam scribarum & Pharisæorum, non intrabitis. Quapropter videndum, in quibus pharisæorum iustitia fuerit, quam esse debuit, minor. Primo, erat minor in iudicando. Peruerso enim ordine iudicabant. Nam alios accusabant grauius, seuerèquæ iudicabant, seipsos verò aut dissimulabant, aut leuiter iudicabant, cum ediuerso sibi ipsi esse debuissent duri, alijs propitij, sicut scriptum est: *Iustus in principio accusator est sui*. Erant igitur Pharisæi peccatores, sed seipsos non iudicabant. Peccatum verò quod non plangitur, non doletur: ideo peccata eorum in illis manebant. Secundo, Pharisæorum iustitia erat in cognitione, non in affectu. Sciebant enim quid esset faciendum, non tamen item hoc amabant. Hoc hodie multis etiam grauib. viris contingit, qui sciunt quid factu opus sit, non tamen id ipsum facere possunt. Sunt in consilij vtiles, non tamen quod laudant, quodq; suadent, æque affectant. Tertio, erat Pharisæorum iustitia minor, quia docebant quod rectum erat, non tamen id ipsum faciebant. Quamobrem Christus de illis nos præmonuit, dicens: *Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt facere nolite. Dicunt enim & non faciunt.*

Quarto, minor erat in æstimatione. Iniquè enim comparabant legis præcepta, & suas seniorum ve traditiones. Nam superstitiones traditionum multas obseruabant, legis verò præcepta, Dei quæ mandata, propter illas transgrediebantur. Quinto, minor erat quam esse debuit Pharisæorum iustitia

Hieron.
Iustitia vera
quid sit.

August.

psalm. 56.
Genes. 9.
Eccl. 44.
Genes. 18.
Ezech. 18.

Iustitia pharisæorum in quibus tunc it minor.

pro. 7.

Matth. 23.

Matth. 17.

Iustitia in perfectione iustitia: cuius duæ sunt partes, puta declinare à malo, & facere bonum. Putabant enim se non obligari, nisi ad opera externa, nullam in animi affectibus culpam agnoscentes. Illicium sciebant machari, affectum autem, concupiscentiam & voluntatem mechandi habere latentem, quamdiu nihil prodiret in opus, non æstimabant peccatum. Item, non concupiscere uxorem, aut rem alienam, de externa duntaxat exhibitione, qua molitur quis impetrare quod prohibuitur, intelligebant. Unde studium externum, aut conatum in verbis, osculis, & huiusmodi ad concupiscentiam adulterij pertinentibus damnabant, non autem solam concupiscentiam, aut voluntatem malam latentem. At Evangelica iustitia prohibet aliena opera iudicare, seipsum verò accusare, damnareque laudat: sicut legimus de publicano, qui de templo exiit magis iustificatus, quam Pharisæus, quia seipsum condemnando iudicauerat, cum ediuerso Pharisæus se quidem commendaret, publicanum verò damnaret. Itaque hæc Pharisæa est iustitia.

Iustitia Evangelica quæ sit.

Matth. 23.

Porro Evangelica iustitia est bonum agnoscere & amare, docere & facere, maiora quoque facere, & minora non relinquere. Evangelica insuper iustitia non solum opera, sed & voluntatem malam damnat animorum. *Qui viderit*, inquit Christus, *mulierem ad concupiscendam eam, tam mechatus est eam in corde suo.* Quapropter rectè Dominus dicit: Nisi iustitia vestra abundauerit plus quam scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Intelligitur autem hoc dictum non de Pharisæis malis, odio inuidiaque plenis. (Illorum enim nulla fuit iustitia) sed de his qui dici poterant iusti, hoc est, de Pharisæorum iustitia, & de consuetudine eorum generali.

Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Exod. 20.

Prohibitum est antiquis patribus, scilicet occidere. Quod non de brutis aut plantis (quæ etiam aliquam habent vitam) intelligendum est, sed de hominibus. Irrationabilia namque omni tempore licet occidere, hominem verò aut alium aut seipsum occidere illicitum est. Non tamen agit contra hoc præceptum, qui ordinate & ex autoritate occidit. Quo, inquis, ordine, aut cuius autoritate licet occidere? Diuina. Deus enim solus Dominus est vitæ & mortis: omnia ipsius sunt, & in manu eius sunt omnes fines terræ, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos. Quare si voluerit contere omnia, quis contradicet ei? Itaque Deo iubente occidere licet. Potest enim Deus hominem tibi occidendum committere. Neque tu peccas si Deo obedieris, & hominem (tametsi innocens fuerit) propter solum eius præceptum occideris. Tua enim illum autoritate non occidis, sed diuina, ut occidas, iubente. Propterea Abraham adeo non deliquit occisurus Isaac innocentem filium suum Deo iubente, ut etiam vehementer laudatus, & apud Deum sit exaltatus propter eam. Factoris tamen id erat Deo iubente, quod alioqui iuste facere non poterat: nempe iugulaturus innocentem. Quis enim diceret patri licere occidere filium suum? Profus nemo. Non est enim pater dominus vite filij sui, nec eripere illi debet quod non dedit. Deus verò potest innocentem occidere, quia

Quo ordine & cuius autoritate licet occidere.
1. Reg. 2.
Psalm. 94.

Genesi 22.

& noxius.

& noxius & innocens Dei est. Quomodo ergo per seipsum potest occidere hominem, ita potest occidendum per alium committere. Bifariam autem hoc precipit Deus. Aut enim cum qui debet occidere singulariter propterea iubendo alloquitur, quomodo Abraham, aut generatim precipit, ut Sauli: *Vade, inquit, percutite peccatores Amalec.* Aut mandat hoc per legem, ut est illud: *Maleficos non patieris vivere.* Et crebro habetur in lege de lapidatione criminoforum. *Minister autem legis est is, qui à Deo constitutus est iudex & vindex malorum. Omnis enim potestas à Deo est. Qui verò occiderit absque iudicio legis, reus erit iudicio. Iudicium non semper sententia, quæ post allegatorum discussionem datur, intelligitur, sed etiam est ipsa ventilatio causæ atque discussio, ubi inquiritur, reus ne sit qui iudicatur an absolvendus. Qui igitur occiderit, reus erit iudicio, quo discutitur scilicet, an per legis sententiam plecti meruerit, qui reus accusatur, an dimittendus. Non enim omnis qui occiderat, occidebatur: sed absoluebantur etiam quidam, iuxta divinæ legis sententiam.*

Ego autem dico vobis: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Videris, inquit, quomodo legem non veni solvere, sed implere. Lex iubet non occidere: quod vos quantum ad externa opera attinet, duntaxat prohibuit intelligitis, vindictæ tamen appetitum, occidendive animum haudquaquam damnatis, aut esse peccatum agnoscitis, quam diu foras nihil truperit vindictæ. Ego verò legem impleo, quia quod lex iubet, hoc ego quoque iubeo, non occidendum scilicet. Nihilominus & hoc quod legi deerat, hoc est, quod non exprimebatur in lege verbis, impleo, siue perficio: damnavis & interdicens non solum homicidium, sed etiam occidendive animum, malam voluntatem, vindictæque appetitum. Ego itaque dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, hoc est, discussione, qua pateat, an deliquerit nec ne. Quidam textus inveniuntur, ubi adiecta sunt hæc duo verba, sine causa. Qui enim ex causa irascitur, non est propterea iudicandus. Unde qui vitio irascitur, non personæ, volens illum emendari, non affligi, nec ultionem expetens, sed correctionem, iuste irascitur, nec sine causa. Qui verò sine causa irascitur, puta ex passione & vitio animi, reus erit iudicio. Hic tamen nostra lectio non habet sine causa, ne passioni locus detur excusandi, sed commotio & simul omnis ira truncetur. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Quapropter de passionibus, quando sint peccata, hoc sciendum est, aut passionem esse malam de se, id est, suapte natura, ut est invidia, quæ repugnat charitati, & est peccatum; cum ex suo genere sit mala: & hoc modo ira non est peccatum, quia ex suo genere non est mala, cum possit esse & bona ac utilis. Ira enim ut etiam est appetitus vindictæ, non semper est mala, sed potest esse licita. Nam si apperas ut quis puniatur delinquentium, qui commiserit, & hoc quantum commiserit, id est, non ultra demeritum, nec ab alio quàm ab eo qui auctoritatem habet puniendi, ut ipse in potestate constituto iuxta ordinem legis. Petis insuper non aliter id fieri, nisi ad finem honestum ac bonum, puta ut melior fiat is, qui peccavit, ceterisque peccare timeant. Hoc modo ira, vel ut est vindictæ appetitus, non est

SSS 2 illicita.

Genes. 22.
1. Reg. 15.
Exod. 22.
Levit. 24.
Iosue 7.
Sapient. 6.
Rom. 13.
Iudicium
quid quando
dicitur signi-
ficat.

Math. 5.
Exod. 22.

Jacob. 1.

Passiones a-
nimæ quan-
do sunt pec-
catum.

Ioannes
Chrysol.

illicita. Vt enim Chrysolomus ait: Si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compefcuntur: quia patientia irrationabilis vita feminat, negligentiam nutrit, & non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. Alio modo ira, aut alia qualibet passio, vt est passio inordinata, ac immoderata, tunc est mala, quemadmodum passio quacunque esse potest mala, propterea quod aut est nimia, aut irreformata, aut rationem perturbet. Quando ergo vindicta ex zelo iusto & modo licito appetitur tantum, & iræ motus sub disciplina cohibetur ac fræno, ita vt rationi subiecta eandem non præcedat, sed sequatur, atque ab ea dirigatur, vocatur ira zeli, & est bona. Porro vbi iniustum quid appetitur, & ira passio est, ac vitium rationem, aut præcedens, aut ita sequens, vt tamen non secundum rationem, sed secundum passionem iræ iudicium fiat, tunc ira noxia est, illicita, inordinata ac mala.

Ira quando
si bona, &
quando ma-
la.

Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

Racha quid
signet.

Racha significat indignantis animi motum, quo non solum quis irascitur, sed iram suam etiam externe gestibus, aut voce indicat: tunc ira frin gradu aliquo grauior. Tertio, ira si præterea eo processerit, vt contumeliam addat, dicatque fratri suo fatue, aut simile quid iniuriosum, adhuc grauius peccat. Poni itaque Dominus tres gradus iræ, quibus singulis tres quoque suppliciorum à regione gradus opponit Dominus, ita vt supplicium grauius gradui iræ grauioris quoque respondeat. Verbi gratia. Est ira quandoque sola, animique commotio seu conceptus rancor, huic debetur iudicium, hoc est, ira hæc discutienda est, an deliquerit nec ne, discernendumque, vitium ne sit an zelus. Scriptum namque est: *Ira simini & nolite peccare.* At vbi ira verbis furorem spirantibus, gestibusque ostenditur (quod non raro offensionem, læsionemque generat proximi) huic debetur consilium, quo tractandum est, quo supplicij genere puniendus sit, qui deliquit. Primus gradus incertitudinem habet peccati. De hoc enim inuestigatur, an deliquerit.

Ira gradus
tres qui sunt.

Psalm. 4.

Secundus gradus pro constanti relinquit hominem deliquisse, sed quantum peccarit grauius, adhuc incertum est, sed tractandum, consultandumque, vt peccato supplicium æquum opponatur. Tertius sequitur gradus, quando ira non solum verbis & gestibus sese prodit, turbationem commoti animi indicans, verum etiam proximo contumeliam adiicit ac contemptum, vt si quis alium adorsus dicat fatuum ira stimulante, reus hic dicitur æterni ignis. Sic enim habes: Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Vide valde iustam iudicis æquissimi sententiam, qua seueritate nobis prohibetur rit contemnere proximum, aut contumelia eundem afflicere. Sciendum tamen, contumeliosum verbum, aut probrosum dicere fratri non ex contumelia, id est, non animo inferendæ contumelie, sed studio corrigendi, atque à peccato, errore ve retrahendi, non est illicitum. Charitas enim durius tunc agit, quo videt languorem delinquentis maiorem. Et fortasse qui corrigendus est, non recipit aut non satis auscultat seu acquiescit, nisi seuerioribus arguatur verbis. In ira igitur huiusmodi si forè verbum probrosum, aut.

Probrosium
verbum quã-
do alijs in-
ferte licet.

aut exasperans effutieris in fratrem, aut subditum, ilico lenitate aliqua verborumque dulcedine, aut charitatis signo vulnere medearis, quo ex amoris & zeli fervore reprehensus id intelligat emanasse, nec contumeliam putet, quæ cum verbis, signisve charitatis permixta ac temperata est. Optimum autem corripiendi canonem tibi institues, si neminem, donec ira quiescat, corripias, ut correptionem præcedat compassio, & si reprehensionis tunc adhibenda fuerit austeritas, mitigetur hæc oleo charitatis. Parum enim aut nihil fructus adfert correptio, quæ cum austeritate incipit, & desinit in severitatem. Correptio si esse debeat fructuosa, is qui correptus est à te, placatus, emendatusque recedat, gaudeatque se tibi, maxime autem Deo reconciliatum. Quapropter correptionis finis sit misericordia, & arguentis ira terminetur in benignitatem.

Canon corripiendi optimus quis sit.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum,

Videte quàm salubriter vrget nos Dominus ad observandam charitatē erga proximum. Neque enim odio vult nos laborare proximorum, nec finit, ut quem offendimus fratrem, implacatum, irreconciliatumve relinquamus: adeo ut sacrificium nostrum quoque, siue id fuerit oratio, siue decima, hostia aut oblatio, haudquaquam speremus acceptum Deo, nisi charitatem habuerimus ad proximum, eandemque si læserimus, in proximo reformemus: alioqui sciamus, inquit, munus nostrum non respectum iri, nisi laesum reconciliauerimus fratrem. Itaque dicit: Si offers munus tuum ad altare, siue materiale id fuerit altare, siue altare cordis, hoc est, animus offerendi, & recordatus fueris, quod frater tuus habet aduersum te. Si recordatus fueris quod tu læseris illum, aut iniuriam, contumeliamve illi irrogaueris (tunc enim habet quid expostulandum aduersus te: nam si ille te offenderit, ipse non habet aduersus te, sed tu habes aduersus illum) relinque ibi munus tuum ante altare, id est, ante offerendi propositum, & vade prius reconciliari fratri tuo. Non praesumas offerre Deo munus, quia non acceptum illi erit, quicquid obtuleris, antequam te humiliaueris proximo, rogatque venia illum tibi reconciliaueris. Hoc tamen intelligitur, si praesto est quem offendisti. Nam si praesens non est quem offendisti, interim dolens oportet, & corde humiliato à Deo petas veniam, rogaturus à proximo quoque, cum ad illum veneris quem laesisti. Potes autem & magno merito tuo eum placare, atque tibi reconciliare, qui te offendit, tamen si non tenearis. Hoc difficile fore scio superbia, quæ vult aliquid esse, videri ac haberi: porro humilitati facillimum est. Sape enim opinionibus fallimur, & familiaris nimirum est nobis amor priuatus seu proprius: vnde fit, ut nostra semper plus æquo excusamus, seuerius verò quàm oportet iudicemus aliena. Inde etiam nobis vsu venit, ut putemus nos non offendisse (quod in contentionum sit studijs magis autem ab altero offensos, cum tamen reuera coram Deo aliter iudicetur, vbi aut vterque noxius est, aut alter, isque plerumque qui minus esse putatur. Nam si duos discordare ac mutuis concer-

Quando aliqui quid habeat aduersum nos.

Reconciliandi modus seruandus quis.

tare disceptationibus contingat, utriusque etiam videatur non se, sed alterum contentionis animum ac materiam præbuisse, videaturque utriusque non habere se, pro quo veniam petat ab alio, nec sibi causam esse ut quem reconciliet, sed iudicet se potius reconciliandum. Vter iam quæso hic alterum debet præuenire ac reconciliare? Vterque enim sibi innocens videtur. Quia igitur se prior humiliabit? Discesserunt enim à se mutuo, & suo iudicio nater est reus. Dicendum, veniam prior petet perfectior: perfectior autem est humilior. Si laudem dixerit perfectionis & perfectorum præconium, nemo non optat perfectior, imo perfectissimus inueniri. Ecce igitur filii, quo probes te esse perfectiorem aut perfectionis zelatorem, confitere te fuisse imperfectiorem, fratremque offendisse tuum. Agnosce inquam, tu prior imperfectionem tuam, tuam culpam confitere, veniam prior pete, reatum & offensionis causam tibi imputa, & fratrem tuum stude lucrari, te illi humilians & veniam petens. Si verbo lausisti, verbo iterum placā fratrem humilium grauaisti iniuria, beneficio iterum consolare: si contempsisti illum, honore afficias iterum, atque iterum te humilias. Quomodo vultus insultasti, ita iterum opponas remedium. Nec erubescas de tui humiliatione, quia non sumus hic o filii, ut alter altero se ostentet aut innocentiorem aut sanctiorem, sed quoniam in via delictorum sumus. Nihil idcirco nobis aliud arrogemus, quam delicta nostra, quæ non frontosè ac temerè exculemus, sed humiliter ac verecundè agnoscamus confiteamurque, & offendentibus ex animo ignoscendo, & ab offensis, humiliter veniam petendo. Tunc enim concussam aut saltem reparatam resarcitamque semper tenebimus charitatis, concordiam, & cum omnibus hominibus mutuam pacem, largiente id nobis Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula. Amen.

Roman. 12.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Quibus debeamus iustitiam, & quam multiplex sit iustitia.

Nisi iustitia vestra abundauerit plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum. Matthæi quinto. Iustitiam hic vocat, quomodo Augustinus eam describens: iustitia, inquit, est virtus, tribuens unicuique quod suum est. Tribus autem filii debetis, quibus si reddideritis, quod debetis, eritis iusti. Debetis enim aliquid Deo, debetis proximis, debetis & vobis ipsis. Reddere quod debetis, & ordinate te habere ad illum cui aliquid debes, ut illius caveas offensam, ut impendas charitatem, beneficium, curam seu obsequium. Primo autem sibi ipsi debet homo curam, & hoc ex parte hominis utriusque, hoc est, tam animæ quam corporis. Vtrunque enim regendum curandumque suscepit à Domino sibi commendatum. Nec leuis utriusque hæc cura putanda est: plerunque enim contraria exposcunt. Quare non modica discretione vigilandum est, ut vni ita cura adhibeatur, ne alteri suum ius, debitumve præcipiatur. Itaque corpori debemus reflectionem & disciplinam. Quorum primum huc pertinet, ne corpus viribus subtractis deficiat: alterum, ne aucta petulantia lasciuat & spiritui insultet. Vtrunque certè periculosum est & extinctio spiritus. In eundem namque finem tendunt, corpori nimium indulgere, & nimium subtrahere. Neque enim carebit periculo, tametsi mediū attigeris, ut neque minus, neque nimia

Augustin.
Iustitia quid sit.

Tribus est homo debitor.

I.
Quidnam sibi ipsi debeat homo.

Corpus nostrum quomodo regendum sit.

Rom. 12.

cura corpori adhibes nisi etiam curam quam facis, non feceris in desiderijs, id est, ex amore & concupiscentia carnali, seruiens delectationi, non necessitati. Est igitur corpus ita regendum, vt refraneatur ab illicitis, vt colubetur a superfluis, vt moderetur in licitis, vt affligatur in delectabilibus, vt confoletur in aduersis. Non minor, sed maior est cura adhibenda animae, cuius vel puritatem custodire, vel purgationem querere homini necesse est, peccata sua accusando, castigando & plangendo, Deum item rogando, abnegando & mortificando seipsum. Haec omnia debes tibi ipsi. Deinde debes proximo ne illum laedas. Est autem laesio trifariam, in corde, ore, & opere. Corde laedis proximum iudicando, contemnendo, condemnando, odiendoq;. Ore laedis, famam eius conspurcando, detrahendo, conuiciando, lacecendo &c. Opere laedis, dum afficis iniuria, aut faciendo quod illi est molestum, aut subtrahendo negando vt quod illi est necessarium. Denique proximus laeditur in rebus, in amicis & in alijs quibuscunq;, si illi tollas quae diligit, aut sinferas quae sunt odiosa. Iustitia igitur legem serues oportet, quam natura dicitur, faciens quod tibi fieri velis alteri, & cauens facere alteri, quod tibi non vis fieri. Tercio, debes Deo subiectionem & obedientiam vt praecipit facias, vites prohibita. Docet itaque nos Christus hic legem Euangelicam esse meliorem atque perfectiorem lege Moisaica, quo simul indicatur quoque legem Mosi non fuisse malam: alioqui non diceretur lex Euangelica melior, si illa non fuisset bona. Monet quoque nos supra iustitia pharisaeorum oportere extendere, nec illorum nobis sufficere perfectionem, si regnum voluerimus intrare caelorum.

Primo itaque iustitia pharisaeorum fuit onera grauiora alligare, quae ipsi digito nolissent attingere, sicut illis exprobrauit Christus. Secundo, iustitia illorum fuit docere & non facere, quod Christus quoque reprobatur, dicens: *Super cathedram Mosi sederunt scribae & pharisaei. Omnia quae dicunt vobis, facite: quae autem scribunt & homines nolite.* Tertia erat pharisaeorum iustitia, Dei praecipia negligere, traditiones vero seniorum praeferre. De quo Christus quoque illos arguens: *irritum inquit, fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.* Quarto, maiora & grauiora legis transgredi & pro minoribus zelari. Quapropter Christus illos auersatus, ait: *Va vobis scribae & pharisaei, qui de matru & asinum & camelum & cymum & reliquistis quae grauiora sunt legis.* Quinto, facere omnia propter homines (quod Christus arguit quoque) vt videantur ab eis. Huiusmodi, inquit Christus, iustitia ad ingressum non sufficit regni caelestis. Oportebat, inquit, maiora facere, & minora non relinquare. Oportebat facere & docere, oportebat in omni re oculum habere simplicem, & nullam querere gloriam ab hominibus. Oportebat cum facis elemosynam, tuba non praecinere. Oportebat cum ieiunas, faciem non extenuare. Oportebat nescire sinistram quod facit dextra. Nec alijs dare mandata conuenit, seipsum vero excutere. Paulus diu non usus est libertate, quia alios tamen docebat libere vti, vt de Euangelio viueret, sed panem manibus lucrabatur, licet euangelizans, vt suo alios edificaret exemplo: sibi grauis, alijs indulgentior.

Nec sancti tantam discipulis imposuere viuendi austeritatem, quantum obseruabant ipsi, in seipsum rigidi, in alios propitij. Voluit igitur Dominus

anima quia regendi sic. II.

proximu nostrum tribus modis laedi a nobis.

Tob. 4. Math. 5. Deo quaedam nos debent.

III.

Pharisaeorum iustitia quae facit.

Math. 23.

ibidem.

Marc. 7.

Math. 23.

ibidem.

Ado. 1.

Math. 6.

Ioan. 5.

Math. 6.

Cor. 9.

Theil. 1.



Regule in-
st tuas q̄ om-
nia monasti-
ca quomodo
pro Euangeli-
o militent.
Matth. 12.

Silentium
religiosorum
quo ipeccet.

In calumni-
atores ino-
nasticin-
sistat.

Prover. 1.
Matth. 19.

Matth. 22.

Actor. 2. 4.

1. Pet. 2.

Luce 9.

Thren. 1.

graviora nos relinquere, vt leuiores seruarentur, nec prorsus leuiores abij-
cere: sed illa fieri, & ista noluit relinqui. Non ergo traditiones aliter repre-
hendit, nisi quod propter illas legem Dei, mandata, misericordiam & iudi-
cium posthabebant. Nam & hodie boni religiosi, qui regulas quasdam
seu statuta Euangelio adiecerunt, propterea Euangelium relinquunt, vt re-
gulas suas seruent? Haudquaquam. Quin potius ideo regulas (quas propter
Euangelij obseruantiam sibi instituerunt) seruant, ne ab Euangelio desiciat.
Verbi gratia: Seruant silentium, quia Christus in Euangelio non mona-
chis tantum, sed cunctis dicit Christianis, de omni verbo ociofo rationem
reddendam. Ne igitur Christo non obediant, ne Euangelicum quid sper-
nant, statuerunt silentium. Qui enim silet, ociosa non loquitur. Qui regu-
lam seruat monasticam, Euangelium non transgreditur. Hoc modo alia
omnia illis quamlibet multa & varia instituta sunt, vt de culpis penitentia,
vt delicta caueant, vt seruent Euangelium, vt carnem fatigent, petulantiam
& lasciuam doment, vt mortificent vitia, obtineant virtutes, mundi gau-
dia, mundi vana contemnant, voluptates abscindant, animi puritatem as-
sequantur, Christi inuestigent beneplacita, eisdem obtemperant, Deoque
plene per humilitatem & resignationem sese subijciant & inhareant per
amorem. Hæc nunquid Euangelica non sunt? Propterea igitur quæ ex re-
gulis suis custodiunt monachi, ideo seruant ac faciunt ea, vt illa iam dicta
Euangelica facilius obtineant. Quod certum non contra Euangelium, sed
pro Euangelio est militare. Sic pharisæorum traditiones quoque Christus
non reprobabat, sed quod propter illas legis transgrediebantur præcepta,
damnabat. Seruent itaque monachi sua instituta, ieiunent, abstineant, ma-
cerent se, obediant, viuant ab hominibus abstracti, sint muti, vigilent, psal-
lant, orent. Quid hic auditur mali? Quid auditur in his quod Christus
non docuerit, aut quod pugnet cum Euangelio? Noli prohibere eum qui
benefacit (quomodo scriptum est) quin potius si potes & tu benefac. Si
monachi plus quam tenentur ex Euangelicis præceptis, operentur, quid
tua refert? An pati non potes, vt se monachi castrent propter regnum celo-
rum? Aut non potes sustinere, vt delicias carnis propter Dei amoris sibi mo-
nachi subtrahant? Torquer te cor tuum hoc, quod in viroque sexu neque
nubant neque nubantur, sed perseuerent virgines, sintq; sicut Angeli Dei in
caelis? Quid tibi displicet, quod propria non habent? An Apostolorum, ero-
dentium quæ ignoras in exordio Ecclesiæ omnia fuisse communia? Nemo
enim tunc quicquam dicebat suum, sed erant, inquit Lucas omnia illis co-
munia. Quid inuides illis quod imitari non vis? Scio quid inuides, nempe
quod Christi sequuntur vestigia, quod viuunt, quod tibi impossibile videtur,
puta in candidissima castitate, in Euangelica abnegatione, & in vo-
luntaria paupertate. Quæ cum illi profiteantur, præcipue tu eadem imita-
ri non valens, imo nolens, quia tamen gloriam eis inuides, ideo calumnia-
ris, detrahis, persequeris, id quæ propterea, quod in illis Euangelica est ve-
ritas in opere, cuius tu tibi vendicas & untaxat nomen, cum tamen interim
sibi viuere placeat, vt nihil in te possit inueniri Euangelicum. Porro
si obijcias monachos inueniri in quibus nihil reperitur Euangelicum, hos
non prohibeo, sed hortor obsecroque reformandos, arcendos, non fugan-
dos

dos aut delendos. Sed de hoc satis. Interea tamen hic nihil mirandū est, quod in lege sua Dominus Eaangelica & arctius & perfectius iubet seruari praecepta sua, quam olim in veteri testamento iusserit. Interim enim maiori obligatione obstricti sumus: quare iustum est ut maiori deuotione, maiori fidelitate, maioriq; strenuitate illi seruiamus, qui pluribus quotidie beneficijs sibi nos astrinxit. Interim enim pro nobis incarnatus est, passus est, mortuus est, interimq; innumera nobis contulit beneficia, quare merito nos ei arctius quoque ad seruiendum obstricti sumus. Deinde cum felicior nobis detur promissio quam antiquis, puta regni caelorum, quod nullo pacto in veteri testamento fuit auditum, sed promittebatur diuturnitas vitae, felicitas terrena, pax, tranquillitas, & rerum temporalium opulētia, non mirum est, ut magis acdua etiam à nobis praecepta exigantur. Quamuis in veteri quoque testamento non defuerit sacra scriptura eruditio ad perfectionem stimularis. Nam Michas ait: *Va qui cogitatis inutile.* Et Zacharias: *Malum viri fratri suo non cogitet in corde suo.* Quo manifestum est non solum opera, sed & cogitationes malas à prophetis dānari. Scimus praeterea multos sub lege aut extra legem fuisse repertos, qui Euangelicam obseruarent perfectionem. Nam quis neget David Euangelicum fuisse virum? Recole quid passus à Saule David fuerit, quomodo se non fuerit vltus, quae beneficia pro malis retribuerit, quantum se hosti & persecutori suo humiliauerit atque substrauerit, quanta item benignitate Semei maledicenti sibi perpercerit, ignouerit atque remisit: & inuenies in eo perfectionem plane Euangelicam. De Iob quoque viro recto & simplice id ipsum quis dubitet? Quis illum virum (ut alios interim taceam patriarchas atque prophetas) Euangelicum Euangelicamq; in eo viguisse perfectionem neget? Secundo admonet Dominus non irasci: subintelligitur autem, sine causa. Nam irascenda est homini, ut ubi irascendum est, irascatur, & quomodo irasci iustum est, ita tamen ne delinquat. Quocirca aduertendum est iram appetitum esse vindictae, & hanc quandoque esse bonam & necessariam, interdum tolerabilem, aliquando malam. Bona ac necessaria est, ubi quando irascendum est, quis irascatur. Nam si tibi irascaris propter peccata tua, eademq; vicifcens in teipso ac puniens persequeris, si tibi ipsi delinquenti negligentive indignaris, si iuxta Apostolum, teipsum diiudicas iuste ac sancte, ut Psalmista iussit, irascaris ut non pecces. Si etiam aliena scelera detestaris, modò id zelo fac iustitiae, iuste irascaris. Hac ira iudicibus, principibus ac potestati nō solum licita, sed maximè est etiam necessaria. Nisi enim hi vindices sint malorum, opprimuntur interea innocentes & pauperes. Deusq; contemnetur. Sunt enim ex malè agentibus multi, qui temporalem magis poenam metuunt, quae hic à principibus iudicibusq; quam quae à Deo aeterna infligitur. Hac ira, hoc zelo Phineas fuit commotus, qui Iudæum quendam cum muliere Madianitide fornicantem occidit. Cui tamen propterea adeo Dominus non est iratus, ut iram propterea etiam auerterit Domini à filijs Israel. Pari modo Mathathias cernens Iudæum ad iussu regis idolis immolantem, dolore contristatus est, contremueruntq; omnia ossa eius, inflammatq; ira irruens occidit illum. Cuius certè zelus profuit genti Iudæorū, adeo, ut resumptis animis cunctis tandè inimicis suis efficerentur fortiores.

TTT Hæc

Præcepta sua
 cur Deus ar-
 ctius in no-
 uo testamēto
 seruari iuste-
 rit.
 Rom. 5.
 Matt. 5. 6.
 11. 12. & 19.
 Numer. 9.
 Deut. 4. 5.

Mich. 7.
 Zach. 7.

1. Reg. 4.

2. Reg. 5.

Iob 1.

Irascibilis
 vis cur dicitur
 sit homini.

Ira bona ac
 necessaria

Cor. 11.
 Psalm. 4.

Ira quænam
 iudicibus &
 potestatis ne-
 cessaria.

Num. 25.

1. Mach. 2.

Hæc ira haudquaquam hic prohibetur, modò vt iustum ius hù fiat. Est autem maximè his, qui in magistratu sunt necessaria. Qui enim illa caret, cum debeat irasci, peccat. Eli quia non est, quomodo oportuit, satis filijs suis iratus, à Domino punitus est. Dauid quoque quia Amnon filium suum Thamar violentem non satis durè corripuit, molestias propterea multas expertus est, filiumq; planxit eundem postea interemptum. Achab quoque rex Israel, nonne quia pepercit regi Benadab Syria, iratus propterea Dominus per Michæam illi denunciavit, dicens: *Quia dimisisti vrum dignum morte de manu tua, et anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.* Vides quia defuit Achab zelus & indignatio cõtra peccatores, id est, homines nõ secundum quod sunt homines, sed secundum hoc quod sunt peccatores, nec eum qui dignus erat periri, cum à Domino illum haberet sibi traditum in manu, peremit, iratus est Dominus in Achab, atque sicut illi minatus est, ita ab eo supplicium sumpsit. Est igitur ira placans Dominum, vt in Phinees est: est ira excitans ad zelum atque adificas, vt in Mathatia: est ira zelans atque honorem Deo tribuens, vt in Helia, qui occidit prophetas Baal. Hanc iram, id est, zelum Christus quoque exhibuit, quando in templo de funiculis flagello facto eiecit euentes & vendentes de templo. Hac ira zelatus quoque est Petrus in Ananiã & Saphiram, vt in Apostolorum Actis legitur. Est igitur ira quædam sancta & bona, quæ Dei irreuerentiam, contemptum, inobedientiamq; execratur. Hac stante nihilominus mansuetudine sequire potest. Nam de Mose nonne legimus, quod erat vir mitissimus omnium qui morabantur in terra, nihilo secius tamen erat iratus, hoc est, zelosus? Mansuetudinis namque fuit & charitatis, quod pro populo sibi commisso orauit tanto feruore, vt se deleri de libro vitæ peteret præ nimia dilectione populi, nihilominus tamen scelus idololatriæ videns, viginti tria milia virorum Leuitarum manibus interfecit. Itaque, hoc est irasci & non peccare, siue liuore, non ex odio, non ex crudelitate, non immodestè aut nimis seuerè, sed ex zelo Dei, aut ex zelo animarum, quæ peccando seducuntur aut corumpuntur, iram, disciplinam, censuramve exercere. Est alia ira tolerabilis, aut venialis, & hæc quadrifariam contingit. Est enim quædam ira, quæ sepe numero in nonnullis absque vindictæ appetitu commouetur. Hæc ira ad impatientiæ magis pertinet rationem, quàm ad iram, estq; nisi tam vehemens sit, vt ratione perturbet, atque sui impotem faciat, venialis. Est alia, quæ est naturalis, vehemens impetuosaq; passio quædam, subito & ad leuissimam quamcunque feruens occasione. Hæc si præmeditata non fuerit, sed ex abrupto fuerit exorta, & antequàm ad discussionem rationis irascendi perueniret causa, fauerit, venialis est. Debet autem ratio hominis esse vigilans, ne quæ in sensualitate excitata est, passioni vitiosa consentiat, neve illuc quid verbo aut opere faciat, quod ex hac passione manauerit. Est tertia quoque quæ ex passione coloreve iracundiæ commouetur, præmeditato licet animo, & cum appetitu quoque vindictæ, exigue tamen nec admodum nociua. Hæc quoque propter imperfectionem ferè semper venialis est. Quarta est, dum quis cum appetitu quoque vindictæ irascitur, si tamè alio non optet modo vindictam, quam iuxta ordinem & legem iuris, hæc quoque nisi aut exorbitantia, aut in sinceritate defectus ahi quis adfuerit, venialiter

Ira tolerabilis aut venialis quæ.

aliter peccat. Hanc iram Christus diuidit in duas species, vt vel sit ira sola, vel sit ira, quæ in signum, verbum, motumq; indignationis erumpat, & iuxta hoc ex supplicio contraposito gradus constituit, vt ea quæ cum sono motuq; indignationis sit, grauior habeatur, quàm ea quæ in seipsa intus cõ-

Tertia ira est lethalis, quæ progreditur vsque ad contumeliam aut iniuriam grauem, de qua Christus vnum posuit exemplum de eo, qui fratrem suum dixerit ira stimulante fatuum, aut probroso eum verbo alio contemptiuo despexerit. Nũquam enim assentit Dominus, nec impunitum relinquit vt contemnamus proximum. Prospice igitur tibi dum irasceris, aut dum sentis vel passionem, vel vlciscendi cupiditatem & caue, ne scienter aut consentiens iram tolères, ne iræ obedias, ne fratrem contemnas, ne lædas aut offendas, ne denique aliquid facias, in eo ne in te deprehendatur aliquid vnde fratrem tuum contristes aut offendas. Sed passionem fac in te perire in semetipsa, aut iuxta verbum Psalmistæ: Desine ab ira, & derelinque furorem noli æmulari, vt maligneris. Neque enim sufficit, vt intra te iram cõrines, ne hæc erumpat, ne læuiat, ne quem lædat, sed occidere etiam in te necesse est furorem, ne quod est in te malum, maneat, crescat, indureturq;. Nisi enim conceptam iram iterum elimines, quæ perferat, cito ira in odiũ mutatur. Quod ne fiat, neq; in te, neque in proximo, monuit Christus reconciliationem accelerandam offensi fratris, quod tertio loco in fine commonefacit Euangelij. Tertium itaque est, quod monet Dominus, vt nihil credamus, quicquid obtulerimus, Deo interea gratũ aut acceptum eidem à nobis fieri, quamdiu fratrem reliquerimus ex nobis contristatum, & placare illum contempserimus, aut nobis reconciliare. Hoc autem ideo Christus monet, quia nos vult omnes esse charitatis studiosissimos, sine qua, vt reliqua alia nobis minimè subueniunt, ita ante omnia nobis conandum est, vt hanc integram veramq; ad omnes non solum ipsi seruemus, sed quantum in nobis est, vt alij erga nos quoque in pace & charitate viuant quieti, prouideamus. Videtur difficile ac graue non irasci, sed additur, si lapsus fueris, etiam quomodo resurgas. Quanta igitur res est quæ hic iubetur, quàm ardua, aut quàm grauis, vt aut non offendas proximum, aut si offenderis, vt iterum ab eodem humiliter veniam petas, ipsum places, atque offendenti te hilariter veniam tribuas & ignoscas? Esto humilis, & nihil hic erit tibi graue. Scimus enim, vt Ioannes dicit, quoniam Dei mandata grauiã non sunt nisi superbis atque confidentibus in se. In te ipse hoc expende. Nosti contumeliam aut iniuriam irrogare, nosti proximum contemnere, nosti illum contristare, & nescis illum placare, reconciliare, honorare, ac te illi humiliare? Etiã si Christus hoc nõ præcepisset, naturæ lex te doceret, placare scilicet eum, quem offendisses. Deinde si Christus quoque non mandasset iniuriam dimittendam, tua necessitas, quæ peccata tibi dimittenda flagitas, sententiam tibi ferret, vt pari modo tu quoque misereris proximi, ignoscens illi quomodo tui velis misereri, tibiq; ignosci. Det nobis Dominus noster Iesus Christus adimplere quod iubet, vt semper mansueti, nihiloque minus iusti & misericordes inueniamur ad sui laudem & honorem, qui est benedictus in secula. Amen.

ira lethalis
quæ sit.
Matth. 5.

Psal. 36.

Quanto studio frater contristatus & offensus placandus sit.

1. Ioan. 5.

Matth. 6.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditie & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Quum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero in vitam æternam. Stipendium enim peccati mors est: gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

1. COL. 3.

1. Timot. 2.

Humanum & leue vobis aliquid quod ferre possitis, dico. Non enim loqui vobis possum, vt spiritualibus, feruentibus & perfectis, sed vt adhuc carnalibus: ideo quod virium vestrarum mensuram non excedat, iniungo. Sicut olim ante cõuersionem exhibuistis membra vestra seruire libidini, immunditiæ, luxuriæq; qua polluistis corpora vestra, & sicut eadem exhibuistis seruire iniquitati cum iniuria proximorum, trahenti ad iniquitatem aliam maiorem (iniquitas enim generat iniquitatem) ita nunc serui facti Christi, post agnitam veritatem exhibete membra vestra ad seruiendum iustitiæ & virtutibus ad obtinendam sanctitatem. Iustum enim est eadem membra, quibus olim ad Dei contemptum, ad Deiq; contumeliam abusi fuistis, nunc in ministerium, in obsequium & in honorem conuertite Christi. Cùm enim serui essetis peccati, satisfaciens concupiscentiis & illicitis desiderijs vestris, liberi interim, alieniq; fuistis à Domino iustitiæ. Nulla enim virtus, nulla honestas, non lex neque iustitia imperabat vobis, quia diuina spreuistis præcepta, idcirco malè liberi fuistis. In peccatis itaque & vitijs vestris viuentes, quem fructum, aut quam utilitatem habuistis tunc in quibus nunc cùm sanæ estis mentis, propter illorum turpitudinem erubescitis? Nam finis illorum vitiorum atque malorum operum est mors, id est, æterna damnatio. Itaque de seruitute peccati fructum habuistis ignominiam & confusionem, & in fine habituri eratis mortem æternam. Verùm nunc liberati baptismo per virtutem passionis Christi à peccato, cui olim seruibatis, & nunc serui facti Deo, habetis fructum vestrum, hoc est, charitatem vobis à Deo infusam, & bona opera in sanctificationem, quæ est virtutum consummatio, finem verò laboris vestri, quem in Dei seruitio sustinetis, habetis vitam æternam. Stipendium enim peccati est mors. Hæc enim sola, tam ea quæ est naturæ, quàm quæ inferni, debetur peccato: gratia autem Dei vita æterna. Videsne cùm rectius inferre putaretur, postquam dixisset: Stipendium verò iustitiæ vita æterna, non tamen sic (ne humano merito plus tribuens daret nobis superbiendi occasionem) sed aliter intulit, nempe ita: Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Stipendium verò peccati est mors, sic rectè etiã iustitiæ verè debetur vita æterna. Sed absit vobis arro-

arrogas iustitiam veram. Si enim tibi arrogas, non iustitia, sed vt Pharisæo illo superbia est. Vera enim iustitia, ex te non est, sed ex Deo est. Quid enim habes, puta boni, quod non accepisti? Quapropter si accepturus es vitam æternam, iustitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, quomodo & tibi ipsa iustitia gratia est. Si enim ex te esset iustitia, rectè tibi deberetur vita æterna, cum iustitiæ debeatur vita æterna. Iam verò non ex te, sed ex Deo est iustitia tua: ergo ex gratia Dei est, si tibi donetur vita æterna. Neque enim habes alia merita, quam Dei munera, quibus cum vita æterna redditur, gratia pro gratia redditur, in Christo Iesu Domino nostro.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE VII.

post Dominicam Sanctæ Trinitatis, . Marci VIII.

Varijs diuinitatē suam probat argumentis Dominus noster Iesus Christus, nec vspiam aliquid intermisit, quod incommodum salutemque fuerit nostram. Fecit miracula non solum multa, sed & varia. Sanauit infirmos, & hoc à varijs languoribus. Conuertit aquam in vinum: hodie verò, vt alio tempore quoque ferè similiter, ex septem panibus quatuor hominum millia refecit. Cum enim sequeretur illum turba maxima, quam fame afflictam & esurientem formidabat relinquere, ne deficerent in via longè à patria distantes (ea enim quæ secum in via assumpserant cibaria, consumpserant) miserus ipse est benignissimus Dominus turbæ & refecit eos. Nullum tamen hic miraculum est, quod Dominus turbæ miseretur, vt pote qui totus est pietissimus: sed quod ex septem panibus quatuor millia satiauit virorum. Quid enim mirum vt semel miseretur, qui nunquam non miseretur? Opera enim Domini vniuersa misericordia & veritas. Misericordia, quodque eius plena est terra, quia à fonte olei nihil aliud manare potest, quam oleum: & à fonte misericordiæ quid emanabit, nisi misericordia? Quod ergo miseretur, neque rarum, neque mirum est: quod verò ex misericordia hoc modo præstat beneficium, miraculum est, & virtutis tantum diuinæ. Itaque ait Marcus Euangelista:

Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent, quod manducarent, conuocatis discipulis suis, ait illis: Misereor super turbam.

Turba multa erat cum Iesu, puta, vt ex fine Euangelij liquet, quatuor millia hominum. Hi attracti dulcedine verborum, vultus, morumque Christi simul ac miraculorum gloria, secuti fuerant Salvatore in desertum. Et quamuis cibaria sumpserant, haud dubium itineri necessaria, hæc tamen infra biduum consumpta sunt. Neque enim putabant se longius progredi, aut tam diu Domino commorari. Verum salubriter eos seduxit Dominus, atque secum detinuit suæ eruditionis suauitate: adeo vt eius dulcedine capri, ab eo ægre possent separari. Quærebant enim ante omnia regnum Dei. Dulcior eis erat refectio animæ, quam corporis. Ideo vsque in tertium iam diem peruenerant, nullam sollicitudinem habentes de cibo. Atque ideo Dominus, quod promittit alio loco, voluit re ipsa ostendere, quod scilicet omnia adijciantur his, qui primum quærunt regnum Dei. Itaque Dominus

III 3. Iesus

Lucz 18.

1. Cor. 4.

Matth. 21.

Marc. 3.

Lucz 6.

Ioan. 2.

Psal. 24. & 32.

Marc. 8.

Matth. 6.

Lucz 12.

Matth. 6.

D. scipulos
quare conuo-
cauerit Ie-
sus.

Hebr. 4.

Psal. 54.

Quantum
nos Deo re-
signare de-
beamus.

2. Par. 20.

Luc. 11.

Iesus sciens ciborum inopiam, procurandique cibaria impossibilitatem, nihilominus tamen inter hec turbæ quoque attendens necessitatem, conuocatis discipulis quasi de remedio cum illis consulturis, dicit: Misereor super turbam. Quare discipulos conuocat, cum Apostolorum neque egeat, neque usus fuerit auxilio? Dicendum, Dominum Iesum omnia propter nos fecisse. Conuocat idcirco discipulos, cum illis tractaturus, quo instrueret prelatos, tamen si sciant quid sint facturi, non contemnere aliorum & subditorum maxime consilia, sed illis deferre honorem, eos interrogare, patienterque eos audire: & sic tandem quod optimum nouerit, aut suatum fuerit, agere, Misereor, inquit, super turbam. Quod homini naturale est, nemo non absque difficultate facit. Nihil autem libentius vult Deus, quam misereri & parere. Siquidem quomodo igni ex sua natura competit calefacere, ita Deo proprium est congruitque eius nature, misereri & parere. Neque enim Pontificem habemus, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Nec scimus alium qui adeo sit pronus, adeoque velit ex intimo cordis nostri misereri, sicut ipse: quippe cum nos simus opera manuum eius, & carnes pasceat eius. Dicit itaque suapte compassione: Misereor super turbam.

Quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via, Quidam enim eorum de longè venerunt.

Vide pijsimum cor Iesu, quam diligenter expendit, quam distinctè enumerat necessitatem turbæ, periculum que eius cupit auertere. Anima dixerit quod secum triduo iam manserant se continuo secuti. Sciebat eis quoque cibum deesse, tam propter loci inconuenientiam, quam quia quæ portauerant secum absumpta erant. Videbat igitur in se totam repositam auxilij spem, vt miraculo subueniret. Et obserua, quomodo hæc omnia explanat Apostolis quasi futuri miraculi prænunciatis causam, hoc est, ipsam necessitatem. Voluit enim nos docere, non præsumere de singulari miraculo expectando, vbi humano modo adesse nobis potest remedium, quo utimur. Quod si defuerit, totos nos proiciamus in bonitatem Dei. Cum enim (vt inquit rex Iosaphat) ignoramus quid facere debeamus, hoc nobis residuum est, vt manus nostras ad Deum in cælum leuemus. Nullo enim pacto Deus noster nos deseret, vbi aliud à nobis aut à creatura auxilium habere non possumus. Aut enim eripit nos, aut subuenit, aut facit vt inter pericula simus absque periculo. Quod si tantum tibi esset periculum, aut etiam nihil aliud expectes, nisi subueniret Deus, quam mortem, confide filii, quia Deus te non derelinquet. Non tamen putes quod seruet semper te Deus à periculo mortis, sed quod te à malo & periculo quod tu formidas, eripiat. Nam cum sis mortalis, oporteatque te alioqui mori cum placuerit Deo, si te modo permittat mori, vel ex fame, vel ex frigore, vel alia necessitate, nec te liberet, quomodo velles liberari, liberabit te ab alio malo grauiori, & hoc per mortem, à qua, si sapiens fores, non cupies nisi ad Dei gloriam liberari. Qui enim tu scis, an magis tibi expediat vita quam mors? Cum ergo nescias, illi committe & crede eum facturum, quod tibi nouerit vtilissimum, Neque enim non nouit, neque abnuic bona data dare filijs suis, præsertim

confi-
quoc
tibi f
liber
alim
confi
cont
hor
com
reme
cunct
Et
fatu
No
mira
quar
ante
beran
benig
aut in
bipst
qui ig
dilin
enim
latim
suam
discip
Et
pten
Vic
& dia
trobi
cus &
discip
semel
tus, co
subue
ad tu
exhib
quoq
res pr
de pa
limo
nes.
verbi

confidentibus in se. Crede igitur, si in illum speraueris, ab omni malo à quocunque humana non poterit liberare industria, te liberabit. Quod si tibi salubrius fuerit pati, aut mori, quam ab horum utroque liberari, non liberans liberabit te. Non, inquam, liberans te ab hoc malo, quod malum æstimas, liberabit te à grauiori malo, quod ignoras. Innitere igitur plena confidentia super diuinam bonitatem, eiusque prouidentiam: non tamen ita, ut contempnas aut negligas quærere aut admittere consilia humana. Nam in hoc quoque, quod uteris remedio consiliove naturali, Deo te expedit ut committas, rogans illum, ut aut remedium suffragari tibi hoc faciat, aut remedij fructu te destitui, quomodo cunque illi placuerit. Hoc si feceris, in cunctis diriget te Deus.

Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine?

Notatur hic discipulorum adhuc rudium imperfectio. Viderant enim miraculum de quinque panibus (quod ab hoc aliud fuit) & duobus piscibus, ^{Ioan. 6.} ^{Matth. 14.} quantam scilicet turbam his Christus saturauerit. Viderant quoque paulo ante, quam multa signa & miracula in languidos fecerat, omnes sanans liberansque, à quacunque detinebantur infirmitate. Sed inter hæc vide, qua benignitate vitur Dominus Iesus erga illos. Neque enim eos ignorantiæ aut imperfectiõnis coarguit, sed re ipsa, ac miraculo, illos instituere vult, sibipsumque eos ostendere. Volebat nihilominus docere, quam patienter eos qui ignorant aut imperfecti sunt, conuenit nos quoque portare, ac magis ^{Instructionis} ^{modus opti-} ^{mus.} dissimulanter quam torue aut dure eorum ignorantiam instruere. Nulla enim instructio melior est, quam ea, quæ non cum impetu infertur, sed paulatim sensimque introducit, dum errans aut ignorans eo perducitur, ut suam ipse errorem deprehendat. Hoc modo non raro Christus vitur ad discipulorum instructionem.

Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram.

Vides, quanta vitur similitudine prioris miraculi de quinque panibus & duobus piscibus? Nam ut ibi hic eos interrogat quoque, & vniiformi vtroque vitur modo loquendi. Est etiam in utroque miraculo par & locus & causa. Per hanc igitur similitudinem & rei & locutionis Dominus discipulos excitare voluit, quo prioris recordarentur miraculi, quomodo ^{Marc. 6.} ^{Ioan. 6.} semel in deserto quoque saturauerit quinque millia. At illi nihil considerantes, cogitabant tantum de humana prouidentia, quæ tamen illis non poterat subuenire. Sciebat & ipse Dominus indubitaram possibilitatem naturalem ad turbam tantam pascendam. Nihilominus tamen antequam miraculum exhiberet, dixit: Misereor super turbam, & cætera, prouocare discipulos quoque volens ad misericordiam, ut pro esuriente turba rogarent memores prioris miraculi. Quod cum non intelligerent, interrogauit eos Iesus de panibus, quo tandem manifestum fieret, ex villa aut vico nullam esse alimoniam administratam, sed septem duntaxat in tanta turba mansisse panes. Disco hic, quantum desiderium, quantaque suauitas in turba fuerit verbi Dei, quæ adeo spiritali fuit refectioni intenta, ut corporalem oblita

Matth. 13.

fuerit sumere cibum. Siquidem (vt dixi) in tanta multitudine non vltra septem inueniebantur panes. Est quoque non dissimulanter prater eundem, quod Apostoli ad gloriam Christi, vt in Euangelista Mattheo, qui idem hoc miraculum narrat, liquet, non erubuerunt suam confiteri ignorantiam suamque imperfectionem. Dicitur autem hic, quod turbæ discumbere sunt iussæ super terram. In priori enim miraculo circa festum Paschæ, quando quinque satiavit hominum millia, discubuerunt super fœnum. Tunc enim in calidis illis regionibus fœnum seu gramina secanda pro fœno multæ erant in loco, quæ tempore nunc æstiuo propter solis ardorem nusquam erant.

Ioan. 6.

Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit & dabat discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi.

Dona Dei benedicere quid sit.

Vide quam studiose vbique suo nos exemplo instituit, vt eo maxime tempore, quando Dei dona sumimus, Deo gratias agamus, donaque eius benedicamus: quod nihil profecto aliud est, quam vt oremus, vt sumptio illius rei quæ benedicitur, ad Dei gloriam, & ad vtriusque hominis percipiatur salutem. Vnde manifesta fit impietas hæreticorum dicentium cibos & aquam, sal quoque & id genus similia, quæ benedicere consuevit Ecclesia, non benedicenda, sed benedictiones has iniuriam esse creatoris, qui creauerit omnia bona, & iuxta Apostolum, omnem Dei creaturam esse bonam: ideo in contumeliam creatoris inquit fieri, si benedicatur aliqua creatura, quasi ante benedictionem crediderimus hanc fuisse malam.

1. Tim. 4.

Si itaque benedictio huiusmodi Dei iniuria est, maxime iniurius erit in Patrem suum Christus Dei Filius, qui postquam creata à Patre omnia dicta sunt bona, benedicere præsumperit quædam, tanquam meliora eadem sua benedictione facturus.

Genes. 1.

Sed absit vt creaturam Dei putemus malam, quia nec Christus hoc arbitratus est, nec ita benedixit quasi qui malè factam benedicendo reformare vulerit. Sed hoc, quod benefactum est à Deo, benedicit vt ad vsum nobis non proueniat insalubrem. Hoc modo nos quoque benedicimus, non creaturam quasi malam corrigere præsumentes, sed hoc benedicendo oramus, vt per vsum creaturæ huius benedictionem nos à Domino accipiamus cælestem, nobisque ad animæ & corporis eius sumptio proueniat salutem.

Creaturas Dei quomodo benedicat ecclesia.

Cæterum, quod quædam alia vt aquam benedictam, sal & similia, quibus magis ad deuotionem quam ad corporalem vimur sustentationem, benedicimus, per virtutem orationis, nobis certum aliquid donari à Deo petimus, quod quilibet hac creatura vsum fuerit, percipiat. Sunt igitur exorcismi in Ecclesia vsum & benedictiones, puta ciborum, pomorum, carcerum, frondium, herbarum & huiusmodi, non aliud quam orationes Ecclesiæ quas sacerdos minister nomine totius populi fundit ad Deum, & virtutem effectumque ac beneficium humilantibus se ad huius creaturæ perceptionem, & in fide hoc ipsum, ad quod consecratum est, postulantis impetrat.

Benedictiones & exorcismi Ecclesiæ quid efficiant.

Verbi gratia. Aqua benedicitur in Ecclesia ad repellendas satanæ (vbicunque respersa fuerit) machinationes, noxia quoque ac pestifera alia auertenda. Qua qui fuerit vsum, hoc propter quod consecrata est aqua, & quod sacerdos in persona Eccle-

Aquam cur & ad quid benedicat ecclesia.

Ecclesie Deum rogauit, si tamen in fide usus fuerit, assequeretur. Quod nisi foret, quomodo verum esset quod Christus dicit *Quicquid orantes petitis, fiet vobis?* Item quæ: *Quicquid Patrem petieritis in nomine meo, dabit vobis:* quando hoc quod Ecclesie nomine & in persona omnium petitum est, non auditur? Sunt ergo benedictiones harum rerum, vt dixi, orationes, quæ Deo humiliter porrectæ & in fide postulata, ex fide quoque vt oportet in vsum sumpta, benignè à Domino exaudiuntur.

Marc. 11.
Ioan. 16.

Et manducauerunt, & saturati sunt. Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas.

Manducauerunt & saturati sunt ex septem panibus Domino eosdem multiplicante. Non crederentur autem qui manducauerant saturati, nisi de fragmentis quæ appetitum superauerunt manducantium, vt comedere plus hac vice non possent, septem colligerentur sportæ plenæ. Siue sportæ ibi fuerint, siue non fuerint (habet enim quæstionem apud curiosos, vnde sportæ venerint ad solitudinem seu eremum) tot fragmenta panum collecta sunt, vt sportas septem possent implere. Non est tamen a deo inconueniens, sportas ibi fuisse. Siquidem inter tot hominum millia non pauci, sed ferè omnes aut viaticum secum acceperunt, aut de viatico aliorum, quod vicini, amici vespenserant, sustentati sunt. Vnde enim vsque in tertium diem fuissent Dominum secuti in solitudinem, nisi panes secum sumpserunt, quos comederent? Non ergo dubium est, multos sumpserunt pro se & suis necessaria, vt duobus reficerentur diebus, alijsque non habentibus participarent. Si itaque quod necesse erat, cibos & panes secum sumpserunt, quid mirum, si cophinos aut sportas quoque habuerint, quibus necessaria secum deferrent? Puerilis igitur & ridicula est interrogatio, vnde sportæ ad eremum venerint, cum non solum verisimile, sed necessarium videatur, sportas adfuisse apud eos, qui cibos portauerant pro his, quos ex vno pago, aut vna familia, aut certè ex vna domo familiaritas aut necessitudo contraxerat. Quamdiu igitur panibus cibo ve occupata alio erant sportæ, portabantur cum turba vsque in solitudinem. Porro cum tertia die omnes essent emacuatæ, tu miraris, vnde venerint cophini aut sportæ? Certè potuit fieri, vt tantam multitudinem sequerentur, qui panes ferrent in sportis venales, suumque ex turba quæstum agerent. Quibus panibus omnibus vsque ad septem consumptis, Christus eos, qui absque periculo iam non poterant reuertere, misericordissimè satiauit.

Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia, & dimisit eos.

Euangelista Matthæus explicat quatuor millia, quia ista est libertas sacræ Matth. 5. scripturæ, vt minutias numeri parum curet. Siue enim in modico exuperet, aut paulo minor sit numerus quam narratur, nihil contra veritatem est. Quia tametsi discrepantia aliqua in locis alijs sacræ scripturæ inuenta fuerit, si modicissima (puta in numero aut loco) sit variatio, nihili pendenda est huiusmodi contrarietas. Neque enim in huiusmodi multum pensi habet scriptura. Iam filij nobis videndum est, quæ turbæ huius deuotionem unitemur triduo Dominum vsque ad inediam sequentis. Sequamur nos

V V V quoque

T. V
21

Sequitur Iesum
in desertum
quomodo de-
beamus.

Triduo sequi
Christum qd.

Ioan. 8.

Ecccl. 12.

quoque conuersi ad Dominum, oportet. Sequamur autem in desertum, col-
ligationem peccatorum peccandi que occasionem omnem relinquentes. In
nouitate enim vita hoc modo ambulantis, & nouiter conuersis, nihil tam
est necessarium, quam abstractam ab hominum familiaritate, à sociali con-
uersatione, ab inutili denique occupatione vitam agere. Sequamur autem
triduo. Prima sit dies, qua gementes peccata nostra cuncta plangamus, ge-
mendo, confitendo, & poenitentia opera faciendo. Secunda dies sit, qua pro-
positum firmemus contra omnem peccatum, contra omnem malum, & contra
hoc quodeunque non placuerit Deo. Tertia dies sit, qua studium imitatio-
nis vite Christi sumamus, ut que placita sunt ei, faciamus semper. Histi-
bus diebus filij, quibus non insipienter occupabitis totam vitam uestram, si
Christum fueritis secuti, si illum fueritis preestolati, cibabit vos pane vite,
reficiet cibo caelesti: quo confortati, redibitis in patriam uestram, vnde ex-
cidistis, perpetuae felicitatis. Quod nobis omnibus largiatur piissimus Do-
minus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnat
Deus benedictus, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

*Septem Dei beneficia meditata, ut panes corpus, animam reficiunt: qua-
drifariamque quomodo Dominus miseretur. Et de octo huius
Euangelij documentis.*

Operu Chri-
sti prerogati-
ua quæ.

Miraculi hu-
ius sensus
myricus.
1. Tim. 1.
Math. 9.
Lucæ 5.
Ioan. 11.
Matt. 11.

Cum turba multa esset cum Iesu, ne haberent quod manducarent, conuocatis
discipulis ait illis: *Miserere super turbam.* Marci VIII. Non vnum dila-
taxat, sed multa docet nos Dominus Iesus in quouis operum suo-
rum. Eius enim opera præ alijs operibus omnibus hoc habent, ut nullum
sit quod scandalizet, nullum sit quod non ædificet, nullum quod non lo-
quatur & doceat. Quapropter nullum est miraculum Christi, quod non su-
pra hoc, quod est miraculum, potentiaque diuinæ signum, aliquid instruat,
doceatque contemplantem, id quod modo in hoc quoque contingit mira-
culo. Nam iuxta literam historix Dominus Iesus quatuor millia homi-
num esurientium satiauit panibus septem. Nec tamen hoc adeo est insolu-
tum potentia eius diuinæ. Siquidem quis alius feminis grana modica mul-
tiplicat in terram iacta, facitque ut cum incremento maximo reddantur in
messe, nisi qui hodie ex paucis panibus hominum maximam multitudinem
pauit? Quod ergo ex granis facit paucis quotidie, hoc iam pridem, & nunc
iterum, ex paucis panibus fecit. Est tamen aliud quoque, quod aut hoc mi-
raculum loquitur, aut in hoc miraculo, iuxta spirituale sensum intelli-
gitur. Dominus enim Iesus in hunc mundum venit peccatores saluos facere,
colligere dispersos, & reducere errantes. Veniens itaque cepit prædicare, &
confluxerunt ad eum turbæ multæ. Vnde cunq; enim venerunt qui pole-
cerent opem & consilium ab eo, omnes benignè recepit, misericorditer ad-
iuuit, & sapienter docuit. Sequuta sunt igitur illum turbæ multæ, puta ex Lu-
dæis, ex gentibus, & ab initio nascentis Ecclesiæ vsque in finem. Quotquot
autem sequebantur illum, cum eo profecti sunt in desertum seu in solitu-
dinem, quo segregati à conuersatione generali hominum, subducebant se
quo-

quoque omni occasione peccandi. Qui enim peccandi renuit vitare occasio-
nes, non dicitur continere velle à peccato. Est igitur propter innocentiam
vita abstracta ac solitaria quaerenda. Est nihilominus alia causa propter
quam quaerenda est vita abstracta ac separata, puta vt ibi diuinum instin-
ctum liberior inspirationesque sacras percipiat homo. Neque enim in so-
litudine mundo seruitur, vt in ciuitate. Hoc tamen maxime de solitudine
intelligitur cordis, quæ occupationes excludit mundi. Propterea in Osee
dicit Dominus: *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Vides itaque
urbas, miserebatur. Et nisi profecto misertus esset nostri, venissetque ad
nos, perissemus omnes. Fuit igitur eius aduentus præcipue nobis necessa-
rius, vt Apostolus ait: *Deum qui diues est in misericordia sua propter nomiam chari-
tatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, caritatem sic aut nos in Chri-
sto, cuius gratia saluati estis.* Quod autem dicit inter eos esse, quorum miseretur
quosdam, qui de longè venerunt, significare vult nos peccatores gratiores,
quibus dicit Apostolus: *Vos qui longè eratis aliquando, nunc prope facti estis in san-
guine Christi.* Tres autem dies penitentia sunt exercitia, vt quicquid co-
gitando quicquid loquendo quicquidve operando deliquimus, quasi tri-
bus diebus stendo & gratiam Dei suspirando diluamus. Possunt nihilomi-
nus per tres dies, tres intelligi ætates hominum: Pueritia, Iuuentus & Sen-
ectus. In quibus si Christo quis inseparabiliter adhererit, ad refectionem
caelestis perueniet conuiuuij. Interim tamen in deserto penitentia reficiet
nos septem panibus. Qui sunt inquis, panes isti septem? Dico septem sunt
beneficia Dei, quæ in mente dum recoluntur, reficiunt & satiant. Primum
est, quod à Domino Deo nos esse creatos scimus: & hoc non ociose, sed vt
hic ipsum diligamus, illi seruiamus, nos illi subijciamus. Ipsum inquam,
Deum & creatorem nostrum, nos verò miseræ eius inutilesque creaturas
intelligamus. Creauit autem nos, vt participes nos suæ æternæ beatitudi-
nis faciat. Vide iam fili, an non reficiat hic panis, quando meditatio tua
circa hoc occupatur, vt sentias quanta dulcedine, quanto amore, quan-
toque misericordiate, cum non esses, vt esses, fecit. Et ad quid te fecit, ni-
si vt illum cognosceres, cognoscendo amares, amando illo fruereris? Vide
igitur quanti habitus sis à Deo, qui tibi dedit esse, vitam, animam rationa-
lem æternæ beatitudinis capacem. Secundus panis est quod te præciosiss-
simi Filij sui sanguine redemit. Cum enim necdum esses, cum inimicus
esses, cum mox natus filius æternæ eses damnationis, prouidit tibi quo
damnationis huius effugeres sententiam. Siquidem pro te passus, crucem
& mortem sustinuit, cuius in baptismo te participem faciens sibi incor-
porauit, vt posthac omnia eius merita sint tua, sisque filius ei adoptio-
nis æternæ. Tertius panis est, vt mediteris, quanta misericordia & beni-
gnitate te peccantem dissimulauit, sicut Apostolus dicit: *An ignoras o ho-
mo quod benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Quod putas iam in
inferno æterno supplicio damnatos, qui paucioribus quam tu, peccatis
Deum offenderunt? Vnde tibi igitur, vt te peccata peccatis cumulate,
tanto tempore tecum dissimularetur, tanto tempore parceretur, & hacten-
us penitentia expectaretur? Si hæc rectè meditaris ac expendis, omnia
membra tua merito tremant dum vides singulari huc vsque admirabi-*

Vita solitaria
cur præcipue
quaerenda sit.

Osee 2.

Ephes. 2.

ibidem.

Tres dies
mythice quid.

Ætates ho-
minum tres
quæ sunt.

Panes septem
mythice qui
sunt.

Ad quid De-
us hominem
creauit.
Col. 3.

Augustin.

Beneficium
redemptio-
nis quanti æ-
stimandum.
Galat. 3.
Apoc. 3.
1. Petri 2.

Dissimulauit
vii Deus nos
peccantes.
Rom. 2.

Ezech. 18.

liqué misericordia ad pœnitentiam te seruatum. Audi igitur vocem Dominicam, audi vocem Patris: Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Vide igitur vt huic misericordissimæ expectationi tuæ respondeas quoque, eo perfectius te ad Deum conuertens, eo diligens illum frequentius, atque humiliter te, hoc est ingratitude tuam deflens, quo tardior ad eum fueris reuersus. Quam liberalis, quanque gratuita est super me misericordia tua Domine (ait sanctus Bernardus) Ego peccabam, & tu distulabas: ego non continebam à sceleribus, & tu ab vltione abstinebas: prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu Domine prolongasti pietatem tuam. Quartus panis quem ruminas, quoque reficiaris est, quod quamuis ingratum, quamuis delinquentem, non tamen beneficijs suis Deus te destituit. Pauit te, à periculis eripuit & custodiuit te, gratiam hominum, fauores, tranquillitatem, sanitatem, & reliqua id genus beneficiorum munera innumera tibi tribuit. Si quid denique ei acceptum feceris, ad illum nunc conuersus, non minus id gratum erit illi, quam si nunquam peccasset. Postremo operibus tuis bonis ac virtutibus, non minus, quamuis deliqueris olim grauitate, te pœnitente retribuet, quam daret innocenti, si ad operandum modo æqua te excitauerit charitas, quæ excitauit innocentem. Neque enim imputat Dominus peccatum, vt minus accepto ferat, quicquid à pœnitente, quam quod ab innocente offertur modo charitate id pari fuerit effectum. Imo crede mihi, non minus amat Deus eum, qui post multa scelera ad ipsum redit pœnitens, quam eum qui nunquam peccauit. Quamuis de retributione futura (quandoquidem merita plerunque sunt dissimilia) hoc sentiendum est, vnumquemque rezepturum iuxta opera sua, non vt in pœnitente peccata dimissa damnentur, sed vt bona opera in vtroque iuxta mensuram suam coronentur: mala autem aut hic, aut post hanc vitam purgantur. Propterea hunc panem ruminans: Quid dicam, quidam inquit, ò bone lesu de tua misericordia, qui non minus conuersum peccatorem diligis, quàm innocentem. Quintus panis est, quod diligentibus Deum omnia facit cooperari in bonum. Vide & expende hic fidelitatem diuinam. Siue enim agas, siue patiaris, si modo ad Deum toto fueris conuersus corde, ipse faciet vt non solum bona, verum etiam peccata tua tibi occasionem operetur boni maioris. Sextus panis est, quem manducabis, si meditatus fueris Dei bonitatem & benignitatem erga te. Nam bonam voluntatem, vbicumque defuerit facultas operandi, pro opere suscipit Deus, computat atque coronat. Si quidem bonorum fructum non egens, bonam recipit voluntatem. Voluntas autem tunc bona est, si nullum bonum quod agere valet, imperfectum relinquat. Septimus panis est vltima refectio æternæ felicitatis. *Quam magna, inquit Psalmista, multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti inuentibus te.* Perfecisti eis qui sperant in te. *Inebriabuntur enim ab vberitate domus tue, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Meditare igitur, quando post multas huius vitæ miseras, post labores & sudores requies beata dabitur, quam dulcis erit vox illa: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Interim autem filij hos panes septem in deserto huius vitæ comedite, aut cultateque ad Domini vocem dicentis: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Hi enim panes septem probe masticati excitabunt

Bernardus.

Beneficijs vti Deus peccantes non destituerit.

Prover. 4.

Rom. 2.

Electis vti omnia cooperentur in bonum. Roman. 8.

Bonitas & benignitas Dei erga homines quantitas

Psalm. 119.

Veritas boni dicens quæ sit.

Psalm. 119.

Psalm. 119.

Beatus dicens quæ sit refectio.

Matth. 11.

Matth. 11.

Deus vii
quadrifariis
miseretur.

Eccle. 11.

Psalm. 11.

Eccle. 12.

Peccatores
quomodo di-
ligat Deus.

Augustin.

Lucæ 5.

Eccle. 16.

Lucæ 15.

Prover. 8.

Miseretur
vii indecimen-
ter Deus.

Psalm. 101.

Judith 7.

Judith 2.

Abacu 3.

Miseretur
vii Deus abun-
danter.

Ephes. 2.

Augustin.

1. Pet. 2.

tabunt & comedenti appetitum, & gustui saporem præbent. Est itaque misericordia Domini super nos magna nimis, quippe qui quadrifariam miseretur. Primo namque miserendo non accipit nec respicit personam cuius miseretur, quia absque respectu & discrimine miseretur omnium, sicut scriptum est in Ecclesiastico dicente: *Miserati hominibus circa proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem.* Sive enim peccator, sive poenitens, sive iustus fueris, non te abscondes à calore dilectionis eius. Diligit enim omnes, ideo miseretur omnium. Verùm, si dicis quomodo peccatores diligit, cum scriptum sit: *Aliis in odio habet peccatores:* Dicendum: Deus non diligit peccatores, iuxta hoc quòd sint peccatores, nec propterea, quia sunt peccatores, sed eos qui modò quidem peccatores sunt, ideo diligit, ut diuinam dilectionem erga se & misericordiam sentiètes, fiant non peccatores: imò ut faciat eos non peccatores, hoc est, poenitentes. Nam teste Augustino: Si Deus peccatores non dilexisset, de calis ad terram non descendisset. Quod ipse quoque testatur dicens: *Non exorauerunt pro peccato suo, aut qui gaudent, qui destructi sunt, confidentes sua virtuti.* Secundo, miseretur poenitentibus: Quomodo enim poenitentium non miseretur, quomodo eos non diligeret, quando quidem Angelis Dei testatur esse gaudium in celo super vno peccatore poenitentiam agente? Tertio diligit iustos, sicut ait in libro Proverbiorum: *Ego diligentes me diligo.* Secundo, miseretur Dominus indecimententer, nec peccatis vincitur humanis, sicut scriptum est: *Miseretur autem Domini ab aeterno & vsque in aeternum super inimicibus eum.* Neque enim misericordia eius principium habet neque finem. Et ideo Judith mulier sancta Oziam reprehendit, quod Domino tempus constituerat miserendi, dicès: *Hos quinque dies expectemus misericordiam à Domino.* In quibus scilicet si nihil recipimus auxilij à Domino, trademus nos hostibus. Reprobavit autem hoc Judith, dicens: *Vos qui estis, quærentis Dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet & suorem accendat.* Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei? Semper itaque miseretur Dominus, Abacuc propheta dicente: *Cùm iratus fueris, misericordiam recordaberis.* Tertio miseretur Deus abundanter, quia diues est in misericordia. Quod Anselmus explicat, dicens: *Quid misericordius intelligi valeat, quàm quod peccatori æternis tormentis deputato, & non habenti unde redimat se, Deus Pater dicat: Accipe unigenitum meum, & da pro te? Et ipse Filius: Tolle me, & redime te? Non defuit enim Deo modus alius nos redimèdi, quàm ut moreretur pro nobis. Sed Deo placuit ostendere charitatem suam erga nos immensam, quàm euidentius monstrare nõ potuit, quàm moriendo pro nobis, & nostra debita sua morte soluendo.* Quarto, miseretur Deus conuenienter. Neque enim ad peccata miseretur,

T. V
21

Miseretur
quomodo
Ihes con-
uenienter.

Tob. 13.
Documenta
ta huius Eu-
angelij octo.

Prover. 16.

Ad pietatem
Christi que-
nam moue-
riur.
Beneficia
quæa Chri-
stus turbis
exhibuit.
Math. 5.
Luc. 5.
Math. 14.

Luc. 11.
Luc. 12.
Marc. 7.

Panum nu-
merus my-
stice quid
figuet.
Ioan. 6.
Di combere
super terram
quid mystice
Eiaie 1.
Math. 19.
Marc. 10.
Luc. 13.

Geatig vi sint
Deo agenda.

Benedicere
cibum vt de-
beat mus.

1. Timoth. 4.

Piscis my-
stice quid
figuet.

neque delinquentibus conuiuet. Miseretur quidem peccanti vt respiciat, sed non vt in peccatis peuseueret. Iuste igitur & verè loquebatur sanctus To- bias, dicens: *Ipsi castigauit nos propter iniquitates nostras. & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.* Postremo, sciendum in hoc esse Euangelio octo, qua nos edificat. Primum, quod quasi consilium capturus Dominus cum discipulis eos conuocat, atque quomodo sit turbæ succurrendum, tractat. Sunt enim qui circa iniuriam aut ignominiam sui non fieri putarent, si alios cõsulerent. De his in Proverbij dicitur: *Vidisti hominem sibi sapientem videri, magis spem illo habebit insipiens.*

Secundum, quod ad pascendam turbam Dominum mouit, non vanitas, sed pietas. Misereor, inquit, super turbam. Pietatem autem Saluatoris mouere poterant multa. Facile enim moueri poterat, qui suapte natura pi- entissimus est. Primum quod ad miserendum inuitabat Dominum, erat tur- ba, in qua multi eius erant misericordia digni, multi ei deuoti, multi boni, multi simplices & verecundi. Quare magis mouebatur. Inuenimus enim Christum turbis sæpius beneficia impendisse. Verbi gratia: Beneficium pri- mo exhibuit instructionis. De quo Mathæus: *Videns Iesu turbas ascendit in montem &c.* Et alibi: *Construerent turbam Iesum, vt audirent illum, &c.* Benefi- cium item exhibuit sanationis. De quo item Mathæus: *Exiens, inquit, Iesu, vidit turbam multam, & misertus est eius, & curauit languidos eorum.* Tertiū fu- it beneficium corporalis refectiois, de quo in hoc auditur Euangelio. Sec- undum quod inuitabat Christum ad miserendum, est quod triduo Iesum sustinuerant, seu cum eodem perseuerauerant. Perseuerantia nanque & ro- gandi importunitas impetrat citius. Vnde habemus in Euangelio, exem- pla parabolica, de amico veniente de via, de iudice iniquo & vidua, qui om- nes perseuerando quod petebant, obtinuerunt.

Tertium quod inuitabat Dominum, erat turbæ indigentia seu necessi- tas, quia non habebat quod manducaret. Quartum quia laborauerunt. Qui- dam enim de Iongè venerunt. Quintum, quia laboraturi erant, & periculo exponendi, si Dominus non recideret eos. Ideo dicit: *Deficient in via, si di- misero eos ieiunos.* Sextum quia erant in solitudine, vbi humano non poterant consilio mederi fami. Tertium, quod edificat, est numerus panū mysticus. In prima refectioe turbæ, hoc est, in veteri testamento ex quin- que sunt panibus satiati, qui Mosi libros quinque significant: hic verò septē fuerunt, tempus indicantes gratiæ, quo septem donis iam Spiritus sancti cõ- fortamur. Quartum, quod edificat, est quod discumbere hic iubentur super terram. In maiori enim astimatione temporalia legis tempore erant, vt po- te quæ Deo seruentibus remuneranda promittebantur. *Si volueritis* (inquit) *& audieritis me, bona terra comedetis.* At in noua lege terrena omnia suadetur contemni, sub pedibus esse, calcari, relinqui, contemni, & pauperibus distri- bui. Quintum, quod gratias egit, docens nos dona Dei cum gratiarū actio- ne percipere. Sextum quod benedixit cibum, vt nos cibum quoque bene- dicamus orantes, quo eius saluber sit usus. Vnde de cibo Apostolus loquens: *Sanctificatur enim, inquit, per verbum Dei & orationem.* Septimum, quod ius- sit apponi pisces, haud dubium pro condimento refectiois: quo intelli- gitur discretioem optimum esse in omni opere bono condimentum. Aut

Septi-

Septimum est quod iussit ea, quibus turba erat reficienda, per Apostolos apponi, quo cognoscamus quicquid per prælatos nostros circa nos agitur, ad salutem nostram pertinens, haud aliter accipiendum esse nobis quam à Deo. Neque enim in prælatis nostris humanam debemus aspiciere industriam, sed providentiâ contemplari diuinam, ut eos diligamus, reuerentiamur, illisq; obediamus, quos nobis præposuit Dominus rectores, patres, & promotores nostræ salutis. Ostaui, quod multiplicando panes adeo turbam satiavit, ut plura quam essent apposita, superessent: quæ colligi utpote in usum pauperum distribuenda, mandauit, volens nos beneficijs suis resectos non immemores fore pauperum, ut in Euangelio quoq; monet, dicens: *Verum amen quod superest, date eis emofynam, & omnia munda sunt vobis.* Filij charissimi, accipiat exemplum deuotionis ex turba illa, quæ toties, continuèq; sequitur Dominum præ desiderio audiendi verbum diuinum. Audiatis igitur vos quoq; cum desiderio verbum Dei. Detractores & blasphemiam hereticorum, vesicas suas (quibus nihil præter aerem inest) inanes exufflantiu, non sunt verbum Dei. Scitur quid sit verbum Dei: Nempe quod conforme est moribus & operibus Christi. Neq; enim aliud docuit, & aliud fecit Christus: sed scriptum de eo legimus, quod

Eccle. 17.
Multiplicatio panu quid inueniet.
Luca 21.

Act. 1.

Ioan. 8.

DOMINICA VIII. POST DOMINICAM S.
Trinitatis Epist. B. Pauli Apostoli ad Rom. VIII.

Debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruuus iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ante verba lectionis huius dixerat Apostolus Romanis: *Vos autem non in carne estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Qui si fuerit spiritus in nobis, ex debito tenemur non seruire carni, ut satisfaciamus consentiamusve eius concupiscentijs, quamuis teneamur eius infirmitatibus necessitatibusq; in administratione victus vestitusq; curam tanquam animæ instrumento administrare. Itaque debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. Non enim ita sumus debitores carnis, ut curam

T. V
21

Rom 7.
1. Timot. 1.

carnis faciamus in desiderijs. Si enim, inquit, secundum carnem vixeritis, desiderijs carnis acquiescentes, moriemini, ea scilicet morte, qua vidua in delicijs viuens mortua dicitur, & quæ damnationem recipit æternam. Si autem spiritu, id est, gratia & virtute Spiritus sancti, aut ita: Si spiritu, id est, iudicio rationis opera carnis mortificaueritis, viuetis vita gratiæ, qua intelligitis non substantiam, sed opera ac vitia carnis damnari. Sunt autem opera seu actus carnis, & sunt fructus spiritus. Charitas fructus spiritus est, odium actus carnis. Charitate igitur si mortificatur odium, spiritu dicitur mortificari actus seu opus carnis. Ad hanc autem mortificationem suadet, excitat, & impellit spiritus Dei. Porro, quicumque spiritu Dei aguntur seu impelluntur, hi sunt filij Dei. Neque enim prorsus hi nihil agunt boni, sed ne nihil agant boni, aguntur à spiritu Dei. Hoc modo vobiscum quoque agitur, quare desideria carnis vestra mortificantes filij estis Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum sicut olim sub lege (quod seruatorum erat) in timore Lex enim vetus accepta fuit in timore, dum iustitia non amabatur, propter quã lex seruaretur, sed pœna timebatur. Iam verò sub lege gratiæ non in timorem datur nobis spiritus, sed in dilectionem, ne serui sed filij potius simus. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo Deo clamamus: Abba pater. Duo hæc nomina sunt, sed idem significant. Alterum enim, puta Abba, Hebraicè sonat patrem, alterum Latine ex Græco translatum, & significare vult nobis tanquam filios adoptionis, spiritu ad Deum affectuosè nos agi, in quo charitate ardentes dicamus: *Pater noster qui es in cælis*. Sequitur, Ipse enim spiritus adoptionis testimonium perhibet, id est, nos cognoscere facit, vt consecuti remissionem peccatorum, deindeq; bene agentibus filij simus Dei. Tantum superest, vt quemadmodum imaginem portauimus terreni patris, ita portare satagamus cælestis Patris imaginem. Est itaque inter dona Spiritus sancti vnum hoc haudquaquam infimum, quod testimonium reddit spiritui nostro, quoddè Dei filij sumus. Si autem filij sumus Dei, sumus quoque hæredes Dei. Quorum enim nisi filiorum paternam est hæreditas? Sumus igitur hæredes quidem Dei, id est, bonorum eius infinitorum sempiternæque beatitudinis, cohæredes autem Christi.

Galat. 5.

Math. 6.

1. Cor. 13.

Ad hanc autem mortificationem suadet, excitat, & impellit spiritus Dei. Porro, quicumque spiritu Dei aguntur seu impelluntur, hi sunt filij Dei. Neque enim prorsus hi nihil agunt boni, sed ne nihil agant boni, aguntur à spiritu Dei. Hoc modo vobiscum quoque agitur, quare desideria carnis vestra mortificantes filij estis Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum sicut olim sub lege (quod seruatorum erat) in timore Lex enim vetus accepta fuit in timore, dum iustitia non amabatur, propter quã lex seruaretur, sed pœna timebatur. Iam verò sub lege gratiæ non in timorem datur nobis spiritus, sed in dilectionem, ne serui sed filij potius simus. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo Deo clamamus: Abba pater. Duo hæc nomina sunt, sed idem significant. Alterum enim, puta Abba, Hebraicè sonat patrem, alterum Latine ex Græco translatum, & significare vult nobis tanquam filios adoptionis, spiritu ad Deum affectuosè nos agi, in quo charitate ardentes dicamus: *Pater noster qui es in cælis*. Sequitur, Ipse enim spiritus adoptionis testimonium perhibet, id est, nos cognoscere facit, vt consecuti remissionem peccatorum, deindeq; bene agentibus filij simus Dei. Tantum superest, vt quemadmodum imaginem portauimus terreni patris, ita portare satagamus cælestis Patris imaginem. Est itaque inter dona Spiritus sancti vnum hoc haudquaquam infimum, quod testimonium reddit spiritui nostro, quoddè Dei filij sumus. Si autem filij sumus Dei, sumus quoque hæredes Dei. Quorum enim nisi filiorum paternam est hæreditas? Sumus igitur hæredes quidem Dei, id est, bonorum eius infinitorum sempiternæque beatitudinis, cohæredes autem Christi.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ OCTA-
ua post Dominicam sancte Trinitatis, Matthæi VII.

Math. 7.

ANte huius præsentis Dominicæ Euangelij verba, vt idem Euangelista refert, præmonerat nos Dominus, quo tendamus intrare per angustam portam in regnum cælorum. Plurimi enim volent, aut putabunt, inquit, se introituros, sed non introibunt. *At illa enim, inquit, est via qua ducit ad vitam, & pauci ambulant eam.* Ne itaque putemus eos, qui simulant sanctitatem, esse qui contendunt angustam portam intrare, aut intrare, & propterea illis nimium confidamus, quasi his qui ambulent in veritate, recipiamusq; impia eorum dogmata, quibus seducamur, monet nos non nimium illis tribuere, donec videamus, quem fructum eorum simulata opera pariant. Possunt enim ad tempus simulatores se palliare, sed non diu fieri potest, quin prodantur fructus: vnde tandem vita & eruditio eorū ex Deo non esse deprehendatur. Dicit itaque Christus:

Atten-

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Prophetas hic non eos nominat, qui futura iuxta prophetarū morem sub veteri testamento prænucciabant, sed eos magis, qui prophetarū oracula nobis exponunt, eorūque referunt sensum, & sacram nituntur elucidare scripturam. Horum enim quosdam præmonet vitandos, quos prophetas falsos nominat, & doctores falsos vocat doctores peruersos, qui animarū corruptores, vt suæ impiæ doctrinæ adiciant autoritatē, quo facilius imponant incautis, fictamq; ostendant sanctitatem: sub nomine autem sanctitatis errores & hereses seminant. Hos itaque iubet cauendos. Porro vestimenta ouium, opera & actus sunt boni verarum virtutum, quibus pij ac deuoti conteguntur & ornantur. His tamen aut sub harum specie quoque inuolunt se mali, dum ieiunia, abstinentiasq; in ficta humilitate & deuotione simulata ostentant. Non raro autem vitia sub virtutum specie palliantur: quod tunc fit maximè, quando intentio operantis fallax est & non sincera. Itaque opera virtutum cum bona sunt intentione, vestimenta sunt ouium: cum sunt mala ac subdola ad decipiendum, tunc vestimenta ouium induerunt lupi. Non tamen propterea sua odisse debent vestimenta oues, licet his etiam se lupi inuoluant. Veruntamen quomodo lupus, licet ouina testis pelle, speciem mutat, non animum: ita hæretici & peruersi doctores quantamlibet sanctitatis fingant speciem, manent tamen corrupti & corruptores animarum. Videte autem quod vestimenta hic vocat ea opera, que licet pia appareant, non tamen pio semper animo fiunt. Verbi gratia. Eleemosyna vestis est ouina, eam tamen induunt & mali. Dare enim potest eleemosynam impudicus mulieri, vt ad consentiendum malæ concupiscentiæ suæ eandem inducat. Potest ambitiosus propter gloriam, vt videatur ab hominibus dare eleemosynam: potest aliud quid vitiosum alius intendere, quare opus faciat misericordiæ. Hæc igitur vestimenta sunt, quia boni, maliq; eisdem tegere se possunt.

A fructibus eorum cognoscetis eos,

Fructus ouium, intelligi vult veras virtutes. Porro falsi propheta cum nullam ex se proferant veram virtutem, nullos bonos, sed multos ex se pariunt fructus malos. Quæ enim fucata sunt, cito panduntur, & fictio in suam naturam relabitur. Opera igitur eorum restantur illos, quia Christi gloriam non querunt, sed vt statuunt suam sectam, vt acceptis fruuntur beneficijs, vtq; cupitis non destituantur honoribus, aliaq; huiusmodi, in quibus se respiciunt & querunt, penes quæ dinosci debent. Neque enim à veste cognoscendus est hæreticus (vestem intelligo opera laudata in sacra scriptura, quæ tamen non sanctificant facientem, cum malis, bonisq; sunt communia) sed in fructibus sunt discernendi. Oves enim iuxta quod sunt oues, fructus faciunt qui à malis fieri non possunt: & mali fructus quoque suos factos post se relinquunt, qui bonorum prorsus esse non possunt. Et propterea S. Augustinus ait: Isti fructus à quibus huiusmodi mali & hæretici sunt cognoscendi, non sunt bona quæ exterius præterunt. Talia enim cum bono animo fiunt, sunt vestimenta ouium oues tegetia & protegentia: cum vero

Prophetas
quos hic no-
minat Cui-
sus.

Vestimenta
ouium que
sunt.

Ouina vestis
quædam si-
pareant ope-
ra.

Matth. 23.

Ouina fru-
ctus quia m-
sunt.

Ioan. 5.

Augustin.

T. V
21

malo fiunt animo, vestes quidem sunt ouium, sed lupos tegunt. Isti ergo fructus quibus agnoscimur sunt illi, de quibus Apostolus ad Galatas scribit: *Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio immunditia, &c.* Quae abscondunt haeretici aliquando sub ouium vestibus: produntur tamen nouissimè, si diligenter obseruentur.

Galat. 5.

Nūquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, bonos fructus facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere.

Arbor bona quanam sit.

Arbor bona est bonus homo seu voluntas bona, non propter esse boni naturae, quia illo modo omnis arbor & omnis anima seu voluntas est bona. Loquendum est igitur non de bonitate naturali, sed morali. Dicit ergo: Cuiusvis generis arbor suos profert fructus. Ex spinis nemo colligit uuas, quomodo nec in tribulis ficus quaerimus. Sic ediuerso nec vites profert spinas, nec ficulnea tribulos. Sed arbor bona quādiu est bona, aut secundum quod est bona, facit bonos fructus, quamuis possit facere malos, sed tunc non est bona: & mala arbor fructus profert malos. Nam si bonos profert fructus, iam est bona. Neque enim Dominus dicit: Non potest arbor bona mala fieri, nec mala fieri bona: sed bona arbor non potest facere fructus malos. Cuius exemplum dat Augustinus, dicens similem hanc esse locutionem, & huic loco quadrare, si dixerō: Non potest nix esse calida. Si enim calefacta fuerit, nō erit nix, sed aqua. Sic bonus homo potest fieri malus, & malus fieri bonus. Verbi gratia: Saulus cum esset malus, erat arbor mala: factus bonus, arbor erat bona. Cum malus esset, fructus mala protulit arboris, puta sanctos in carceres conijcere, occidi facere, persequi Dei Ecclesiam, quae fuerunt mali fructus. Verum, non longè post factus est bona arbor, bonos producens fructus, ut sunt euangelizare, consolari tristes, arguere facinorosos, pro Christo pati, &c.

August.

Afor. 9.

1. Cor. 1.

2. Corinth. 4. Galat. 3.

Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur à fructibus eorum cognoscetis eos.

Excidi à corpore Christi quid sit.

Videtur quia non solum malorum operum fecunditatem damnat, sed sterilitatem quoque bonorum operum. Quisquis itaque Dei praecepta non custodit, quisquis Deo & Ecclesiae non obedit tamen si aliud malum non faciat, hoc illi ad damnationem factis erit, quia omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur per mortem, aut animam, aut etiam corpus. Excidi enim seu amputari à corpore Christi, est dari à gratia Dei, puta ut iam non sis particeps vitae corporis Christi, non sis particeps spiritus corporis Christi: non vtiuiceris gratia Dei: quod in transgressione sit praeceptorum Dei. Si ergo arbor quae non facit fructum bonum, si homo qui non operatur cum debet bonum, in ignem mittetur, quid ei quæso fiet, qui operatur male? Si peccatum quod sit per omissionem boni tam grauitur iudicatur, quam graue erit iudicium his, qui non solum bona praetermittunt, sed etiam scelera committunt multa? Similis est sententia Saluatoris apud Ioannem, dicens:

Ioan. 15.

dicentis: *Omniem palmitem in me non ferentem fructum, pater tollit, & in ignem mittit.* Heu dilectissimi, quam vitanda est ociositas & infructuosa temporis consumptio. Quid dicent hic aleatornes, helleones, bibones à mane vsque sero in tabernis bibentes: quid ociosi, quid qui in noctibus & tenebris obambulant, & se aliosq; ad luxum, ad voluptatem, ad ocium perniciosum, ad rugas quorq; fistulis, carminibus, cantiuculis, & huiusmodi vanitatibus provocant? Et tamen hodie hæc (quia multo fiunt grauiora & detestabiliora) quasi honestæ recreationes, quibus transigitur tempus, dicuntur.

Vbi sunt nunc Neochristiani, qui in sola ociosa fide sperant, nihil boni operantes? Nullum enim Dei mandatum negligere possunt absq; opere malo, id est, absq; peccato: nec Dei vllū possunt implere præceptū, nisi per opus bonum. Si ergo bona à nobis opera non requiruntur, tunc nulla quoque obseruatio mandatorum Dei à nobis exigetur. Cur ergo sunt nobis tradita Dei mandata? Cur tam multa benedictio suo ore nobis Christus præcepit? Fortasse vt soli Papistæ hæc Dei teneantur facere præcepta, nō autem Lutherani, quibus sola fides sufficit. Et bene quidem. Sed & hoc quoque inde sequitur, vt Papistæ Dei mandata seruantes soli esse teneantur Christiani, nō autem Lutherani, sed vt arbores steriles, imo pestifera in ignem mittendi. Videant, videant, qui modo oculis plusquam cernentibus aut talpeis sicut se falli, quia non mentitur, quæ hic loquitur veritas: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ex fructibus igitur, inquit, cognoscetis eos. Videtur hic pro mercede, quæ est fructus bonorum operum, fructus posuisse. Quamuis enim veri, purique amoris non sit querere mercedem per respectum, aut qualificationem sui, id tamen querere debemus, quod est merces, id est, Deum, quam clarè Abraham Deus promittit, dicens: *Ego ero merces tua.* Itemq;: Ego protector tuus sum, merces tua nimis. Deus igitur, sed & videre Deū, cognoscere Deum, amare Deum, frui Deo, merces est beatitudinis æternæ. Hanc mercedem licet maxime querere, sed non amore & respectu proprio debet fieri, propterea quod sibi faueat, quod sibi beatitudinem hanc velit, vt rem sibi delitiosam ac quietam. Quando igitur repetit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, videtur dicere: Qui non bene operatur, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum, hoc est, ex stipendijs eorum, & ex mercede eorum cognoscetis eos.

Non enim omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui est in caelis, ipse intrabit in regnum celorum.

Tres sunt persecutiones, quæ sanctis in hac vita inferuntur, de quibus nos præmonet Dominus Iesus. Prima est manifesta persecutio tyrannorum, quam Dominus aliquando declinandam permittit, dicens: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Aliquando tolerandam monet: *Beati inquit, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Itemq;: Nolite timere eos, qui corpus occidunt: sed eum timere, qui corpus & animam habet mittere in gehennam. Secunda est hæreticorū, de qua nos in prima parte Euangelij hic commonefaciens docet, nobis cōtra eos esse vigilandū,

Ociositas quanto magis vitanda.

Iacob.

Opera bona ad salutem necessaria.

Lutherani vt sint arbores steriles in ignem mittendi.

Genes. 15.

Merces beatitudinis æternæ quænam sit.

Persecutiones sanctiorum tres quæ sint.

Matth. 10.

Matth. 10.

Persecutio hæreticorum quæ sit.



T. V
21

Math. 10. nec vt columbas oportere nos tantum esse simplices, sed etiam vt serpentes prudentes, qui ne incantatorem audiant, aurem vnam ad humum vertunt, alteram cauda obturant. Sic nobis hæreticorum prædicatio declinanda est, lectioque vitanda, ne inficiamur, aut capiamur. Tertia est hypocritarum, & fallorum fratrum, qui vnum erga nos simulât, & aliud interim querunt. Quomodo autem hi, qui speciem habent bonæ vitæ, propter dogma cauedi sunt nequitia: ita hi qui in fide & eruditione sunt integri, fugiendi sunt, si moribus sunt corrupti. Vtrique enim sunt contagiosi, & inficiunt. Dicit igitur: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intra bit in regnum cælorum. Non satis est, inquit, per fidem solam & mortuam agnoscere me Dominum ac Deum, non satis est labijs tantum & ore me honorare, nisi opera quoque prodeant ex ea fide, quæ per dilectionem operatur. Propterea dicit alio loco exprobrans: *Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Sed obijcit quis: Si non omnis qui dicit Domine, Domine, intra bit in regnum cælorum, quomodo tunc verum est, quod per Ioelem dicitur: *Omni qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit?* Aut quomodo verum est illud Pauli: *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto?* Dicendum Christum hic loqui de vocali dictione, quæ sola non efficit seruum Christi. Necessè est enim vt dicens Christum Dominum suum, & propterea Dei seruum, aut amicus constituatur, dicat hoc ex affectu, ex corde & amore, quod est ipsa dicere. Non enim dicere Domine, Domine, seruum Dei constituit, sed exhibere se Christo seruum, humiliatq; corde illum agnoscere Dominum, facit Dei seruum, & intrare in regnum cælorum? Hoc modo dubium non est eum, quisquis inuocauerit nomen Domini, saluum fieri: & neminem dicere Dominum Iesum, pura corde, ore & veritate nisi in Spiritu sancto. Nemo enim Domini Iesu est seruus, nemo ei verè seruit, nisi in Spiritu sancto. Igitur non omnis qui mihi dicit Domine, Domine, inquit, intra bit in regnum cælorum. Dixerunt enim fatuæ virgines ad ianuam sibi clausam pulsantes: *Domine, Domine, aperi nobis.* Sed dictum est illis: *Nescio vos.* Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intra bit in regnum cælorum. Satis ex teipso percipere hoc potes, quam vera sit hæc sententia. Tu enim habens seruum tibi genua flectentem, nudantem caput, reuerenterque loquentem, non tamen mox probras illum propterea, vt dicas fidelem seruum. Sed plura adhuc experis ab eo, puta, vt voluntatem tuam faciat, & vt honorem tuum & commodum zeletur. Sic Deo non sufficit vt templum intres, Missam audias, ores ore, cantes, ieiunes, ianeis vtaris vestibus, des oleemofynas, nisi sis ei quoque fidelis, ipsum diligens, ipsi obediens, ipsiusque zelans honorem. Bona quidem sunt hæc corporalia exercitia, & penitentialia, afflictivaque carnis, modo in Dei honorem & propter Deum tantum fiant. Nam si fiant quidem, sed honestatis causa, aut quia alios ita vides agere, nec Deus causa sit, quare hæc facias, non recipies pro illis æternam mercedem. Satius tamen est ea fieri, aliaque opera bona, non ex vitiosa intentione, sed vel ex honestate, vel ex consuetudine, licet non ex charitate vera fiant, quam omnino intermittere: quia vicinior est adhuc Deo, qui licet totus non sit ad Deum conuersus, quam ille qui totus alienus est, & Deo suis sceleribus contrarius. Citius quoque ad ignem accedit, calceserique potest.

Persecutio hypocritarum que ut.

Math. 15. Marc. 7.

Galat. 5.

Luca 6.

Ioel. 2.

Seruum Dei verum quid constituat. Math. 7.

Ioel. 2.

1. Cor. 12.

Math. 7.

Math. 15.

Exercitia corp. rari & penitentialia opera que referenda sunt.

test, c
rus ab
uis in
ve ab
uis,
tiam
regnu
Roj
Separ
peccat
fuit qu
bis er
diuice
aut ei
stram
sicut d
& hz
quoq;
postur
percep
stias s
les era
lone p
Dua
sunt à
sentia
sum gi
lis est g
est exci
Nunqu
tam in
ciatur
dicent
ero sol
cendac
perea
multos
penan
latum
toleral
nus no
res hor
taque n
stus in

est, qui licet iuxta ignem non sit, parum tamen distat, quam ille qui totus ab igne fugit. Sic opera bona non sunt propterea omittenda, quamvis in peccato sit quis mortali constitutus. Possunt enim illi fore occasio, ut ab illis ad Deum conuertatur. Illa tamen sola, nisi Dei fidelis fueris servus, ut eius gloriam quaeras, ei obedias, eius gratiam habeas & amicitiam (quod est esse Dei filium & ciuem regni caelestis) non introducent te in regnum Dei.

Rogo igitur vos charissimi, deponite & separate omnia à vobis peccata. Separate à vobis omnia ad peccatum inducentia, abijcite cuncta, quae sine peccato agi, aut tractari non possunt. Sint homines, sint negotiationes, sint quaestus, sint officia, obsequia, honores, & alia quaecunque. Melius vobis erit pauperes, & indotatis prolibus intrare in regnum caelorum, quam divites, & dotatis diratisque liberis ire ad infernum. Nam si exercitio alicui, aut ei negotiationi, quae sine peccato non potest fieri, vacatis, animam vestram perditis, & proles quoque vestras, quas bonis male partis ditastis, sicut divitiarum, ita & peccatorum, aeternique incendij participes facitis & haeredes. Abscinde igitur omnia (quod dixi) à vobis peccata, cuncta quoque quae ad peccandum vos inducunt, aut quae sine peccato agi non possunt, & sic studeatis Deo placere, bona assidue opera agere, Dei servare precepta, Dei zelari honorem, eius amore incommoda, iniurias & molestias sustinere, ne arbores inveniaini infructuosae, autumnales, ac steriles eradicandae, & in ignem mittendae. Non leue putetis excidi, quomodo leue purandum non est, in ignem mitti.

Dux namque & distincta poena sunt excidi, & in ignem mitti, sicut duo sunt à Deo separari, & flammis infernalibus cremari. De quibus vide quid sentiat Chrysostronus, dicens: Multi gehennam horrent. Ego autem casum gloriae illius multo maiorem poena gehennae esse aestimo. Intolerabilis est gehenna, etiam si ponat mille aliquis gehennas, nihil tale dicit, quale est excidere à gloria illa, odio à Christo haberi, & audire: Non novi vos. Non quid igitur o filij pro tam brevi, momentaneaque delectatione peccati, tam imensum, aeternumque sine vlla spe liberationis sustinebimus cruciatum? Heu quam inanis est consolatio haec quorundam desperatissima, dicentium: Quid si ad infernum venero? Inveniam ibi multo plures, non eros solus. Quomodo ahj sustinebunt, sustinebo & ego. Proh filij, non ascendat huiusmodi cogitatio in cor hominis Christiani. Nihil enim propterea inferni poena erit tolerabilior, sed cruciatus eo maior, quo fuerit in multos diffusior. Neque enim ibi societas minuet, sed vehementer augetur poenam. Nec locum ibi habebit cuiusdam prudentis sententia dicentis: Sociatum est miseris socios habere poenarum, quia grauis est ibi afflictio, intolerabileque odium inter eos, qui poenas simul tolerant inferni. Dominus noster Iesus Christus nostri misereatur, & faciat nos in vinea sua arbores bonas & fecundas. Quod ut fiat, sua nos crebrius riget gratia, incrementaque nobis praebeat virtutum, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Bona opera in ecclesiis facta quid efficiunt.

Peccata eius que occisiones esse abijciendas.

ludæ.

Chrysostr.

Excidere à gloria quam sit infelicissimum. Matth. 5.

Consolatio desperatissima.

Inferni poenam ex multorum societate non minus augetur.

Psalm 66.



T. V
21

Quomodo lupi ac falsi prophetae sint heretici, & hodie qui sint heretici.

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matthæi VII. Nunquam ante hæc tam necessaria nobis hæc fuit præmonitio Christi, vt modo. Quare in hæc potissimum tempora respexisse videtur Dominus Iesus, quando à prophetis falsis nobis cauendum monebat. Prophetas autem non eos vocat, qui in veteri testamento vsque ad Ioannem Baptistam fuerunt, sed legis doctores, & eos qui prophetarum scripta, qui veteris nouique testamenti explanare contendunt scripturas, cuiusmodi hodie sunt multi, in multas sectas & hæreses Ecclesiam scindentes, vt impletum iam videatur, quod Saluator dixit: Multi in illis diebus surgent pseudoprophetae, dicentes: Ecce hic, scilicet nobiscum, est Christus & Ecclesia. Quibus contradicent alij, dicentes: Non, sed ecce hic nobiscum. Videtur ne hoc impleri modo? Cum enim per vniuersum orbem vna pacata foret Ecclesia, ab Apostolorum tempore ad nos detruata, vna fides, vnum baptisma, vna obedientia sub vno generali pastore & vicario Christi, successore scilicet sancti Petri pontifice Romano, venit ante paucos annos monachus pestifer Martinus Lutherus, qui totam ferè Germaniam in multas Ecclesias, imo in sectas & hæreses multas diuisit, eandem ab vna ac vera illa Ecclesia vniuersali separans. Non potest autem nisi vna esse Ecclesia, à qua quisquis se separauerit, de corpore mystico Christi vt membrum aridum præscindit. Sicut enim palmes, quæ in vite non manserit, arefcit, ita nisi in Christo quis manserit, nisi in corpore Christi mystico, hoc est, in corpore & in vnitæ Ecclesie, in vnitæ perstiterit fidei, participes Christi spiritus, qui regit, nutrit, instruit, fouetq; corpus hoc Ecclesie, & omnia eius membra, non erit. Qui itaque se ab illo separauerit, membrum non est Ecclesie, membrum desinit esse Christi, profectus est à corpore Christi, imo seipsum profectus, nec recipit gratiam spiritus Christi, qui Ecclesiam viuificat, sed arefcit, moriturq; vt excisus palmes, nulli rei quam igni vsui futurus.

Prophetas quomodo Christus hic vocet.

Matth. 24.

Lutherus quomodo fuerit, quidque fecerit. Ecclesiam non posse nisi vnam esse Ioan. 15.

Lutherus quomodo à catholica ecclesia defecerit, & in quantas impietates lapsus sit.

Galat. 5.

Itaque, vt dixi, cum vna per vniuersum orbem esset Ecclesia, intra triginta annos quidam profectus apostata monachus, qui cum multis sibi similibus apostatis monachis se ab Ecclesia diuidens, antiquas olim in concilijs patrum damnatas hæreses restituit, quibus quædam adiciens suæ impietatis signa, omnia instituta Ecclesie, ritus omnes Ecclesiasticos, officium diuinum, & quicquid ab Apostolorum tempore per manus patrum nostrorum nobis contradictum est, calumniatus est, temerariè, damnauit, deiecit, abiecit, & sine lege, sine canone colluuiem pessimorum hominum apostatarum, fide fragorumque monachorum & monialium sibi affecit, quos in nomine diaboli & suo coniunxit, vt simul crucifigerent carnes suas cum concupiscentijs suis, generarent filios & filias, semen iniquum, malitia, egestate & calamitatibus plenum.

Ex his suis discipulis in omnem Germaniam gemitina misit viperarum, qui contra Ecclesiam, contra prælatos, contra summum pontificem, contra mona-

monachos, contra sacerdotum cœlibatum, contra Missæ sacrificium, contra inuocationem sanctorum, contra Ecclesiæ sacramenta, contra sanctos Ecclesiæ doctores prædicarent, imo ut rabidi, furiosique canes, detractio- nibus, mendacijsque impudencissimis omnem honestatem lacerarent, atque in omnia debaccharentur sacra. Qui principes quoque nonnullos demen- tans traxit eo, ut non magis ad animarum salutem, sed ad monachorum & clericorum bona temporalia inhiarent. Hi igitur sibi non Ecclesiam, sed sy- nagogam Satanae atque Antichristianam sectam ædificantes, sese multipli- carunt. Ex quorum tamen apostolis & prædicatoribus multi, quomodo à vera catholica Ecclesia ante defecerant, ita à matre quoque sua adultera, hoc est, hæretica Lutherana Ecclesia deficientes, denuo aliam multa adhuc cor- ruptiorem sibi Ecclesiam sinxerunt: & ex his alij item multi sibi consti- tuerunt aliam ab alijs difformem. Itaque varias inter se pugnantes Ecclesias & multas sibi erexerunt, non minus à se mutuo dissidentes, quam à vera Ec- clesia orthodoxa & catholica. Quæ tamen omnes inter se in hoc vno con- sentiunt, ut Ecclesiam illam, quam à Christo recipimus, & quæ in hæc tem- pora durauit, durabitque vsque in finem, persequantur, lacerent & scin- dant. Eam ob rem, ut primo dixi, cum Lutherani dicant: Hic est Christus, nobiscum scilicet: ediuerso Carolostadiani aut Zuuingliani pugnant, di- centes contra hæreticam suam matrem: Non vobiscum, sed nobiscum est Christus. Quibus Anabaptistæ repugnantes, aliam constituunt Ecclesiam. Et vix est ciuitas aut dominium exiguum, seu ditio aliqua, imo vix est pa- stor apud eos, qui alteri vicino in omnibus consentiat. Quoniam in re- bellione, superbia & carnali concupiscentia hæc ab initio hæreticorum Ec- clesia fundata est. Ideo sicut cœpit, ita proficit, & ita perseverabit, ut ne- ter hæreticos vigesimus quidem Lutherus per omnia consentiat. Sed quot quot penè prædicantes tot inter eos sunt dogmata. Iam vide Ecclesiam Ca- tholicam orthodoxam à Christo eandem, hucusque manentem, in qua Christus, in qua Apostoli, in qua omnes, quotquot fuerunt martyres, quot- quot fuerunt confessores, quotquot miraculis, signis & prodigijs diuinis fue- runt clari, quotquot sancti, quotquot doctores Ecclesiastici recepti, quot- quot denique Ecclesiasticis & probatis concilijs interfuerunt, vixerunt: & tunc è regione statue perditissimorum, fidefragorum, apostatarum, alio- rumque inde nascentium, & inter se acerbissime digladiantium, sectas infra triginta annos natas, & introcat, vel idiota, vel paganus priuato affectu ca- rens, & interrogatur, vbi sit Christus, vbi Ecclesia: num alibi dicit, quam vbi semper fuit, & est, & erit? Hoc est, apud eos, quibus seipsum tradidit, & ex quibus Ecclesiam sibi constituit, quæ in præsentem perseverat diem? Nonne apud eam, quæ hæcenus inrer tot impugnationes hæreticorum so- la persistit & vna, & huc vsque perseverat, perseverabitque vsque in finem mundi? Quotquot igitur ab illa deficient, quotquot ab ea se separant, pla- nè hæretici sunt.

Sed dicit quis: Olim hæretici se macerabant ieiunijs, erogabant eleemo- synas, faciebant orationes multas, atque huiusmodi ouium vestimentis se (ut ait Christus) contegebant. Hi verò non minus ieiunia virtutumque odi- unt exercitia, quam diabolus crucem. Quomodo sunt igitur ouium vestimē-

Lutherani
quomodo et-
iam à suo Lu-
thero in pe-
ius deficien-
tes, inter sese
dissentiant.

Hæretici in
quo loco cœ-
nuciant.

Hæresis Lu-
therana fun-
damentum
cuiusmodi.

Ecclesia Ca-
tholica quæ
facile ab hæ-
reticorum
congregatio-
nibus dice-
natur.

Matth. 7.

T V
21

Quibus outa
vestimentis
eccliaue-
rint se olim
haeretici, qui
busq; hodie.

Matth. 4.

ris induiti? Dicendum, quum adhuc ferueret charitas in Ecclesia quisquis habebat charitatem, quo eandem habuit maiorem, eo maiora, perfectioraque fecit opera. Tunc ergo quasi viros perfectos simulabant se haeretici, in omni continentia & castitate, quo fallerent homines iuxta exteriorem hominis faciem sanctitatem aestimantes: nunc vero cum refriguit deuotio, refriguit charitas, & ad effrenem luxum proflant onera, etiam haereticalium inuenerunt modum sepalliandi. Cum enim nolint pijs vacare operibus, alia huic tempori magis congrua fallunt impostura, puta ut scripturis perperam interpretandis vtantur, nihil quod manifeste in scriptura non habetur, recipiant, bona opera, externaq; damnent, sola fide se afferant saluandos. Eos vero, qui bona opera agunt, derideant, illis insultent, qui Ecclesiae obseruant praecipua, illis exprobrent, quod suis operibus exinanire velint Domini redemptionem, quod in operibus suis confidant, hisq; mercari velint regnum caelorum: contra vero, eorum fidem praedicent excellentissimam, glorientur, quod nihil boni operis agunt, vnde sibi mercedem sperent reddendam. Hoc modo de mundo, qui nunc totus est carnalis, infinitam gregem, qui se sequatur, inueniunt. Attendite igitur filij ab illis falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Ouium sunt vestimenta hodie, scriptura sacra, verbum Dei, Euangelium iuxta literam cuius nullam recipiunt vel Ecclesiae, vel sacri doctoris expositionem, sed suam tantum, hancq; adeo latam, vt quicquid detrahunt, mordeantq;, dicant verbum Dei. Hoc itaque verbo Dei deprauato abutuntur, sub hoc se fucum muniunt, omnemq; idcirco Ecclesiasticam obedientiam explodunt. Haec itaq; Ecclesia Lutherana intra triginta annos nata, & aliae inde Ecclesiae Satanae, quasi ex vipera pariente erupit, nunquid Ecclesia seu Ecclesiae (nihil enim fortasse apud eos refert Ecclesiarum, tum varietas, tum multitudo) dicenda sunt? Minimè. Manendum igitur in ea Ecclesia, quae fuit, est, & erit semper vna & sola. Nam illorum haesiarchas ex eorum fructibus cognoscitis.

Matth. 7.
Vestimentis
ouium vtra
que sunt.

Ex quibus
fructibus ho-
diecni cog-
noscentur he-
retici.

Lutheranis
nunquam fu-
isse haereticos
pessimiores.

Luce 11.

Matth. 7.
Tit. 1.

Qui enim fructus sunt eorum, nisi dolose circumuentiones, impostura, rebellio, inobedientia, maledicentia, nulla castitas, sobrietas nulla, temeritas, animositas, derisio, persecutio, rapina, ad exilium relegatio, bene agendi prohibitio, cultus diuini proscriptio, & totius Ecclesiastici status, ordinis, ritusq;, ac omnium sacrorum exterminium? adeo vt inter Turcas & Arabes praestaret viuere, quam inter perfidos hos corruptissimae fidei Antichristianos. Credite mihi, clamant ore verbum Dei, clamant Euangelium, sed non fuerunt vnquam haeretici, in quorum vita minus eluxit de verbo Dei, quam apud illos perditos homines ad malefaciendum natos. Vbi enim persuasum illis fuerit, vt peccata omnia eorum sint dimissa absque vlla confessione, & vt pro illis nullam poenitentiam teneantur agere, vt nullum sit quoque purgatorium, quo nondum purgari mudentur: sed cruenti etiam animarum eadem, & quotquot fuerint scelerati, modo dicant: Deus propitius esto mihi peccatori, licet in haeresi, in peccatisq; suis obstinati maneant, illico ad aeterna gaudia euolabunt, ea scilicet, quae Mahumetus suis, quos dementauit, promisit. Attendite igitur filij, caute vobis à falsis illis prophetis, à seductoribus, ab Antichristianis, qui ore tantum laudant Euangelium, Christum ore ac verbis confitentur, vita autem & operibus negant. Ne pati-

mini
lium
plecti
non d
deuotio
dici fo
tae or
voca
tem, v
de Ecc
romo
runt i
haeret
cathol
tundat
multa
angel
lium f
Cet
sub sca
tam eff
fusser
quom
sacram
plebi i
dicit i
fas, ne
exigun
horum
re torq
ad huc
mus, s
cauenci
tate, ex
verò &
pore op
tionu
Neque
non fa
pterea
mortifi
tue, ip
autem i
dici fi
norate
in scrip

mini vos seduci, ut latam viam perditionis, quam paulo ante hoc Euangelium Dominus cauendam monuit, ingrediamini. Quam reuera illos amplecti, & arctam viam, quæ ducit ad vitam, execrari, nemo nisi totus cæcus non dicit. In mani festo eorum est vita plusquam paganica, sine cultu, sine deuotione, sine affectione, sine Dei amore, sine pace, sine obedientia, & (ut dici solet) sine cruce, sine luce, sine Deo. Videte igitur, quam inanis & stultorum est gloriatio dicentium, aut per Lutherum, aut per eius (ut ipsi vocant) antesignanum Erasmus Euangelium in lucem venisse. Absit autem, ut ante non habuerimus Euangelium, à castis, sanctisque viris optime de Ecclesia meritis, Augustino, Hieronymo, Ambrosio, Hilario, Chrysostomo, cum innumeris alijs explanatum, quamuis hæc tempora poposcerunt in scriptura diligentius versari, & scrutari eas penitus: quo vafriciei hæreticorum, qui scripturas à genuino sensu ad suas impietates detorquent, catholici doctores respondeant, atque eorum tumidam animositatem obmandant. Absit, inquam, ut Moria, Antibarbarorum, puerorum colloquia, multaque alia sint Euangelium. Absit etiam, ut Lutheri blasphemias Euangelij nomine Christianus aliquis dignetur. Nobis nunquam Euangelium fuit absconditum. Hoc ab initio in Ecclesia claruit semper.

Ceterum quod ipsi vocant Euangelium, & verbum Dei, vti nam semper sub scamno latuisset. Vti nam temeritas tanta hominibus ad rebellandum, tam effrenis ad peccandum licentia nunquam prædicata, nunquam data fuisse. Sed oportebat hæreticos tutari famam. Oportebat eos ita docere, quomodo viuunt, quo persuadeant plebi sic licere, & hoc per adulteratam sacram scripturam, & à vero ad impium sensum aliquem contortam, quo plebi in doctrina satisfaciant de turpi sua vita, & homines ad contemptum Ecclesie inuident. Verum quia, ut est omnium hæreticorum consuetudo, per fas, nefasque sua impia dogmata quærunt dilatare, & peccata nostra nunc exigunt, ut illi numerum peccatorum suorum impleant: nos verò Dei, sanctorumque blasphemias, impietates, Ecclesieque contemptum videntes doloretorqueamur. Proficiant quidem ipsi semper in peius, ut sordescant magis adhuc, & seducti alios quoque seducant. Itaque nos illos interim intelligimus, à quibus tanquam à dolosis peruersorum dogmatum fabricatoribus cauendum nobis Dominus monet. Ipsi arbores sunt malæ, quia iam eradicatæ, excisæque, & quatenus fructum bonum attinet, steriles: seductionum verò & seditionum introductores callidissimi, fecundissimique, qui tempore opportuno ab eo, cui modo seruiunt, superbix, inobedientix, detractionum, spoliiorumque ac aliorum peccatorum suorum stipendia recipient. Neque enim illis proderit, quod dixerunt modo: Domine, Domine, quia non faciunt voluntatem ipsius. Quin etiam ab alijs ei (licet non minus propterea laudato) laudes & preces tollunt. Ieiunia, vitiorumque prohibent mortificationes, opera bona studiaque, quæ ipse in nobis & nobiscum operatur, ipsi damnant, atque ex diametro contra Christi pugnant Ecclesiam. Vos autem filij charissimi, quicquid illi obganniant, rideant, obstrepant, sicut didicistis, sicut ab antecessoribus accepistis vestris, Deum time, Deum honorate Deum diligite, Deo obedite, hoc est non solum præceptis eius, quæ in scriptura sancta vobis mandat, sed & ubi præpositis, prælati, potestati-

YYY que

Erasmus ve
fuit antefi
gnanus Lu
theri.

Erasmus opus
cu a vt repu
gnent t uan
geio.

Consuetudo
hæreticorum
omnium que
sit.

Apoc. 10.

Iob 1.

Lutherano
rum exerci
tia que sint.

Matth. 5.

T V
21

1. Pet. 3.

que vos subijcit, ibi subiecti estote magistris & prelati vestris, imo sic scriptum est, omni etiam creaturæ propter Deum. Non oportet ut omnia sint in scriptura (quæ vobis à prelati, aut dominis vestris iubentur) expressa, quando quidem factis adstringit vos verbum Dei ad obedientiam, quod hominibus vos subijcit, illis quæ ut obediatis, præcipit.

Ambros.
Lapis cur affinitentur hæretici.

Sed quare (inquis) hæreticos lapis comparat Dominus? Dicendum primo, quia lupus pastoris obseruat dormitionem, ut ouem strangulet. Hoc modo hæretici quoque vtuntur, mortiferum semen suum seminantes dormitantibus prelati. De quo habemus parabolam à Christo similem dictam de eo, qui bonum semen seminauerat in agro, in quo tamen paulo post apparuerunt zizania. Interrogatus itaque Dominus, vnde zizania in bono crescerent agro & inter bonum semen, respondit: Cum dormirent homines, id est, cum non vigilarent prelati & Domini, venit inimicus eius, & disperseminauit zizania. Permittit autem Dominus hoc fieri, ut pastores vigilantes teneat. Nam Augustinus, Ideo, inquit, diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, ut cum interrogant nos ea, quæ necesse est, discutiamus pigritiam nostram, & diuinas scripturas reuoluamus. Dicentem & Apostolus: Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Secundo, quia luporum est studium gregem dispergere, non adunare, ut in Ioanne habemus: Lupus autem rapit & dispergit oues. Alibi quæ Christus: Qui non colligit, inquit, mecum dispergit. Vocantur autem hæretici hic non solum lupi, sed lupi etiam rapaces. Quia genuinum sensum sacræ scripturæ auferunt & abscondunt, erroneum autem sensum, quem sibi finxerunt, illius loco mendaciter supponunt, quia scripturis non vtuntur, nisi vbi illam ad errorum suorum possunt vertere confirmationem. Neque enim docere volunt, sed seducere: ideo ea, quæ in scripturis sibi contraria sunt, tacent. Exponunt scripturas quidem, sed quarunt, non quid dicat scriptura, sed quid ipse dictum velint, ut hoc inde extrahant, quod persuadere volunt hominibus.

Marc. 13.

Augustin.

1. Cor. 11.

Ioan. 10.

Luc. 11.
Lupi rapaces cur vocentur hæretici.

Sed vobis ore Pauli loquitur Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, Ecclesia orthodoxa: Licet nos, aut Angelus de celo euangelizet vobis præter id, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædixi, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Hæc ad cor verba filij recipite. Ecclesia mille quingentis, & amplius, annis, hoc docuit, quod eadem nunc hæc die quoque docet. Illud seruate, & siue Lutherus, siue Oecolampadius, siue Zuuinglius, seu alij pseudoapostoli Antichristi, qui in suis nunc præcursoribus, quæ facturus est ipse, præludit, vobis aliud euangelizauerint, quam hætenus ab Ecclesia vobis euangelizatum est, anathema sit. Et de hoc plus, quam satis. Si interrogare nunc pergis, cur bonæ arbori Christus hominem comparauerit. Dico illum non leui, aut vulgata id ratione fecisse. Primo enim, nisi radicem arbor habeat integram ac sanam, & nisi humorem, fomitem quæ habeat vnde nutriatur (iuxta illud Iob: Nunquid vivere potest sicut absque humore, aut crescere cataractum sine aqua?) necesse est ut pereat. Reditur hominis sancti, qui crescere debet & perfici, est charitas. Hæc si vitæ in homine, nobiles fructus producit: non enim potest ignobiles producere, quippe quæ præstat arbori, id est, homini, folia, flores, & fructus, hoc est, verba,

Galat. 1.

Arbori bonæ cur Christus hominem comparauerit.

Verba, co
dixi san
ve dixi,
bonum.
generam
filij, in
ur hor
esse, vi
dicitur
DOM
n
PA
B
E
ben
am Iudæ
angeloru
heredita
in deferec
hepistim
ponem,
tu enim b
sint in fig
erna lectu
quoque E
adzeorur
concupisc
tu iuxta h
quæ tenet

Verba, confilia & opera secundum Deum, & in Deum ordinata. Si enim radix sancta, & rami. Si radix nutritur, fecundantur & rami. Radix autem, ut dixi, est charitas, qua operamur bonum, & unde habet opus, ut vocetur bonum. Inde enim surgit arboris fecunditas. Inde folia, flores & fructus generantur. Hoc est, inde verborum utilitas oritur, inde prudentia in consilio, inde sanctitas intentionis in opere lucet. Iuste igitur arbori comparatur homo, cuius omnia videntur ex radice charitatis. Quam nobis semper adesse, virere, crescereque faciat Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA IX. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistola B. Pauli Apostoli I. ad Corinth. X.

Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neque idolatra efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedis populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt uno die viginti tria milia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt eo exterminatore. Hac autem omnia in figura contingebant illis. Scripta autem sunt ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Itaque quis se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Beatissimus Paulus Apostolus, ubi multa Dei beneficia ad Corinthios scribens, Iudæis exhibita recensuit, quæ in figura illis contingebant, ut beneficia Christianis eadem verè exhibenda significarent, tandem etiam Iudæorum taxat ingratitude, qui post transiitum maris rubri, post angelorum cibum illis præstitum, post potum spirituale ad promissam hereditatem non peruenierunt, sed peccatis illorum exigentibus perierunt in deserto, volens significare Christianis quoque similia mala parata, si post acceptam gratiam, post Eucharistiam, hoc est, corporis & sanguinis Christi sumptionem, si denique post alia beneficia permulta ingrati peccauerint. Iudæorum enim bona à Deo recepta, & mala per ingratitude suam perpessa nobis sunt in figuram, & ut caueamus, nos commonefaciunt. Sequitur itaque hodierna lectio. Non igitur simus concupiscentes malorum, dehortante nos quoque Ecclesiastico, ac dicente: Post concupiscentias tuas non eas. Quod quidam Iudæorum non fecerunt, qui cibos Aegypti, carnes scilicet, post manna per concupiscentiam perierunt. Nos verò concupiscentiis fratris & profligati iuxta rationem viuamus, ne similes simus incredulis & rebelibus illis, qui tentauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis.

YYY 2 Neque

T. V
21

Neque idololatraz, inquit, sicut quidam ex illis efficiamini, qui adorauerant vitulum aureum, dum Moses foret in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quemadmodum in Exodo scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, hoc est, post esum & potum ceperunt in vituli honorem ludos & choreas ducere. Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt, puta qui cum filiabus Madian de earum sacrificijs edentes, & adorantes earum deos, fornicati sunt. Quamobrem in violationem peccati ceciderunt in vna die viginti tria millia. Occisi autem sunt hi, qui peccauerunt, ab alijs fratribus suis filijs Israel, Mose id iubente. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt. Tentando Deum etiam Christum secundum diuinitatem tentauerunt. Christus enim Deus, & Patri coeternus est. Ideo ad Hebraeos dicit Apostolus: *Christus Iesus heri & hodie, spie & ante secula.* Nam dum filij Israel castra metarentur in Raphidim, vbi non erat aqua, iurgati sunt contra Mosen pro penuria aquae, & quod illos de Aegypto eduxisset in solitudinem, vbi non esset aqua, tentaueruntque Dominum, dicentes: Est ne Deus in nobis, an non? Propter perfidiam itaque hanc & diffidentiam, misit in illos Dominus ignitos serpentes, qui eos mordentes necarent, vt in Numeris legitur: Ideo dicitur hijs, quod a serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, aut contra Deum, aut contra superiores, praelatos, ac proximos vestros, sicut quidam Israelitarum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore, id est, ab Angelo percutiente, qui eos exterminauit de terra promissionis, non vt illos de terra quam ingressi essent eijceret, sed vt ultione praueinens eos, ne ingrederentur, praepediret. Saepenumero enim murmurauerunt contra Dominum & Mosen. Nam filij Core, Dathan quoque & Abiron, quos cum illorum filijs & habitaculis terra se aperiens deglutiuit, vniuersaque multitudo murmurauit, quorum magna saepe turba prostrata est in deserto, donec ad vni omnes, quotquot de terra Aegypti exierant in deserto, per quadraginta annos consumpti sunt, praeter Caleph & Iosue. Hi soli ex numerosa illa multitudine, qui egressi de Aegypto fuerunt terram promissionis cum filijs eorum, qui in itinere perierant, in deserto natis introuerunt. Haec autem omnia supplicia in figura illis contingebant, quae nobis significarent maiora tormenta parata, si illorum fuerimus imitati peccata. Scripta sunt autem propter nostram correctionem, vnde a peccatis eorum exemplo deterreamur. Propter nos, inquam, in quos fines seculorum, vltimaque mundi aetate deuenit, scripta sunt, qui haec lecturi sumus. Itaque nemo sit securus, sed qui etiam se existimat stare (Existimat, inquam, quia nescit, an stet, nec ne, & falli potest.) Videat tamen de futuro suo statu magis incertus, ne cadat. Itaque cauete, tamen si labi vos contingat, ne cadatis. Tentatio vos non apprehenda: hoc est, in consensum non pertrahat, nisi humana, puta quae est de culpis venialibus, & primis moribus peccatorum grauiorum, sine quibus leuioribus hic non viuatur. Ideo autem fit tentatio vestra humana, vt insidat sicut hominis crescatis ad meliora, non quo vitijs, vt demones, succumbatis. Fidelis autem est Deus, & verax in promissione, qui dixit: *Ei ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi,* quia non patietur vos tentari super vestras vires, siue naturae siue gratiae, sed faciet etiam cum tentatione pro-

uen
dan
uite
nat
prin
cede
ratu

R
die
licu
dam
requ
salu
per
sem
na, h
H
Q
nihil
stum
stus
per
las,
uar
ca
na c
dite
dam
man
quit
Qua
sano
mun
cum
dum
sunt
dite
min
inde
nifi

uentum, hoc est, vtilitatem in vobis operans, seu profectum spiritualement, dansq; vobis gratiam, fortitudinemq; resistendi, vt possitis sustinere. Nouit enim qui nostram quaerit vtilitatem, quando tentationis procellam finat exurgere, nouit quando & quomodo insurgentes debeat tempestates reprimere. Omnis namque tentatio, si opem non ferret Deus, vires nostras excederet. Iuxta vniuscuiusque igitur vires, tentationes & grauamina moderatur Deus, vt fortioribus maiora det praemia, infirmioribus leuiora.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE IX.

post Dominicam Sanctae Trinitatis, Lucae XVI.

REst post Euangelium proxima superiori Dominica nobis pronunciatum, in quo non solum mala opera, sed sterilitas quoque reprobat, tur arboris, nec malefactores tantum, sed etiam arguuntur ociosi: hodie sequitur Euangelium, in quo consilium nobis datur, parabolicamq; similitudo, quomodo prudenter nobis prospiciamus ipsi nunc, ne confitemur, damnemurq; in egressu. Nunc igitur de ratione cogitemus reddenda, antequam rationis reddendae tempus adueniat. Nihil enim Dominus noster salutare tacet, sed consilia addit consilijs, quia misericordiam suam super nos semper effundere quaerit vberiore: hoc vnum cupiens quo nos semper inueniat dignos, in quos misericordiam, salutem, charitatem, dona, beneficiaque sua effundat. Itaque dicit:

Homo quidam erit diues, qui habebat villicum.

Quis iste fuerit homo, tametsi quorundam sententiae variare videantur, nihil tamen refert, cum idem maneat sensus. Nam alij dicunt Christum, alij Deum significari, aequa utrobique est expositio. Siquidem Christus cum sit Deus & homo, non minus propterea hic intelligitur, si quis per hominem velit intelligi Deum. De hoc Baruch scribit: Qui fecit stellas, hic Deus noster est. Et post haec in terris visus, & cum hominibus conuersatus est. Dicitur autem Deus Pater quoque homo, vt ibi: *Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.* Propter benignitatem enim diuinae clementiae, qua nobis condescendit, nosque humaniter ac misericorditer tractat, non incongrue homo dicitur. Dicamus igitur: Homo quidam, hoc est, Christus erat diues. Sed quomodo, inquis, Christus, qui extremam hic paupertatem pertulit, homo erat diues? Audi: Cum esset diues, inquit Apostolus, pro nobis egenus factus est, vt eius inopia nos ditaremur. Quantum ad vsum attinet rerum temporalium, & iuxta humanam conuersationem, nihil in hoc mundo Christus proprium habuit, cuius tamen mundus erat, & omnia quae in eo sunt. Secundum diuinitatem namque eum Patre eadem est opulentia, eadem maiestas, vnaque plenitudo. Secundum diuinitatem quoque diues est in thesauris corporalibus. Cuius enim sunt omnia, qui nullius eget, solus beatus, & in se perfectus, quomodo hic diues dici non debet, si quispiam vocandus est diues? Ipse igitur solus est Dominus rerum temporalium: nos vero tantum eius sumus dispensatores. Deinde, quomodo egenus potuit fieri iuxta assumptam naturam humanam, nisi qui ante fuerit diues? sicut Apostolus dicit: Cum esset diues, pro nobis egenus.

YYY 3 egenus

Homo hic diues quis fuerit.

Baruch 3.

Math. 22.

Christus quomodo fuerit diues.

1. Cor. 2.

Ioan. 1.

1. Cor. 2.

egenus factus est. Deinde in spiritualibus diues est, sicut Ephesij scribit Paulus dicens: *Deus autem qui diues est in misericordia.* Est tertio diues in celestibus, ut Psalmus affirmat: *Gloria & diuitia in domo eius.* Itaque in exterioribus quidem & humanis vibus Filius hominis non habuit, vbi caput suum reclinarer, licet id paupertatis & inopie non propter se, sed propter nos, ut spiritualibus nos per eum diuitijs implemur, sustinuit.

Qui habebat villicum.

Villicus Dei quis sit.

Villicus Dei seu Christi homo est, in spiritualibus quidem prelatas, in temporalibus princeps, in veriusq; nihilominus quilibet Christianus. Accipitur autem hic villicus pro economo aut dispensatore. Omnes itaque nos sumus huius diuitijs & domini serui ac dispensatores. Nemo enim non aliquod sibi ab eo commissum, ut negocietur, talentum accepit: quod vnicuique idcirco ut illud multiplicet, commisit, non quo fiat ipse ditior, sed ut nos faciat ditiores, & pro fidelitate nos remuneret: si tamen non nostrum modum aut vtilitatem temporalem, sed illius quarimus honorem. Sumus enim eius serui ac dispensatores seu villici. Nec tamen nos elegimus eum, sed ipse elegit nos, & posuit nos, ut eamus & fructum adferamus, & fructus noster maneat. Commisit nobis bona sua, naturæ scilicet dona, fortunæ quoque, quæ sunt temporalia, & mutabilia, item & bona gratiæ: quæ omnia in alios dispensemus, quibusque vtamur ad gloriam eius, & quæ ut ipse dicit, ponamus ad spiritualem vsuram, ut lucrum nobis (vbi proximis eadem diuiserimus, & vbi bonorum nostrorum, hoc est, bonorum à Domino acceptorum alios participes fecerimus) duplicatum ad nos redeat.

Ioan. 17.
Bona quoru-
plura Deus
nobis com-
misit.

Math. 5.
Lucæ 10.

Et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

Rom. 8.
1. Cor. 7.

Pro quibus
ratio redde-
da sit Deo.

1. Cor. 6.

Apocal. 11.
Accusatores
positi ante
Deum qui
sunt.

Esaiæ 45.
Ezech. 6. 9.
Osee 4.

Vt ante dixi, vnusquisque est domini villicus, quia nemo est qui non à domino acceperit bona, nemo eius bonis non vtitur. Propterea solus ipse vocatur diues, qui à nemine aliquid accipit, omnes autem ab eo. Pro his itaque quæ tu recepisti, scilicet pro corpore, pro anima, pro vtriusque hominis dotibus ac viribus, puta pro ingenio, memoria, robore, pulchritudine, pro nobilitate, honore, diuitijs, pro amicitia quoque hominum & gratia inter homines conuersandi, tenebris tempore opportuno rationem Deo reddere. Nihil enim habes quod non accepisti. Et ipse execrabitur iustè, si suis acceptis donis ad sui contumeliam tu vsus fueris. In temporali enim dispensatione humana totum est Domini, quicquid de negotiatione aut labore serui partum fuerit. Deus autem & Dominus noster vtilitatem omnem in his, quæ seruis suis commisit, relinquit illis, modo ad honorem Dei, & iuxta eiusdem beneplacitum hæc expendant. Sed villicum hunc quis diffamat apud Dominum? Clamat certè contra nos diabolus, qui ab Angelo accusator vacatur fratrum nostrorum, hoc est, hominum, quos Angeli sancti non dedignantur agnoscere fratres. Accusant nos opera nostra, diffamat tandem propria conscientia. Itaque diffamatur villicus, quod bona domini dissipauerit. Hoc Dominus sæpe in prophetis contra animam conqueritur aduleram, quod aurum & argentum, panem & vinum, aliaque monilia & præciosa, quæ illi dederat Dominus, donabat ipsa amatoribus suis, cum qui-

quibus fornicabatur. Sic tu quoque si ad voluptatem, si ad gloriam propriam, si denique ad domini tui iniuriam ac contumeliam donis Dei fueris abusus, mox huius rei fama, operumque tuorum clamor (vt in Genesi legitur de Sodoma) ad Dominum ascendens te accusabit.

Gene. 18.

Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae. Iam enim non poteris villicare.

Multipliciter hominem Dominus vocat. Vocat praedicatione. Nam dum verbum Dei audis, si compungeris, si vitam mutare decernis, si peccata deferere proponis, intra te est, in corde tuo quoque est, qui te vocat. Extra quidem vocat per Dei verbum, siue lectum, siue praedicatum, siue meditatam id fuerit, intus per inspirationem.

Deus vii vocet hominē praedicatione.

Vocat deinde exemplo alieno, aut consolando, aut terrendo. Ante oculos tuos moritur homo qui bene vixit, qui Deum timuit, Dei honorem zelatus est, Dei seruauit mandata. Moritur autem, sed prius de peccatis suis dolens confitetur, & in bona fiducia ad Deum emigrat. Vide quid tum cogitas. O quam iucundum foret sic bene ad mortem dispositum mori, & tranquille ab omni desperationis metu, aut pusillanimitate ex hoc mundo egredi. Quam felix est, qui hic vixit, vt felix quoque moriatur. Vtinam ego huiusmodi mortem felicem inueniam. Hæc cogitans tecum loqueris. Hic itaque vocat te Dominus: vocatio tui est ad meliorem vitam.

Deus quomodo vocet alieno exemplo.

Vides sceleratum alium iuxta aliam occidi, aut iuxta concubinam mortuum inuentum, aut ebrietati mortem sociasse. Terreris, parum habens spei de illius salute, quem in peccatis suis (vt timendum est) impoenitentem vides obiisse mortem. Times tibi (quandoquidem paria meruisses) similia euenire. Statuis igitur te corrigere, meliori que quam ante hac vita Deo seruire. Et hic à Domino vocaris.

Deus qui vocet ad se infirmitate.

Vocaris tertio infirmitate, paupertate, carcere, ignominia, & alijs incommodis multis. In quibus vt ad cor redeas, vt vitam in meliora mutes, vt ad Deum te conuertas, tibi inspiratur. Hoc die igitur filij, id est, non vltra aut longius differendo, si Domini vocem, si vocationem hanc audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sequetur enim vltima vocatio, postquam remorari aut dissimulare non licet diuini.

Psalm. 94.

Hæc autem vocatio vltima fit hora, qua non putaris. Erit enim vobis incertum, quando Dominus venerit, an mane, an vespere, an in galli cantu. Ideo horam illam praeditemini, praueuiatis, vt in quacunque vigilia, siue hæc dicatur prima, siue media, siue vltima, Dominus venerit, hoc est, siue in pueritia, siue in iuuentute, siue in senectute vos Dominus vocauerit, inuenti vos vigilantes & paratos, vt pulsanti confestim aperiat. Secundum Chrysostomum Deus vocat, quando timore mortis conuenit hominem, huncque propria conscientia reprehendit. Dicit enim: Quotidie nobis talia exclamat Dominus, ostendens fruentem in meridie sospitate, postquam vesperscit, exanimem. & alium inter prandia expirantem, & diuersi diuersimode ab hac villicatione discedimus.

Deus vii vocet per mortem.

Marc. 13.

Luc. 12. Chrysol.

Dicit itaque Dominus villico: Quid hoc audio de te? Dissipas bona mea tibi in salutem data. Abuteris in tempore, & tate, viribus, pulchritudine alij.

YYY 4 jsqu

T. V
21

1. Cor. 4.

Iudicij hora
cur etiam pijs
timenda sit.

Rationi red-
dendæ quid
suffragatur
maximè.

Psalm. 50.

Galat. 4.

Ioan. 17.
Eccle. 9.

Hebr. 4.

jsque donis meis, quæ ad luxum & voluptatem tibi, & alijs in perniciem conuertis. Redde rationem hoc est, para te ad reddendam rationem villicationis tuæ. Siquidem post hac non villicabis, quia villicandi tempus iam finitum est, & in proximo est, vt ex hac vita demigres. Videtis filij, cuiusmodi onus nobis incumbat. Dona Dei multa recepimus. (Quid enim habemus quod non sit Dei donum?) De singulis rationem nos reddere oportet: Sed quid charissimi de operibus respondebimus, qui vnâ non possumus excusare cogitationem? Et tamen discutiemur etiam de cogitationibus & verbis ociosis Si quid enim in nobis vel ociosè dictum cogitatumve inuentum fuerit, per pœnitentiam non deletum, de hoc à nobis exigetur certa, indubitataque ratio: nec minima culpa carcebit supplicio. Videbimus autem tunc infinitas culpas quas modò in nobis non videmus. Et hæc potissima est ratio: quare etiam Deum timentes & pijs homines, qui nihil temporale diligunt, hanc vltimam horam formident. Ad hanc rationem reddendam, nihil prodest magis, nihil tam efficaciter succurrit, quàm vera profundissimaque humilitas, quæ de se suisque omnibus operibus desperans, subijcit se Deo, & indignam se æstimat, non solum regno cælorum, sed etiam gratia & quouis vel exiguo beneficio Dei. Nihil igitur in suis confidens meritis, misericordiam Dei vnâ postulat: huic credit, huic se committit, dicens: Misericordissime Deus non est in me bonum, nec ratio quare salues me. Ex me quidem desperare possem, sed in te est vnde non diffidere debeo. Vna est namque ratio quare ad te clamo, quare in te spero. Misericordia tua est magna & infinita. Miserere igitur mei Deus obsecro, secundum magnam misericordiam tuam.

Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubescio.

Timor periculaque sæpe incautos ad mentem reducant. Sic contigit huic villico quoque, vt tunc tractaret quomodo euaderet, cum immineret periculum. Tu verò antequàm in periculum incidaris, illud præmeditare futuram, ac tibi prospice. Propterea hortatur nos Paulus dicens: *Dum tempus habemus operamur bonum ad omnes* Christus quoque: *Ambulate, inquit, dum lucem habetis, & dum dies est.* Et Salomon: *Quo leuque potest manus tua instanter operare:* quia nec opes, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Ait itaque villicus intra se. Quid faciam? Non tractauit cum amicis, non doctores consuluit: quia in hac re amici nihil tibi prodesse possunt. Nemo in rem tuam tibi, sed omnes quod tibi prodest, consulunt. In te ipso igitur, quomodo prospiciendum tibi sit, vt felicem horam inuenias, confidenda. Aut enim vt te pares ad rationem reddendam, aut modo, quamdiu supplicandi tempus est, vt cum Domino tractes, veniam petens & misericordiam, necesse est. Deinde vide, quia non dicit, Quid dicam? Omnis enim tunc eloquentia muta erit. Nulla iuuabit excusatio, quia aperta & nuda erunt omnia coram Deo. Vidit igitur, quia nihil poterat tunc verbis excusari, ideo dicit: Quid faciam? Fodere non valeo, id est, assuetus non sum dura pœnitentiæ opera agere, ieiunare non valeo. Corporis me grauat afflictio, & co-

tas poenitentiae rigor mihi contrarius est, atas, complexio tenera & delicata, consuetudoque inoluta me faciunt ad laborem ad corporis exercitationem, & ad fructus poenitentiae dignos ineptum. Mendicare erubescio. Ab alijs suffragia, intercessionisque mendicare erubescio meritorum. Omnes enim ipsi Rom. 1. egent misericordia Dei, & nemo est qui credere audeat ad salutem sibi non deficere sua. Accedit quod circa rationem reddendam tunc mendicandi tempus nullum restat.

Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

Sibi utile consilium prospexit, quo haberet, ut sustentaretur amotus ab officio suo. Neque enim domino sed sibi utiliter consulit. Est igitur hæc similitudo non in omnibus imitabilis, sed in hoc tantum, quod in hac vita prospiciamus nobis, prudenterque videamus, ne vndique maneamus exclusi & desolati. Est itaque hæc parabolæ significatio: Cum opera magna poenitentiae agere non sufficimus, misericordijs pauperum Dan. 4. peccata nostra redimamus. Indicat enim nobis Dominus quam sapienter fecerimus, si de bonis suis (omnia enim nostra ipsius sunt) pauperibus largiamur, facientes eos amicos de mammona iniquitatis. Vocantur Lucæ 16. enim diuitiæ iniquitatis, id est, inæqualitatis, quia inæqualiter sunt distributæ: Nempe ut vnus abundet, alius egeat. De his itaque diuitijs (licet sine Domini) utiliter nobis prospicimus, si mendicis eas erogamus, si nobis in pauperibus querimus amicos, qui suis nos apud Deum iuuent orationibus, atque adeo elemosyna ipsa pro nobis clamet ad Deum, sicut scriptum est: *Abscondite elemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro vobis ad Dominum.* Eccl. 29.

Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & secede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octuaginta.

Conuocat villicus hæc suos debitores, qui erant quoque debitores domini sui. Vocantur autem debitores Domini, quia omnia quæ possidenda hic recepimus quibusque vtimur Domini sunt. Erant itaque hi, qui fuerunt conuocati, debitores villici tanquam dispensatoris: sed erant etiam debitores domini, cuius bona tractabant. Sic qui tibi debent, sunt debitores tui, puta pensionarij tui, iuxta hoc quod tu economus es bonorum Domini. Dicuntur autem nihilominus debitores Dei, id est præcipue, quia quæ dispensas, omnia sunt Dei. Iuxta hunc intellectum non inique fecisset villicus, qui sua bona sibi à Domino Deo ad dispensandum commissa, vel pauperibus dederit, vel pauperibus, quæ sibi debebantur, relaxauerit, quia ita potuit suis debitoribus relaxare. Vocantur autem hic (sicut dixi) debitores domini, quia bona quorum ille villicus erat dispensator, erant Domini. Secundum spirituales itaque sensum tibi licet, imo consultissimum est de

ZZZ

T. V
21

est de rebus, quarum te Deus dispensatorem, & in hoc mundo vice domini constituit, elemosinas dare, quia das quod potes & debes dare, non solum consentiente, sed & iubente Domino. Secundum autem literam parabola, villicus ille non legitur ad hoc dispensationem accepisse, nec sui Domini habuisse consensum, ut debita Dominus sui remitteret. Ideo citra Domini consensum debita relaxans, sibi iuxta seculi prudentiam benefecit, iniquus tamen est erga Dominum, cui fecit fraudem. Nam debitoribus singulis, siue in oleo, siue in tritico partem, hoc est, vni plus, alteri minus dimisit, & in sui commodi usum hanc donationem sibi vsurpauit. Dixit namque ei, qui centum debebat cados olei: Accipe cautionem, id est chirographum tuum, & sede cito, & scribe quinquaginta, mediam partem debiti relaxans. Ad alium vero se conuertens, qui centum coros debebat tritici, ait: Accipe literas tuas, & scribe octuaginta, minus illi relaxans, quam primo. Fortasse quia aut hic erat ditior, ille vero pauperior, aut quia in oleo misericordia, in tritico subuentio significatur. Quo instrumur, maiorem esse debere compassionem, quam se vltra posse hominis extendit, quam subuentioem erga proximum. Hec enim, id est, subuentio limites & facultates suas non egreditur, illa vero ad impossibilia quoque se extendit.

Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.

Laudauit Dominus villicum iniquitatis, non quod iniquitatem commendaret, sed quod eius ingenium, eiusque probaret calliditatem, quia se am rem bene instruere nouisset. Primum enim dissipauerat bona domini, deinde etiam, ne propterea pati haberet, furabatur etiam domino suo quae donabat. Non igitur eius furtum, sed prudens sollicitudo pro se excogitata laudatur, in admirationem que venit. Ceterum quia villici huius haec non fuit vera dicenda prudentia, cum esset iniusta, tamen eam dominus laudat, inuitare nos volens ad misericordiam, ut nos multo magis simus liberales ac misericordes, & propitij in bonis domini, donantes inuicem, & subuenientes, faciamusque nobis amicos de temporalibus bonis: ad quae pauperibus distribuenda non solum consentit, sed hortatur etiam nos dominus. Nil enim damni sustinet diuitiarum, quantum libet in bonis eius erogandis ad sui honorem & proximorum utilitatem facerimus liberales. Dicit autem filios huius seculi amatores scilicet muneribus, qui seculo placere & conformari gestiunt, prudentiores, id est, astutiores, filijs lucis: sed hoc in generatione sua carnali & inter suos. Hoc autem ideo dicit, quoniam (ut ferè semper videmus) in maiori diligentia maiori que solertia media inuenire norunt ad sua mala implenda, corroboranda, excusandaque, quam boni ad bona stabilienda.

Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.

Diuitias vocat mammonam iniquitatis. Solis enim, ut Augustinus ait, iniqua

Prudentiam
villici allo-
qui iniustam
cur Deus
laudat.

Augustin.

iniquitas
ca arbitri
uitas a
Donato
statis n
id est, q
veltor
nucul
sericor
giore i
tempor
Nunc i
me, nu
cordiam
Domini
benedic

R
En
ac
gentijs,
vius fue
ni amro
in vili
cuius h
munera
nt. Orn
lia, rob
quibus
mus vri
tes, an
namun
pensac
enim s
sunt co
stricte
gressu
risjudi
electus,
sem lin
traveris
ouicula
maxim

DOMINICAE IX. POST TRINITATEM.

547

iniquis sunt diuitiæ. Iusti enim et si temporalia habeant bona, non tamen ea arbitrantur diuitias, quia non diligunt. Sola enim caelestia tanquam diuitias amant. *Fauste* igitur, inquit, vobis amicos de diuitiis iniquitatis. Donare pauperibus, debita remittite, cibate esurientes, sitientes potare, vestris nudis, consolamini omnes, ut habeatis amicos, qui vos recipiant, id est, qui coram Deo testimonium ferant elemosynarum, beneficiorumque vestrorum à vobis acceptorum, rationemque quare sitis in aeterna tabernacula recipiendi, & quare pro misericordia vobis reddenda iterum sic misericordia, Deo exponant, pro vobisque ut retribuat à Deo omnium largiore impetrent. Huic consilio filij acquiescite, quia & hinc emigrantes temporalia hic bona relinquitis. Nihil enim profunt vobis post hanc vitam. Nunc igitur propter Deum in pauperes vestra miserationum viscera aperite, nunc bona huius vitae, quæ habetis, in indigentes diuidite, ut misericordiam, quia hic proximis vestris impenditis misericordiam, quoque à Domino consequamini, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula Amen.

Diuitiæ eorum iniquitatis mammona vocentur. Math. 6. 17. Lucæ 6. Prouer. 11. Tob. 4.

SERMO DE EADEM DOMINICA.

Quare pauperibus sit tribuendum, rationes: & de periculo diuitum.

Redderationem villæ rationis tuæ Lucæ XVI. Admonent hæc verba vnumquemque nostrum, omni esse tempore sollicitum paratumque ad rationem vitæ suæ reddendam de omnibus operibus & negotijs, de bonis quoque ac beneficijs à Deo acceptis, quomodo cunctis his visus fuerit. Omnes, inquam, rationem reddemus, quomodo priuato omni amore extincto Dei donis ad ipsius gloriam visus fuerimus, quomodoque in utilitatem verterimus ea proximorum. Sumus enim nos villicus ille, cuius hodie meminit Euangelium. Itaque tu à Domino suscepisti bona, & munera ego recepi, recepit alius quoque, tandem nemo est, qui non recipit. Omnes igitur rationem reddere debemus. Recepimus dona corporalia, robur, ingenium, pulchritudinem, aliaque multa bona corporalia, de quibus rationem reddemus. Hæc enim villa est vna, cuius omnes sumus villici. Sunt alia bona animæ, quæ recepimus, scientiam, virtutes, animique dotes: & hæc alia est villa nobis commissa. Sunt tertio bona mundana ac temporalia, quæ recepimus: & hæc tertia villa nobis dispersa est commissa. Sunt postremo singularia multis dona data. Alij enim sunt prælati, alij subditi, alij rectores, quibus singularia multa sunt commissa: & ab vnoquoque, maxime autem ab his qui præsunt districta exigitur ratio. Villicorum enim quisque reddet rationem de ingressu, progressu, & egressu. Si enim prælatus es, interrogaberis, discutieris, iudicaberis, quomodo ad prælationem beneficiumque sit ingressus: an electus, an per amicorum preces promotus, an intrusus. Item si per carnalem lineam, si per virtutem, si per amicorum & potentum timorem intraueris, aut si per munera. Deinde, quomodo gregem pauperis, & perieritne ouicula tibi commissa per tuam negligentiam. Inter omnia enim officia maximum est cura animarum. Accedit ad hæc cura salutis propria, cura

Ratio pro quibus nobis Deo reddenda sit.

Bona corporalia quæ sunt.

Bona animæ quæ.

Bona temporalia quæ.

Bona singularia quæ. Sapient. 9.

ZZZ 2 animæ

T. V
21

Cura anima-
rum quam
in regum sit
officium.

anima tua, vigilantiaque, ne peccato consentias, ne obedias concupiscentie
carnis, ne denique ex carne delicate nutrita opprimatur spiritus: & rursum
ne ex carne nimis afflicta deuotio & spirituale quoque robur intereat. Hanc
curam animæ vnusquisque debet sibi ipsi. Taceo quid debeant prælati ani-
mabus innumeris. In hac ratione autem reddenda si defeceris, non est so-
lūm, quod metuas absolutioem ab officio, aut carcerem sed metuenda sunt
etiam æternæ vitæ amissio, gehenna, ignis, perpetuaque à Deo separatio. Ita-
que Deus Omnipotens diues ille est, cui dicimus: *Tui sunt cali, & tuæ est terra,
orbem terra & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti.* Tu eius
es villicus. Cura tibi animæ corporisque commissa est. Sine Deo nihil po-
tes. Veruntamen qui creauit te, inquit Augustinus, sine te, non saluabitur
sine te. Non imprudenter hic religiosi faciunt, qui suam curam pericu-
lumque abijcientes, prælato ad omnia se subijciunt, eius ductu se regi per-
mittunt, eius obediunt voluntati. Quo fit vt seduci non possint à satana: vo-
pote non seipos regentes (& ideo proprius illos non seducet amor) sed præ-
lato obtemperantes iussionibus. Hic villicus quum dissipasset omnia do-
mini sui bona, confestim illius accusatio intrauit ad dominum. Vocata
vt rationem redderet, præmeditabatur quid faceret, quo ex periculo libe-
raretur, & futuras non sentiret molestias. Ita nobis quoque prouidendum
est, vt si non perfectam potuerimus rationem reddere de his, quæ à nobis
exiguntur, inueniamus consilium euadendi, post hanc enim vitam, nec o-
dere valemus, id est, operari, nec mendicare, quia tunc nulla oratio iuuat,
vbi misericordiz præterierit tempus. Modo igitur quamdiu in vita sumus,
operemur & mendicemus, aut saltem pauperum memores simus ad benefa-
ciendum illis, vt ipsos intercessores faciamus pro nobis. Venit enim nos,
in qua nemo operari potest. Ideo etiam Sapiens monet nos ad fornicam ac-
cedere, discretè ab ea sapientiam, quæ cum nec ducem habeat nec præce-
ptorem, parat in æstate cibum sibi. Itaque consultum nobis est, vt hunc
imitemur villicum, facientes nobis amicos de mammona iniquitatis, qui
in æterna nos impetrent recipi tabernacula. Vocantur autem hic diuine
iniquitatis, vel quia iniquè partæ sunt, vel quia iniquè, id est, inæqualiter
dispensantur, vel quia procurantur nimis solerter, vel quia (vt in pluri-
mum) his homines abutuntur. Has diuitias comparemus à pauperibus,
quorum est regnum cælorum. Ideo enim tu recepisti diuitias, vt electro-
synis & pecunijs Christi erogandis amore emas regnum cælorum. Vita
autem, quam iustè pauperibus subuenire debeas, idè multiplici ratione.
Prima, quia ea quæ possides, tua non sunt, nam si tua sunt, tolle ea, & accepto
tecum. Quod tamen facere non possis in morte, omnia hic relinques. Non-
ne melius tibi foret, vt emeris tibi regnum cælorum, profundendo, quan-
tum tibi aur prolibus superesse potest, in pauperes, vt sis vt misericordiarum
& pietatis vbique studiosus? Sed quid auaris superest? Deest enim illi
tam quod habent, vt Hieronymus sanctus ait, quam quod non habent.
Quam libero igitur corde dare deberes, qui scis te aliena largiri, quæ etiam
inuitus potes amittere. *Dominus dedit* (ait Job) *& Dominus abstulit.* Quanto magis
autem vltro sunt ei offerenda? Secunda ratio, quia vt hæc daces, à Do-
mino accepisti. Hæc igitur si eius amore iterum erogaueris, plura recipies.
Non

Psal. 11.

Ioan. 15.
Augustin.
Religiosi
quam pru-
denter faci-
ant.

Ioan. 9.
Prover. 6.

Luca. 16.
Diuitiz cur-
rescentur ini-
quitate.

Matth. 5.

Pauperibus
subueniendu
esse propter
multas ra-
tiones.
1. Tim. 4.
Eccles. 5.
Hieron.

Iob. 1.

Non
est:
Tot
quic
to mi
ne a
C
quæ
est, i
prof
& va
tes e
miss
cum
conf
face
ter.
tibi
rum
das,
quæ
terra
ex m
re C
quia
ferio
die r
&c.
ci d
nit
Sa
beo
flus
def
mur
lun
min
re
tibu
fice
taste
ve r
nem
quic
pro.

Non enim te deseret, quem pietatis inuenerit studiosum. Scriptum namque est: *Iunior sui & senii, & non vidit iustum derelictum, nec semen eius quarens panem.* Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit, Si quidem cum nihil haberet, ipse dispensanda sua tibi bona commisit. Quanto magis auget incrementa frugum iustitiae tuae, ubi te viderit accepta bene administrare?

Crede mihi, nunquam vidi, nullum legi, neminem etiam audiui vniquam, qui ex misericordia, ea quae habet in elemosynam impartitur, hoc est, in subventionem egenis, passum inopiam, nisi fortasse eos, qui inopiam profiteri voluerunt, iuxta consilium Evangelicum: *Si vis perfectus esse, vende omnia, quae possides, & sequere me.* Quod sanctus pater Franciscus, alijque multi fecerunt sanctorum. Refundit enim tibi Deus plura, quam tu potes erogare. Neque enim fallit, quod omnibus ad literam quoque est promissum: *Dare, & dabitur vobis.* Consilium igitur hoc observa Evangelicum, & omni petenti te tribue. *Beatus enim est dare, quam accipere.* Et Tobiae consilium filium suum instruentis ausculta: *Hic enim noli, inquit, auertere faciem tuam ab illo paupere.* Sic enim Deus à te quoque faciem suam non auerteret. Tertia ratio est, quia ea, quae das, illius sunt, cui das. Quicquid enim tibi superest, non tuum, sed pauperum est: das igitur illis, quorum sunt. Verum adhuc sublimiori deuotione contuendum est, quibus des. Christo enim das, quaecunque das. Quod Salomon cognoscens: *Tua, inquit, sunt omnia, & quae de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Nunquid igitur Christo bona vilia ac terrena negabis? Audi tamen lucidius, quomodo des Christo. *Quicquid vni ex minimis meis, inquit, fecistis, hoc mihi fecistis.* Da ergo pauperi, quia scis te dare Christo in paupere. Quarta ratio est, quia gratis non das, nec Christo das, quia ille indiget, sed ad tuam das utilitatem, ut coronet te ipse quoque in misericordia & miserationibus. Quapropter in fine quoque Evangelij hoc hodie nobis inculcans: *Facite, inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.* Securus facis, quandoquidem iubens haec dicit: *Nam quod villicus fecit de bonis domini, id domino suo non consentiente fecit.* Tu verò dominum habes consensum, consilium & mandatum.

Sed dicit quis: *Quid tribuam, qui nihil possideo, qui nihil quod dem, habeo?* Dico: *Beatus es filii, qui & ipse de illorum es numero, quorum se Christus vnum constituit, hoc est, pauper & inops.* Veruntamen audi, si non defuerit tibi ad alios egenos & miseros compassio, non deerit tibi quoque munus, quod egeno tribuas. Nam habes animum dandi, habes bonam voluntatem, quae sufficit, si aliud non habes aut potes. Haec voluntas tibi à Domino pro opere computatur. Beatior autem es, qui non solum es in pauperes misericors, sed simul pauperibus alijs in egestate, diuitibus verò clementibus in misericordia aequaris. Sunt praeterea dona alia multa, è quibus difficilè est, ut nullum habeas, quo proximo subuenias egeno. Habes enim fortasse aut scientiae donum, aut prudentiam, aut robur ad feruendum, aliudve munus à Deo, quo infirmo egeno ve subuenire queas. Hoc in consolationem proximi impende, & erit elemosyna Christo haud non accepta. Quicquid enim ex charitate feceris erga proximum, elemosyna est. Et quicquid proximo facis, Christo fecisti. Propterea tam magnam fertur sancta Elisa-

psalm. 36.

1. Cor. 9.

Neminem unquam passum in egestate qui misericors in pauperes fuerit. Math. 9.

Luc. 6. Act. 10. Tob. 4.

1. Par. 29.

Math. 25.

psalm. 101.

1. Cor. 2.

Nihil possidentes quomodo etiam misericordiam exerceat valeant. Gregor.

Math. 25.

Scientia
rursus
Hanc
ari
est
da
tio
Tu
hil
per
legi
na
ed
ni
oc
lo
à
nec
o
sum
ben
not
am
pr
lunt
ris
qui
di
ual
a pl
er
le
Vid
ati
acc
Non
quan
cordi
illu
habem
etiam
ro
à Do
cipia
Non

T. V
21

S. Elisabeth
cur magnam
habuerit con-
solationem
in seruitio in-
firmorum.

beth in infirmorum seruitio consolationem diuinam sensisse. Venim la-
uaret pauperes, quum sterneret lectam zgotis, quum operiret infirmos,
quum cibaret famelicos, cum sicientes potaret, & huiusmodi sanctis intenta
foret ministerijs, diceret ancillis suis: Quam bene nobis est: quod ita Do-
minum Iesum lauamus, vestimus, operimus &c. Neminem enim in quouis
paupere alium contemplabatur, quam Dominum Iesum. Huic, quicquid
hominibus impartiuir, fecisse se arbitrabatur. Quamobrem tibi quoque ad-
sit voluntas bona, nec vnquam deerit, quod pauperi, vel in obsequium, vel
in solatium, vel in consilium, imo quod Christo impendas. Videndum au-
tem est postremo, in hoc esse Euangelio multa, quae instruant, tam ex domi-
no, quam ex villico discenda. Primum est, quod diues ille prudentia vi-
tur, quod non cito malum credidit, sed ante discutiendum putauit, quam
villicum repelleret. Ideo dicit: Quid hoc audio de te? Quo docemur mala de
proximis non libenter audire, nec facilliter credere. Secundum quod doce-
mur, vbi diffamatio sit subditi, praelatum maximè decere, ne dormiet, ne
negligat dissimulet ve inquirere veritatem. Quomodo enim non se uenter sunt
mala credenda, ita vbi infamia surgit, & homines loqui & multare ceperint
de cuiusquam animae periculo, vigilandum est, ne homo forsasse in pe-
riculo animae constitutus etiam seipsum negligat, aut ne alij male adhiberi
scandalum recipiant. Tertium est, non mox cum impetu & praecipitate
damnare, sed ad rationem ponere. Quapropter diues hic dicit villico: Re-
de rationem villicationis tuae. Quarto, non omnia simul in homine abij-
tere & arguere, sed discernere & videre etiam, quae excusari & laudari pos-
sunt, & his dare laudem: ea verò, quae reprehensione aut vituperio sunt di-
gna reprehendere. Quintum, quod fecerit de bonis diuitis hic villicus sibi
amicos, non reprehendit diues. Neque enim illi clementia displicet dispen-
satoris. Et nos quum liberalem habeamus Dominum, non debemus nos
esse immisericordes. Sunt praeterea in villico, quae nos edificant. Praeme-
ditabatur enim villicationem suam non diu prorogandam, sed mox finiu-
ram. De sine igitur & de his, quae post sui amotionem ab officio sibi possent
euenire, cogitauit. Deinde praemeditatur, quia quicquid hic acquiritur licitum,
aut laborando, siue operando, siue mendicando paratur: neutrum ho-
rum sibi conuenire sentiens, ad aliud, ne omni destitueretur auxilio, se
consilium callidus conuertit. Nos verò quia Domino didicimus idem con-
siliium hoc placere, vtamur eodem remedio contra futuram quam sumus
reddituri rationem. Simus in alios misericordes, & inueniemus nos quo-
que misericordem Dominum.

Documenta
huius euin-
gelij.

Villicus iste
quomodo sit
imitandus.

Math. 1.

Diuitum ex-
citas quam
sic plangenda.
Math. 7.
Luc. 16.
Math. 9.
Diuitis ad ca-
melum com-
paratio.

Quam plangenda autem est caecitas diuitum huius seculi, bone Deus, tot
Euangeliorum obruta o corde audientium excitamenta ad misericordiam.
Quare non creditis o diuites, quod sola sit misericordia, qua vos per angu-
stam portam introire fiat possibile? Si enim camelo facilius est foramen
acus transire, quam diuiti venire in regnum caelorum, deponat igitur ca-
melus gibbum dorsi sui, & corpus suum extenuet, Christo capiti illud suo
exiguo & humili conformans, & intrabit angustam portam. Et ve lucidius
dicam: Camelus noster diues scilicet, pondus & gibbum abijciat tempora-
lium bonorum, nihil in diuitijs confidat, nihil sublimè sapiat, humilibus
confes-

conf
tem
auar
non
ratis
port
dior
quie
eum
time
passi
diu
liam
sauro
fatis
& ter
cord
mou
perch
Chri
vbi p
te: E
fau
enim
tres s
veni
Si
illud
nem
syna
nego
ante
terri
nem
vestr
vobi
do e
mife
Chri
lire p
betis
iusta
se ne
mne
rem
lum,

contentiat, non querat ac amet diuitias huius seculi, vtatur modestè bonis temporalibus tanquam non vtens. Extenuet diuitias, occidens in se gibbum auaritiæ. Largiatur pauperibus, subueniat desolatis, & huiusmodi negotiationibus sibi acquirat regnum caelorum. Tu diues, inquam, extenua cupiditatis ventrem & gibbum, quia cum amore diuitiarum intrare per angustam portam non potes. Quod tunc fiet, dum in corpore tuo, id est, in omnibus actionibus, in vxore, in filijs, in familia temperanter & sobriè viuis, capitique tuo, id est, Christo qui hic exinanauit seipsum, & pauper propter te factus est, qui hic exiguus fuit & humilis, conformaris. Verum ergo ne gratis timeo loquar. Nemo enim ad eleemosynam tardior, nemo durior ad compassionem, nemo ad dandum parcior, nemo tenacior ad seruandum, quam diuites seculi, qui habent consolationes suas in hoc mundo. Qui si nullam aliam habent consolationem, hoc pro consolatione ducunt, quod thesauros congregant pecuniarum, quod aurum & argentum, quae nunquam satis diligere videntur, coaceruant, domos multiplicant, comparant agros, & terrena quo modocunque possunt, colligunt. Nihil, quicquid de misericordia Christus loquitur, eos, perinde ac si Christiani non essent, afficit aut mouet. Propter gloriam tamen mundanam, & per ostentationem multas perdunt diuitias, quas veluti pro suo honore probe locatas estimant: pro Christo verò obulum dare eos grauat. Mercedem mercenarijs, quantum & ubi possunt, minuunt. De quibus Iacobus in epistola sua quid dicat, audite: *Ecce merces mercenariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras, quae defraudata est in vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth intrauit. Qui enim, ait Ecclesiasticus, effudit sanguinem, & qui fraudem fecit mercenario, fraudes sunt.* Si iudicium apud te est & diues, pauper ad iusticiam obtinendam venire non potest, nisi muneribus tibi impleat manus.

Si executor es testamenti, quod legatum est pauperi, non recipiet pauper illud: quia nunquam eris domi quaesitus à paupere, nisi leporem, salomonem, huiusmodi ve aliud praemittat pauper. Si varijs pauperibus eleemosyna facienda constituta est à defuncto, tu aliquandiu pecunijs his vreris ad negotiationes tuas, quo ex eadem pecunia lucrum & quantum tibi vsurpes, antequam tribuas egenis. Vnde fit, vt executiones saepe testamentorum in tertium hominem transeant, prioribus mortuis, & testamenti executionem relinquentibus alijs non expeditam. Heu quam breuis erit haec vita vestra, quam breuis potentatus, quam breuis consolatio, quam iusta etiam vobis erit damnatio, cum redimere nunc illam possitis, sed non vultis. *Mo-* do enim quia nullum consilium sanum recipitis, plorabitis vlulantes in miserijs vestris, quae aduenient vobis. Rogo igitur vos in visceribus Iesu Christi, rogo vos per mortem Domini Iesu Christi qua redempti estis, nolite pecunias vestras & bona alia, quaecunque temporalia atque caduca habetis, plus diligere quam animas vestras. Restituite si quae bona habetis iniusta. Si dubitatis, an sint iniusta, aut quomodo sint restituenda, quia fortasse nescitis, cui (vt illis contingit, qui in emendo ac vendendo imposturis omnes homines fallunt) interrogate virum bonum & doctum, aut pastorem vestrum, & illius sequamini consilium, cauentes posthac omnem dolum, simulationem, iniquitatem & fraudem. Verum dicit quis: Si cuncta
 ZZZ 4 deberem

Psalm. 67.
Roman. 11.
1. Cor. 7.

Phil. 2.
1. Cor. 13.

Luc. 6.

Diuitiz quibus modis à multis iniuste congregatur.
Iacob. 5.

Eccle. 14.
Iudicium dicitur quale communitur.

Executores testamentorum quomodo delinquunt.

Iacob. 5.

Bona iniusta quomodo sint restituenda.

1. Pet. 2.

deberem restituere, quæ fortasse secundum Deum mea non sunt, medieta-
tem honorum non retinerem, imo & ipse simul egerem. Siue egeas, siue abū-
des, nunquam eris tutus in tua conscientia, si habes quod restituere teneris,
& non restituis, aut si animo retinendi sic mortuus fueris, actum erit de ani-
ma tua. Noli, noli diuitias arctius diligere, quam animam tuam. Si etiam
omnia quæ habes, tua non fuerint, relinque omnia, & nudus libera te. Ha-
ber Dominus si illum quaesieris, vnde pascat te, qui pascit etiam volucres ca-
li, qui pascit quoque Tartaros & Paganos & hæreticos. Scito quia melius
tibi erit, te pauperem, & diuitijs propter restitutionem alienorum nudatum
intrare in regnum caelorum, quam multis opibus refertum mitti in ge-
hennam ignis. A quo nos seruet omnes Deus & Dominus noster Iesus Chri-
stus, cum Patre & Spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

DOMINICA X. POST DOMINICAM S. TRI-
nitatis, Epistola B. Pauli Apostoli I. ad Corinth. XII.

Sciatis quoniam cum gentes essetis, ad simulachra muta prout du-
cebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu
Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Domi-
nus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt,
idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt, idem autem Domi-
nus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnibus
omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij qui-
dem per Spiritum datur sermo sapientie, alij autem sermo scientie secundum eun-
dem Spiritum. Alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum in vno spi-
ritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera
linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus at-
que idem spiritus, diuidens singulis, prout vult.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Crescente fide Christianorum paulatim linguarum gratia minueba-
tur ac rarefcebat. Vnde nonnulli contristati, qui hac gratia carebant,
alijs eam habentibus ceperunt inuidere, quasi linguarum gratia ex-
cellentior alijs esset charismatibus. Ideirco Apostolus eos ad pacem compo-
nens, ait De spiritualibus, hoc est, de donis sancti Spiritus propter quæ ma-
iores superbiunt, & minores inuident aut diffidunt, nolo vos ignorare: quia
cum essetis in paganismo idolorum cultores, ibatis ad simulachra muta (si-
cut Psalmista dicit: *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum homi-
num. Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, &c.*) quomodo à
maligno spiritu in vestram perditionem ducebamini. Itaque si diabolicus
spiritus vos ducebat vnus, alios ad alia simulachra, & alios ad alia: cur non
modo vos quoque vnus spiritus diuinus ducat alios ad hæc opera bona,
alios ad alia, imo illis hæc dona, alijs dona alia tribuat? Vnus enim spiritus
bonus est in omnibus vobis, cuius multiformia sunt dona, tametsi non om-
nes om-

Math. 6.
Lucæ 12.

Psalm. 135.

nes omnia, sed diuersi diuersa ab eodem recipiatis. Sequitur: Ideo vobis hoc manifestato, neminem in spiritu Dei loquentem dicere anathema Iesu. Quasi diceret: Si quis dixerit anathema Iesu, hic non spiritu Dei, sed satanico loquitur. Quisquis enim Spiritus sancti instinctu gubernatur, ille nec mente, nec lingua, nec opere agit quicquam, vnde Christus contemnatur aut inhonoretur. Est autem *anathema* interpretatus, siue perditio, siue detestatio. Nemo itaque in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. Quia per spiritum Dei abstinetur à malo, & fit bonum. Et nemo potest dicere cognitione, affectione, verbo & opere: Dominus Iesus, illum scilicet in Dominum eligendo, se verò illi in seruum obsignando, puta vt dicat mente, dicat voce, dicat opere, dicatque veritate: Dominus meus est Iesus Christus, & ego sum seruus eius, nisi in Spiritu sancto. Vnde liquet contrarium non esse quod Dominus dicit: *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, hoc est, non omnis* Math. 7. qui voce nuda & informi hæc deuotione dicit, *intra bit in regnum caelorum*: sed qui me diligens, ac propterea meam implens voluntatem, re ipsa me suum agnoscit & vocat Dominum, ille intrabit in regnum caelorum. Hoc enim est, in Spiritu sancto dicere: Dominum suum esse Iesum. Est præterea sciendum omnibus electis esse commune, vt Spiritus sancti participes sint, quamuis gratiæ, quas ab vno spiritu percipiunt, variz & multiformes sint. Propterea sequitur: Diuisiones verò gratiarum sunt, vnus verò spiritus. Pro quo sciendum, non parum interesse inter gratiam, quæ gratum faciens dicitur, & eam quæ dicitur gratis data. Nam gratia gratum faciens est forma spiritualis, sine meritis nostris nobis data, quæ habentem facit acceptum Deo seu gratum, operaque eius reddit, vt sint bona, non solam moraliter, quomodo paganorum & philosophorum virtutes & opera præclara dicebantur bona: sed coram Deo hæc adeousque reddit bona, vt præmio quoque, hoc est, vt felicitate æterna à Deo censeantur digna.

Anathema
quid sonet.

Math. 7.

Gratia gra-
tum faciens
quid sit.

Gratia gratis
data quid sit.

Porro gratia gratis data, quodlibet donum est à Deo gratis homini concessum, naturæ excedens facultatem, quo alter alteri ad salutem cooperatur. Per hanc gratiam solam homo nõ iustificatur: disponitur tamen ad gratiam priorem, hoc est, ad gratiam gratum facientem. Quæ gratia gratum faciens adeo nobis est necessaria, vt sine illa seducatur homo, & ad peccandum trahatur. Quod Paulus Corinthijs obiecit, quia ad simulachra muta, hoc est, ad idololatriam à spiritu malo, non aliter ac à lupo ouicula in sylua lananda, ducebantur falsebanturque ab auruspicibus, magis & demonum præstigijs. Id quoque ideo præcipuè illis contigit, quod non haberunt in se gratiam Dei gratum facientem, quæ illos protegeret, illuminaret ac dirigeret. Non enim *sufficientes sanus, cogitare aliquid saluterum ex nobis, anquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Qui per Osee quoque dicit: *Perditio tua ex te Israel: in me tantummodo auxilium tuum.* Gratia igitur gratum faciens nobis, ne fallamur neve deuiemus, est necessaria. Deinde est præterea adeo utilis, vt nemo illius instinctum sequens peccet: quia nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Tertio iterum necessaria est, quia nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto. Deinde loquitur Apostolus de gratijs gratis datis, quæ ad utilitatem & ædificationem dantur Ecclesiæ. Diuisiones itaque gratiarum sunt, quia alius hanc, alius aliam

1. Cor. 12.

1. Cor. 5.

Osee 13.

AAAA acci-

T. V
21

Rom. 12.

accipit: idem tamen est spiritus, qui has distribuit, vt quod vni datur, etiam alteri per subuentionem & communicationem mutuam sit datum. Hoc enim modo (id est, quemadmodum corporis vnus membra suos actus & dona & que sibi communicant & participant) Dei nos dona, & quicquid à Deo accepimus, inuicem impartiri decet. Et diuisiones ministracionum sunt, quo varia sunt ministeria, varia ministracionum officia: sub vno tamen Domino Iesu, à quo ministeria omnia ordinantur in vtilitatem membrorum Ecclesie, vt ab omnibus vni seruiatur Domino, dum suum vnusquisque donum aut ministerium, quod habet, Dei famulis pro eiusdem amore exhibet. Itaque per ministraciones, seu ministeria Ecclesiastica, ordinatur graduum munia intelliguntur, puta episcoporum, presbyterorum, diaconorum, &c. Et diuisiones operationum sunt, quas agunt electi: idem tamen est Deus Pater, qui operatur bona omnia in omnibus. Neque enim in vno omnia operatur, ne ille dum alijs non eger, superbiat, sed in omnibus omnia, vt que in seipso quis non habet, habeat in alio, & ita maneat charitas. In omnibus itaque electis Dei, est Spiritus sanctus, quibus datur manifestatio eiusdem spiritus, hoc est, vnicuique datur donum gratie, per quod alijs manifestetur Spiritus sanctus inesse ad vtilitatem illius in quo est, & aliorum, vt de accepto dono multis proficit.

Dona scientie & sapientie quomodo differant

Nam alij quidem datur non tam sapientia, quam sermo sapientie, vti sapientie donum, quod habet in se, differere possit etiam alijs. Datur autem hoc donum non per humanum ingenium, nec literarum studio quæsitum, sed per Spiritum sanctum. Alij datur sermo scientie, qua cognitionem quis recipit loquendi & instruendi circa actiones rerum temporalium. Differunt itaque donum scientie à dono sapientie: hoc enim versatur in contemplatione cognitioneque diuinorum, illud verò (vt dixi) versatur circa actiones humanas rerum temporalium: datur tamen æque secundum eundem spiritum. Alteri datur fides, id est, constantia fidei in eodem spiritu, vt quamuis illiteratus aut inidoneus sit ad fidem prædicandam, nullo tamen mouetur metu ad confitendum Christum, & ad patiendum quæ pro fide eius. Alteri gratia datur sanitatum, qua curet infirmos verbo & virtute Dei, idque in vno spiritu. Alij operatio virtutum & gratia graduum miraculorum datur, vt sunt mortuorum suscitatio, aut illæio in igne seu tormentis. Alij discretio datur spirituum, qua bonum à malo spirituum discernat: seu cognitio sagax iudiciumque rectum in discernendis his, quæ in aliorum cordibus aguntur. Alij dantur genera linguarum, quo varijs linguis salutaria enunciet. Alij interpretatio sermonum, quo visiones propheticas obscurasque sensus scripturæ elucidet. Hæc autem omnia quamuis diuersa & varia sint, operatur vnus idemque Spiritus, cum Patre Filioque substantialiter vnus Deus, diuidens singulis, vni hoc, alteri aliud, sicut vult, vt enim ex membris singulis corpus Christi mysticum, id est, Ecclesia totum percipiat, quomodo totum corpus audit, videt, loquitur, & cætera, cum sint singularia tantum membra, quæ singulares pro cunctis & singulis membris hos actus habeant.

EXEGL.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE X.
post Dominicam Sanctae Trinitatis, Luca XIX.

Nillum nobis legi potest Evangelium, quod non olei guttas nobis stiller, hoc est, quod non divinae bonitatis ac misericordiae nobis signa beneficiaque nobis insinuet. Superiore enim Dominica eos docuit, qui multis abstinentijs, ieiunijs, exercitijsque corporalibus se fatigare affligereque nesciunt, peccata sua elemosynis redimere, & rationem quam sumus redditori, omnes monuit praemeditari: hic vero ostendit, his qui vitam hic agunt in omni tranquillitate & pace, iuxta seculi iudicium felicem, quibus omnia iuxta desideria eorum & ex sententia illis in hoc mundo eveniunt, quam tristem habeant expectare mortem, quamque calamitosum exitum. Adeo ut haec ipse quoque Saluator noster praemeditans, ex compassione lacrymas vberes propterea funderet. Per istum autem flerum futurum, infelicem nostrum exitum ab hac vita, sub figura nobis manifestat excidij civitatis. Quomodo enim huic civitati sanguinum, quae sibi, id est, Christo, Prophetis, Apostolis, sanctisque omnibus duram opposuit ceruicem, futuram praenunciabat calamitatem: ita multo magis per spiritualem significationem, malum & excidium nostrum sempiternum nobis insinuatum intelligamus oportet. Dicit igitur Evangelista Lucas:

Cum appropinquasset Iesus Hierusalem, videns civitatem, fleuit super illam, dicens:

Haec historia Evangelica eo tempore facta cognoscitur, quando ultimo advenit Hierosolymam ante suam passionem. Nam quod eodem sero exierat in Bethaniam, crastinaque luce redierit, non ita accipiendum est, quasi ab Hierusalem recesserit, quia parum ab Hierusalem Bethania distabat: quare etiam Bethaniae constitutus, dici poterat Hierosolymis esse. Itaque in ultimo eius aduentu ad Hierusalem, ubi afinam & eius pullum sibi adhaesi fecerat, & de monte descenderet oliuarum, videre poterat omnia civitatis aedificia. Et quanquam semper & civitatem & incolas civitatis, animosque inqueretur incolarum, hic tamen dicitur, quod videns civitatem dixerit: quo indicaret Evangelista civitatis inspectionem illi occasionem praestitisse, aut potius occasionem sibi illum ex aspectu civitatis sumere voluisse, unde flendi illi materia occurreret. Non tamen passione aliqua praecipuus creditur Dominus Iesus (suberant enim illi omnes affectus, omnesque passiones, ut nisi vellet, & quando vellet, non sentire): sed tristabatur, quia voluit, & fleuit quia voluit. Fleuit autem propterea, ut internam eius compassionem agnosceremus. Sed quando fleuit? Tunc scilicet, quando maxima a populo illi fiebat reuerentia, occurrente cum palmis & laudibus, acque divinos illi honores offerente. Nam sternerant ei vestimenta sua exeuntes in via, simulque ramos sternerant oliuarum, clamantes Domino, & Salvatori mundi, hosannah, id est, Domine saluum nos fac obsecro. Id autem faciebat turba, quia miraculum illud audierat magnum, quod de monumento Lazarum quatrinduanum mortuum ac sepultum Dominus resuscitauerat. In hoc itaque magno honore, quae illi turba

Luc. 19.
Ioan. 12.
Matth. 21.
Luc. 19.
Matth. 21.
Ioan. 12.
Ioan. 11.



occurrens offerebat, in communi omnium læticia humilis Iesus nec de honore sibi gaudebat oblato, nec laudibus delectabatur hominum, sed salutem meditabatur animarum. Quo simul nos doceret, nihil in laudibus confidere hominum, quandoquidem & hi qui hodie Christo honores offerebant, paulo post contra eum clamabant atque ad mortem crucis illum postulabant. Voluit nos quoque intelligere omnem læticiam huius mundi esse breuem & aspernendam.

Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Loqui truncare quibus solitum sit.

Vtitur Dominus Iesus gestu & modo mœrentium, qui tristitia & mœrore pleni truncatis verbis dolorem indicant cordis, & sententias exprimunt tristes. Verbi gratia, vt grandi mœrore obrutus quis dicat: Heu prauuldebam. Vtinam tunc locutus essem. Iuste hoc euenit. Vbi multa ad sententiam rei & perfectum sensum pertinentia subaudiuntur quidem, sed non exprimuntur: pauca tamen effunduntur, vnde concepti doloris vulnus, & quid velit dolentis animum conijciamus. Hoc modo loquitur hic Dominus vt plura te subaudire oporteat: Quia si cognouisses & tu, vrbs scilicet incredula & exultans, quod tibi est euenturum, pariter mecum feres: nunc verò gaudes & lætaris, quia in hac die tua, hoc est, in tempore breui vitæ tuæ, quæ diei vix similis est, ea tibi eueniunt, ea amplecteris, in his gaudes, quæ sunt tibi ad pacem temporalem fallacem, atque ad iucundam quietem: ideo rides, exultas, tripudias quæ nescias futurorum. Si autem scires quæ ego scio tibi ventura, feres mecum, nec gauderes. Nunc verò quia nescis quæ abscondita sunt ab oculis tuis mala tibi ventura, ideo hæc te modo non contristant. Causa itaque præsentis lætitiæ ignorantia est futuri mali: qui non cogitas etiam Dei offensionem vel præteritam, vel præsentem, aut futuram, ideo non doles, non plangis, non te corrigis. Scriptum namque est:

Eccl. 2. Quia non cito profertur contra malos sententia, absque vilo timore filij hominum perstrant mala. Hæc futurorum ignorantia apud illos erat, qui dicebant: Venit fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in inuentu e celeriter. Quam tamen ignorantiam suam, imo temeritatem tarde nimis postea plangunt iam in inferno constituti, & in iudicio plangent extremo, dicentes:

Sapient. 2. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Fleuerunt itaque errorem suum sed tardius quam oportebat, quia tempus prætererat miserendi.

Eccl. 2.

Sapient. 2.

Sapient. 5.

Quia venient dies in te, & circumdabant te inimici tui vallo. Et circumdabunt te, & coangustabunt te vndique: & ad terram profertent te, & filios tuos qui in te sunt.

Prænuñciat mala Dominus, quæ Hierosolymitæ erant peccatis suis exigentibus passuri per oblidionem & excidium ciuitatis. Sæpè præmoniti fuerant per prophetas, & per Christum, sed non poenitentes tandem poenas dare coacti sunt. Nam quotquot missi fuerant ad eos prophætæ, ferè omnes ab illis sunt intercepti. Quamobrem dicebat illis Christus: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties velis congregare*

Matth. 23.

Liberum arbitrium hominis quantum valcat.

gere filios tuos, quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? Quae verba si bene discutiuntur, videbis quantum hominis praeualeat liberum arbitrium, praesertim in malo. Christus vult congregare Hierosolymitas, sed non potuit. Quare? Quia noluerunt eum sequi, noluerunt eum recipere. Ipse autem, licet posset, neminem vult cogere non volentem, quia vnicuique suum relinquit liberum arbitrium. Potest itaque homo suo libero arbitrio abutens se impedire, potest obicem gratiae Dei opponere: non potest autem ad salutis statum, aut ad Deum se convertere, & eandem obtinere, nisi Dei adiutus gratia. Cum ergo Iudaeis obtulisset gratiam, vocans eos & convertere cupiens per multos nuncios ad illos missos, neminem illorum audierunt. Venit ipse tandem, vt in parabola habetur Euangelica de cultoribus vineae, & occiderunt eum, non parentes illi, quamuis Dei esset Filius eorumque Dominus. Itaque voluit eos congregare Christus, & ad misericordiam recipere, consentire ei noluerunt: ideo satis diu post omnia eorum peccata ad poenitentiam expectati sunt. Verum cum nulla sequeretur poenitentia, tandem calamitas Iudaeis & exterminans super eos inducta est. Veniunt enim Romani, Vespasianus & Titus eius filius missi à Tiberio Caesare ad vastandam Iudaeam, quia rebellauerant. Non autem putandum est, quia Romani intulerunt Iudaeis cladem illam maximam, vltimumque gentis excidium, quod propterea à Domino non sit eis illata plaga. Quisquis enim minister fuerit iustitiae diuinæ, & propter quancunque etiam causam is qui minister est, id fecerit, aut quamuis Dei zelum ac notitiam habuerit, nihil refert. Nouit Dominus & peccatores punire, per quoscunque id fiat. Nouit vnicuique sua mala reddere in finem suum per quancunque vult media. Hoc modo enim olim afflixit Iudaeos rex Babylonis Nabuchodonosor tempore Zedechiae regis, quos captiuos abduxit in Babylonem: in quo minister ipse adeo fuit diuinæ iustitiae, vt seruum suum Deus illum vocaret, propterea quod eos qui castigandi erant, castigabat, quamuis Nabuchodonosor in hoc non diuinæ voluntati aut ordinationi, sed suae crudelitati scire decreuisset. Dominus autem illum, quem prohibere potuisset, permisit vt suam impleret tyrannidem in Iudaeos, quo ea quae Iudaei in Deum commiserant peccata, affligente Nabuchodonosor castigarentur. Sic modo quoque seuitiam Romanorum vertit in Iudaeorum castigationem. Praenunciat autem eis futuram calamitatem, additis simul lachrymis veritatis & prophetis testibus. Venient, inquit, dies quo circumdabunt te inimici tui vallo, id est aggere (tres enim Romani aggeres ad capiendam Hierusalem fecerunt) & coangustabunt te vndique, vt nemo ingredi aut egredi sub obsidione poterit. Tanta tunc calamitas intus fuit obsessis, tanta improbitas famis, vt obsessi corrigias & calceamenta manducarent. Parentibus filij, filijsque parentes ex ore cibum rapiebant. Matres quos genuerant, infantes manducabant. Erant nihilominus in ciuitate latrocinia, pestis, fames, dissidia, factionesque ciuium & omne malum. Moriebantur ex fame homines, & mortuos sepeliebant iamiam morituri: nam inedia & fame consumpti, mox super cadavera sepelienda, in eundem tumulum erant ruituri. Congregata enim tunc fuit hominum multitudo ex vniuersa Iudaea, Galilaea & reliquis Israel quae ad festum conuenerat Paschae, quanta

Math. 21.

Ioseph. lib. 7. de bello Iudaeico cap. 1. & sequentibus.

4. Reg. 19.

Hier. 5. Nabuchodonosor vii minister fuit diuinæ iustitiae.

Calamitas quae in obsidione Hierusalem fuerat.

ante hac nunquam. Hæc ibi vniuersa hominum multitudo conclusa est, & infra muros coangustata. Hæc omnia illis Christus prædixit. Et ad terram, inquit, prosterne te Romani, ædificia destruentes, & filios occidentes.

Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ:

Obfisionis illud tempus sub Vespasiano & sub Elia Hadriano significat, quorum prior ciuitatem destruxit, posterior verò vniuersa etiam relictæ per Titum, & interim reædificari cœpta, funditus demolitus est. Causam autem hinc tantæ calamitatis significat. Eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Ac si diceret: Ideo hæc mala sustinebis, quia prophetas meos ad te missos occidisti, & me quoque occides, ac A postulos meos, reuens intelligere, quod ad salutem tuam omnes te visitare, reducere & instruere venerimus, tam grauiam mala rependens pro charitate tanta & proficijs, malitia te excitante. *Milui ait Hieremias, in calo cognouit tempus iun turtur, hirundo & ciconia, uoluerunt tempus auentis sui: populus autem meus non cognouit iulium Domini.* Et Esaias: *Cognouit, inquit, hos possessorum suum & asinus præsepe domini sui. Israel autem me non cognouit.* Scis ex libris tibi Missam venturum. Ecce venit tibi, quomodo tibi venturus nunciatus est per Zachariam: *Dixit filius Sion, Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinum.* Quare non credis in eum? Inexcusabilis es Iudææ. Feci enim opera quæ nemo alius, & quæ homo solus non potuit facere: hæc testimonium perhibet de me, quod Filius Dei sum. Hanc autem calamitatem, quam passuri erant Iudæi, in Daniele quoque legimus prædictam. Ille enim à Gabriele sibi scribit nunciatum in hæc verba: *Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis uirtutum adificetur Hierusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duas erunt. Et rursus adificabitur platea & muri in angustia temporum (post reditum scilicet ex captiuitate Babylonica.) Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius, id est, Christi, populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo, scilicet cum Vespasiano & Tito. Et finis erit uisitas, & post finem belli statuta desolatio. Hæc desolatio in hunc usque diem apud Iudæos perseuerat.*

Et ingressus in templum cœpit eicere uendentes & ementes, dicens illis: Scriptum est, Quia domus mea, domus orationis uocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

Mox ubi intrauerat ciuitatem Dominus, domum Patris sui accessit, à sanctuario scilicet incipiens purgationem facere peccatorum. Erant enim propter auaritiam phariseorum & sacerdotum in anteriori atrio templi omnia hostiarum genera constituta uenalia, quo hi qui à longè uenerant, ne hostias adducere, propter itineris longitudinem poterant, sese haud excusare, quin offerrent, possent. Posuisse præterea referantur numularios, qui pecuniam egenis mutuarent, aut cambirent, quo maior esset quaestus hostiarum sacerdotibus. Contigit autem, ut assolet in huiusmodi negotiationibus, fieri contentiones, rixas, aut etiam fortasse percussiones. Quare Christi

Lucæ 11.
Matth. 13.

Hierem. 2.

Esaiæ 1.

Zacha. 9.

Ioan. 15.

Daniel. 9.

Esaiæ 56.

Auaritia phariseorum quanta fuerit.

Matth. 21.

stus turpem hunc quæstum in loco sacro Dei honori dedicato execratus, mentas nummulariorum & cathedras columbas vendentium euertit. Bis Dominus Iesus hunc zelum contra huiusmodi negotiatores in templo exhibuit. Primo eiecit vendentes huiusmodi & ementes circa primum Pascha Iudeorum, quo post suam prædicationem Hierosolymam ascenderat, & vbi iam aquam mutauerat in vinum, de quo scribit Ioannes. Secundam eiectionem fecit in Dominica, quam nos vocamus in ramis palmarum, de qua eiectione refert Euangelium præsens. Refert autem Ioannes quoddam quasi flagellum de funiculis fecerit, quo illos eiecit. Vnde miratur fortasse quispiam: Quomodo tanta auctoritatis homines, tantaque populi multitudo, sacerdotes quoque superbi id sustinuerint ab homine (vt putabant) simplice & paupere? Dicendū: Dominus Iesus non solum eiecit eos ex templo, & nummulariorum æs effudit, cathedrasque euertit vendentium, vt homo: sed terruit eos etiã virtute diuinitatis. Ideo etiam verisimile est, fulgorem tunc quendam diuinum in eius vultu atque radium terrificum apparuisse, cuius aspectu terrentur iniqui, ab iraquæ compesterentur.

Et erat quotidie docens in templo.

Christus hoc die & sequenti, tertiaque die quotidie à manè vsque ad vesperam prædicabat in templo, assiduitatem prædicandi circa finem exhibens vehementiorem.

Docuit autem nos hic Christus locis sacris, non contumeliam, sed reuerentiam exhibere. Multifaria namque irreuerentia loco fit sacro: Primo, in loco sacro malè viuendo, vt faciunt religiosi quidam iniqui, & mali sacerdotes. Vnde scriptum est: *In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.* Secundo exhibetur irreuerentia, si prophanis vrbibus locus sacer applicetur. Quocirca scribit Marcus, quod non sinebat Dominus Iesus, vt quispiam vas transferret per templum. Tertio, templum Dei polluendo. Vnde Psalmista: *Polluerunt templum sanctum tuum.* Legimus Pompeium, qui in omnibus bellis fuit fortunatissimus, postquam ipse & eius milites in porticum templi posuerunt equos suos, templum Domini prophanantes, nullam post hac victoriam obtinuisse, sed hostibus semper succubuisse. Quarto, in loco sacro proximum ledendo, vt hominibus verberando, vulnerando, aut cuiuspiam res sibi aliènas auferendo, quomodo Heliodorus pecuniam depositam alienam rapere moliebatur, sed insigni à Domino fuit plaga correptus. Quinto, fit contumelia loco sacro, vbi imagni, altari aut sacris vasis in altaris maximè ministerio deputatis fit contumelia. Quod Iulianus fecit apostata, qui super pallas & corporalia & incalices minxit, aluumque purgans, fecidauit. Qui suo merito grauius mox punitus est à Deo. Huc locandi etiam hi sunt, qui Eucharistiam indignè, aut sumunt, aut alijs ministrant constituti in mortali peccato. Hi enim non solum templo, sed etiam Domino templi iniuriam ac contumeliam faciunt grandem. De hoc Paulus scribens ad Hebræos: *Irritam, inquit, que legem faciens Moysi sine miseratione duobus aut tribus rebus moritur.* Quanto deteriora mereri putatis supplicia eum, qui Filium DEI pedibus conculcauerit? Christum conculcare, est ipsum irreuerenter & indignè sumere.

AAAA 4. Charis-

Marc. 11.

Christum negotiatores expulsi ex templo. Ioan. 2.

Lucæ 19. Matth. 21. Marc. 11. Ioan. 2.

Irreuerentiis in loco sacro multifario fieri.

Esaie 26. Marc. 3.

Psalm. 78.

Exemplū de Pompeio templo Domini prophanatore. Mach. 1.

Iuliani apostate in sacra impietas.

Hebræo.

T. V
21

Mors semper
& vbiq; ho-
mini suspi-
ca habenda.

Charissimi filij, præmeditemini futurum Dei iudicium, incertam horã mortis, mortem ipsam certissimam, quæ rapiet vos, quocunq; inuenierit vos loco. Alius in lecto, alius in campo, alius in ludo, alius in aquis, alius in bello moritur. Propterea in omni loco, in omni tempore mortem habetis suspectam. Nec inueniri vlllo modo patiamini vos in statu, in quo si mors subito irrueret in vos, non possētis saluari. Hoc est, caueatis, vt mortem corporis, imo incomparabiliter magis mortem animæ, caueatis mortale peccatum. Quod si incideritis, non patiamini, si fieri potest, ad momentum vt in illo perseueretis. Quapropter illico ad Deum festinate misericordiam postulare, pœnitementi, lugete, castigatē iniquitatem vestram, & firmo proposito, st atutaquē sententia vos renouate, quasi modò incipientes, quasi modò geniti, vt tanquam in nouitate vitæ quasi nunc incipientes ambuletis. Si in gratia Dei reconciliari Deo mortui fueritis, nihil vobis aut genus, aut conditio nocebit mortis. Iustus enim quacunque morte proccipatus fuerit, in refrigerio erit. *Preciosa enim in conspectu Domini est mors iustorum eius.* At verò contra, quomodocunque moriantur iniqui, est mors peccatorum pessima. Non igitur timeatis mortem, sed vt bonam habeatis vitam, satagite. Dominus autem noster Iesus Christus vos illuminet, vos confortet, vos regat & possideat, atque in regnum suum vos sempiternum perducatur, qui est benedictus in secula, Amen.

Roman. 6.
Sapient. 4.
Psalm. 115.
Psalm. 31.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

De Christi fletu, quomodoque nos tempus visitationis aduertere, & mortem præmeditari decet.

Fletus Christi
quid nos
doccat.

Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam dicens: *Quia si cognouisses & tu. Lucæ XIX.* Non hac tantum vice Dominum fleuisse legimus, sed sapienter fuisse verò nonquam. Quo indicare voluit tempus hoc vitæ nostræ standum, quàm gaudendum, modo tristitia sit sancta & salubris, Deoq; accepta. Itaque Christus quinquies fleuisse putandus est. Primo, fleuisse creditur ex compassione miseræ nostræ infans mox natus. Siquidem tunc fleuisse dicitur more omnium infantium: quorū prima est emissio vocis ploratus. Christus igitur, quia naturæ nostræ veritatem assumpsit, conformasse se nobis, vt canitur in Ecclesia, creditur, vt illud Sapientie dicitur possit: *Primam vocem similem omnibus emisit plorans.* Fleuit autem miseriam humanæ conditionis, in quam homo cecidit per peccatum. Consideretur status noster, qui in paradiso nobis fuit datus, & consideretur status ille, in quem peccando cecidimus, quem & modò sustinemus, & videmus nunquid non fleu digna sit miseria nostra. Olim omnia quæ in nobis erant quæta, subiectaq; Deo in pace & in tranquillitate creata, obediabant nobis: nulla creatura lædebat nos: eramus incorruptibiles & immortales, hoc est, potuimus non corrumpi, non lædi, non infirmari, non mori. Amauimus bonum, nec erroribus eramus, aut ignorantijs & delictis subiecti. Sed heu experimur omnes, quomodo nos hodie sentimus ad bonum pigros, duros, rebelles, frigidis, ad malum pronos, ignorantes, concupiscentijs malis & ten-

Quinquies
Christum
fleuisse.
Lucæ 19.
Sapient. 7.

& tentationibus plenos, infirmitatibus subiectos. Et quis mala omnia quæ nobis occurrunt, enumerabit? Fleri & plangi possunt, enumerari non possunt.

Fleuit itaque tunc Dominus Iesus, non propter se, sed propter nos: ipse enim peccatum non habuit, nec carnem peccati, nihilo minus tamen pertulit humanas infirmitates, quæ sunt sine peccato, ut famem, sitim, calorem, frigus, pauorem, lationem, vulnera, dolores, & mortem, quia voluit, & quantum voluit, & quando voluit propter nos. Sic propter nos fleuit, quo nobis flendum ostenderet. Quare flendum? Non quod calorem & frigora toleramus, non quod paupertatem, exilium, carceres, persecutionem, aut mortem sustinere habemus, sed quod in hac vita Deo non subditi sumus, quod continuè peccando ipsum offendimus, quod in ignorantia & erroribus ambulamus, quod nulla nobis est constantia voluntatis bonæ, quod dona Dei in nobis destruimus, quod Dei abutimur beneficijs, quod nimia est nobis infirmitas animi, quod nulla fortitudo, nullus ad Deum amor, infinitaq; alia, quæ ut plangantur operæ precium est. De hoc fletu Christi dicit Bernardus. Fleuit Christus, sed non ut cæteri. Sed cur non ut cæteri? Illi enim flent ex passione, sed Christus flet ex compassione miseræ nostræ. Secundo fleuit Christus ex dilectione. Fleuit enim super Lazarum mortuum licet paulo post resuscitandum. Fleuit autem videns amantissimam atque fidelissimam quoque suam discipulam, Mariam Magdalenam flentem. Quo discimus non illicitum esse, horum qui nobis amici fuere ac necessarij, mortem flere, modò non fuerit intemperantia, immodestiaq; quæ prebeat in alijs vilioribus, aut necessarijs impedimentum. Tercio, hic fleuit super ciuitatem. Fleuit autem non quod murorum, ædificiorumq; destructionem, aut vrbs plangeret excidium, sed quia cæcitatem, mortemq; doluit animarum. Ambulabant enim habitatores Hierusalem, iuxta verbum Sophoniæ, ut cæci, quia Domino peccauerunt. Satis enim erant per prophetas præmoniti, sed credere noluerunt. Nam excidium hoc quoq; Michæas prædixit illis: *Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum.* Docuit autem nos flere pericula animarum, puta tam peccata nostra propria, quam aliena. Ad quod hortatur etiam Augustinus, dicens: Sunt ne in te viscera humanæ compassionis, qui plangis corpus à quo recessit anima, & non plangis animam, à qua recessit Deus? Vellet quidem pietissimus Dominus nò opus fore, ut virgam sentiremus, vellet nos omni esse tempore consolatos, si nobis ita expediret. Nos enim quamuis ratione præcellimus, sumus tamen pecudibus circa ea, quæ carnis sunt, insipientiores. Quare ut pastor suum gregem minat, arcer, regit, & custodit, ita nos Dominus ducit, protegit, cædit quoque, & impellit nos ad bonum. Non est voluntas eius, ut moriamur in peccatis nostris, nec ut æterna nos plectat morte. Sed nostri cupit misereri, ideo virga nos visitat, ut ad viam reducat, à qua hallucinati sumus. Beneficium igitur est maximum, si à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Videtis enim quàm paternè suos castigat filios, quando super obduratos quodque flet peccatores, quòd iustitia sua, & illorum meritis exigentibus cogitur eos abijcere atque damnare, qui tamen adeo multifariam inuitati ad il-

1. Pet. 2.

Flendum cur
sithomai.

Bernardus.

Ioan 11.
Christus cur
super Lazarū
fleuit.Lucæ 19.
Super ciuita-
tem cur fle-
uerit Chri-
stus.

Sophon. 1.

Mich. 3.

Animarū pe-
ricula esse
plangenda.
Augustin.

1. Cor. 11.

T. V
21

Esaia 1.

Augustio.
Christo super
Iudam fle-
nisse.

Ioan. 3.

Prælatorum
ruina cur ma-
ximè sit de-
stenda.

Hebræor. 5.

Documenta
Euangelij
huius quæ
sunt.

Prælati bo-
nus ac zelo-
sus quomo-
do subditorum
peccata de-
sticat.

Ezech. 14.
Prælati
quando ani-
mam suam li-
beret monè-
d, subiecto:

lum accedere, vt saluarentur, noluerunt. Naturæ diuinæ proprium est, præcipueque competit ei misereri, & parcere. Proinde, quando damna, aut punit reprobos Deus, quasi rem sibi alienam agit. Quod per Prophetam nobis insinuat, vbi de his qui se corrigere volebant, cordeque obdurauerat, Dominus dicit: *Heu consolabor super hostibus meis, dolorem exprimès quòd hostibus suis vltionem cogere tur inferre.* Quarto, vt Augustinus refert, Christus super Iudam fleuit. Quamuis autem nulla certa hoc probetur scriptura, potest tamen dici, quòd aliquo modo hoc insinuat Euangelista Ioannes. Nam quum Dominus Iesus dixisset post lationem pedum discipulorum: *Ego scio quos elegerim, sed vt adimpletetur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum,* sequitur paulo post: *Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen dico vobis, qui vnus ex vobis tradet me.* Potest autem intelligi, quòd ruina prælatorum & magnorū, propterea quod vehementer hæc non solum illis, sed omnibus etiam nocerent, maximè stenda est. Grauem enim plagam ferit gregi, vehemensq; infert scandalum, quando prælatus, aut is qui in opinione habetur sanctitatis, manifestum aut graue cadit peccatum. Quinto, Christus fleuit in cruce. Quem sicut Apostolus Hebræis scribens: *Qui in diebus, inquit, carnis sue preces, supplicat onesque ad eum qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Sed ad huius Euangelij sermone reuertamur. Neque enim eruditione caret hoc Euangelium. Ita que Dominus Iesus fleuit hic pro his qui ridebant, pro gaudentibus tristabatur, & pro his qui sui curam abiecerant, sollicitudinem agebat. Flebat pro his, qui eius lachrymas deridebant. In hoc autem figurabat personam boni Prælati, qui subditorum suorum cladem suam æstimans, peccata, pericula, damna, ærumnas, infelicitatem, perditionemque eorum dælet. Maximè autem hic Prælati figuratur zelosus, qui post omnem diligentiam suam contemnitur, cuius monita spernuntur, cuius diligentia, ac vigilantia deridetur, qui cum nullum ex se videt sequi fructum, non aliam habet consolationem, nisi vt pro subditis suis apud Dominum ploret. Fleuit autem Dominus mala futura super Hierusalem, sed multo plus causam fleuit, propter quam erant hæc mala vrbi ventura. Quid enim nocuisset vrbi peccata & demerita, sed innocentes hæc paterentur? Secundo optat eos quoque suam infelicitatem, & infortunatam fortunam agnoscere, periculaque præmeditari, vt dum tempus est, possint ea si velint, præcauere. Nihil enim illis profuit Christum illorum flere damnationem: sed si ipsi quous fleuissent, potuissent Dei iram à se auertere, aut saltem ita reconciliare, vt illa etiam paterentur, ad suorum peccatorum purgationem, ad æternamque salutem pateretur. Quomodo igitur sollicitudo & stetit nihil profuit Christi illis, qui seipfos non flebant, ita boni Prælati sollicitudo, nihil illis confert, qui sua sponte inique volunt. Prodest quidem Prælati, si, vt in Ezechiele habetur, Domino loquente ad impium eius denunciauerit iram, gladiumque venturum prænuiciauerit, quia liberat animam suam pælor, quod malum futurum illi prænuiciauit. Porro subditus præmonitus, si non custodierit se, nec monentem audire voluerit, morietur in peccato suo.

fuo. Pastor igitur animam suam saluabit, nec subditi sanguis de eius manu requiratur. Consoletur itaque pastor se, si non auditur, aut si ipsius diligentia contemnitur, quandoquidem neque melior, neque dignior est Christo, cuius sermo non semper fecit fructum. Causam huius dicebat Iudæis: *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Tertio etiam instrumur de tempore visitationis nostræ, atque illud obseruemus. Tota vita nostra hoc tempus complectitur. Ideo nulla est hora negligenda, nullusquæ dies, quandoquidem quotidie à Domino visitamur. Quicquid agit circa nos, quicquid super nos venire permittit, visitatio est Domini. Quare quæcunque tibi eueniunt, non aliter quàm à manu Domini accipias. Et dum aliquid tibi acciderit noui, mox cogita, siue triste id fuerit, siue lætum, visitationem esse Domini. Intellige munus hoc tibi missum à Deo, per quod magis quàm ante illi placere studeas. Certissimum autem tene nullum unquam patrem adeo fuisse sui filij amantem, nunquam filio suo tam bene voluisse, nec filij adeo desiderasse profectum, quàm desiderat Pater cælestis, ut filij sui à se creati, à se redempti, sibiq; adoptiui, bene, iustè, pieq; ac sanctè uiuant. Quarto, frequens nobis esse debet mortis memoria. Huius enim meditatiuæ delectationes aspergit, & amaricat sensuales. Ea autem quæ de excidio referuntur Hierosolymitano, spiritualiter etiam contingunt homini morienti. Moriens enim aut moriturus illud dicere potest Iob: *In memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.* Siquidem homini, præsertim peccatori morienti, mirabilis occurrit angustia, variæque aduersitas. Circundabunt tunc animam egredientem inimici eius vallo.

Vallus, seu agger ille, triplex est peccatorum angustia. Anguntur enim de peccatis cogitationum siue cordis, de peccatis operis & omissionis. Horum peccatorum, quæ olim non reputabat, accusatrix tibi nunc aderit conscientia, & ex omni parte animam circundabit molestia. Erit autem tunc iudicium Dei, ut qui toties & tantum tempus visitationis suæ neglexit, contempsitq; Dominum, post peccata sibi æque gratiam suam offerentem, ut in extremo quoque tunc nihil à Deo speret, nihil roget, nihil impetret. De hac animæ obfusione dicit Ionas: *Circundederunt me aque vsque ad animam, abyssus vallauit me.* Ad hæc circundabunt demones peccatricem animam, ut in libro Sapientie scribitur: *Personæ tristes apparentes pauorem illis præstabant.*

Angustabunt itaque miseram animam inter vitam & mortem, inter fidem culpæ & intium pœnæ, ut nesciat quo se vertat. Nam intus sentit conscientiam se accusantem, iuxta se demones terrentes. Si etiam se conuertere voluerit ad Deum, non inuenit eum, hoc est, non cogitat eum clementem, benignum & misericordem, sed durum & inclementem, quia à demonibus conuictus ad desperationem impellitur. Deinde, inquit, inimici ad terram prosterne te. Ad terram prosterne te homo moriens, quia corpus terræ traditur, anima verò peccatoris sepelitur in inferno. Vnde in Hieremia dicit Dominus: *Dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu eorum, quorum tu formidas faciem. Et filios tuos, qui ante sunt, inquit, ad terram prosterne te.*

BBB 2 Opera

Hierem. 31.

Ioan. 8.

Quomodo homo quæsitus à Deo visitatur.

Excidium Hierosolymitano quomodo spiritualiter contingat homini morienti. Iob 30.

Vallus triplex quo anima peccatrix circundatur quis.

Ionas 2.

Sapient. 17.

Angustia animæ peccatricis morientis quanta.

Prosterne ad terram me. Hæc quid.

Hierem. 22.

T. V
21

Opera vt filiorum nomine signentur.

Eccle. 9.

Amos 9.

Genes. 11. Turrim Babel quomodo construat peccator.

Matth. 23.

Psalm. 111.

Psal. 45.

Consilium optimu quomodo homo bene possit mori.

Eccle. 9.

Ioan. 11.

Mortem qui non habeat timere.

Apocal. 7.

Matth. 9.

Rom. 1.

Opera hominis sunt concepta proles in voluntate, & enata in actione ipsa. Mala igitur opera tua, genimina tua mala, & foetus tui sunt. Hi ad terram profternentur, quia nihil in eis est, quod caelestia petat. Modo igitur quocumque potest manus tua, instanter operare, quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos, quo tu properas. Est enim anima tunc peccatrix adeo ad terram prostrata, vt nihil aliud, quam poenas & praesentes & futuras mortis formidolosa cogitet. Heu quo diuertet anima peccatrix aut quo effugiet? Apparere namque erit intolerabile, latere impossibile. *Non est, ait Amos Propheta, fuga eis: & qui fugerit ex eis, non saluabitur.*

Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Homo peccator hic contra Deum murum aut turrim Babel construit, dum vnam cogitationem alteri coniungit, atque calce malae delectationis non aliter atque lapidem lapidi conglutinat. Verum, quando illa aduenerit hora, omnia disperdentur. Peribunt consilia, frustrabuntur voluntates. Nihil iam restabit, nisi quod audient: Exite, exite, obuia mei. Cui? Irato Domino, irato Iudici, implacato Domino, a quo audient durum verbum abiectionis, & maledictionis, quia dum sani essent, ab auditione mala timere nolabant. Noli igitur in illud tempus contritionis, poenitentiae, conuersionisque exercitia differre, quia tunc tanta erit turbatio animae tuae, vt minime salubre quid, tunc, si poenitentiam vsque in illam distuleris horam, possis cogitare. Scriptum namque de illa hora est: Exibit spiritus & non reuertetur ad terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quicquid statum in vita, & in hanc horam distulisti, hac hora peribit, quia non est tunc tempus consultationis & deliberationis, sed reddendae rationis. Nullum igitur aliud est consilium efficacius, vt si bene & tranquille velis mori, bene viuas. Iam igitur omni hora, omni momento Deo fidelis assiste, atque in eius gratia perseuera. Non potes habere certitudinem, sis ne in gratia Dei necne: quandoquidem nemo scit, an amore, odiove dignus sis, sed sufficit tibi, vt nihil mali in te scias, quod contra Dei foret praecipuum, quod te extra gratiam Dei te constituat. Nam haec in te si deprehenderit, paratum te esse oportet, quaecumque facienda facere, quaecumque subeunda subire, quo gratiam Dei recuperes. Charissimi, igitur nolite tempus vobis datum ad bene operandum negligere, nolite poenitentiam ad vitae finem differre. Modo ambulate dum lucem habetis gratiae, modo, dum tempus est gratiae, Deo vos reconciliate, modo denique visitationem vestram respicite, atque diuiniae inspirationi obtemperate, vt laeti atque felices moriamini. Non habent timere mortem, qui in vita dum sani essent, dum adhuc peccare potuissent, sunt reconciliati Deo, exuerunt peccata sua, & sordidas vestes veteres, resumpserunt nouas, quas dealbauerunt in sanguine agni. Non enim olim candida, dum in peccatis viuere, habuerunt vestimenta, quia in innocentia non perstiterunt, sed sordida. His itaque ablatis, his in cruce roseo Iesu Christi dealbatis ac mundatis, non habes tibi timere mortem, sed confide & crede omnia peccata tua dimissa. Te ipsum quocumque formidas, discute, interroga te, an peccatum diligas, placeat ve quod fecisti, id quae secundum rationem. Nam in sensualitate sola si phantasiae iniquae voluntantur, aut te impugnent, non erit propterea damnatio tibi, qui es in Christo.

sto Ies
fisse,
Deum
praese
milib
cum
Hae
peccat
re, no
nobis
vita C
tre &
DO
I
quia r
hoc v
bis m
Jacob
tino r
vocat
sum r
I
A
refell
spirit
bis lo
niam
& mo
deniq
rectio
more
ter po
repre
entiss
beneu

sto Iesu. Nam si non placeat peccatum, sed optares illud nunquam te admisisse, penitet que te, quod vnquam peccaueris, quodve vnquam offenderis Deum: deinde propositum tibi constans est abstinendi ab omni peccato, presertim mortali: tertio, parata voluntas ad obediendum Dei mandatis omnibus, & sequendam eius voluntatem securè potes te confidere esse amicum Dei.

Hæc enim tria in gratiam Dei constituunt hominem: Dolere de omni peccato, velle cauere & continere se ab omni peccato, & Dei præcepta diligere, nolleg transgredi, sed his obedire. Dominus noster Iesus Christus hæc nobis largiatur, vt nunquam in nobis hæc non inueniantur, vt sic in hac vita Christo soli viuamus, ne in morte ab eodem separemur, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

In gratiam
Dei hominẽ
constituenda
tria quæ.

DOMINICA XI. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistola B. Pauli Apostoli I. ad Corinth. XV.

Notum vobis facio Euangelium, quod predicauit vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: Quæ ratione predicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia visus est Cepha: & post hoc vndecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Apostolus Corinthios intellexerat perperam à quibusdam pseudoapostolis instructos, aut seductos potius, vt de mortuorum dubitarent resurrectione, existimantes neminem resurrecturum. Quem errorem refellere cupiens Paulus Apostolus, eisdem scribit hoc modo: Hactenus de spiritalibus donis vobis differui, modo verò commendo, clariusque vobis loquens idem manifesto Euangelium, quod non est vobis nouum, quoniam iam dudum hoc vobis predicauit. Quod recepistis quoque credendo, & mores ac vitam vestram secundum hoc Euangelium instituendo: in quo denique statis perseverando. Hoc autem dicit de his, qui adhuc in fide resurrectionis persistebant. Neque enim omnes erant seducti. Hoc autem suo more facit Paulus, qui humano ingenio suo & prudentia, quibus excellenter pollebat, vehementer ad Christi gloriam utebatur, applicans consilia, reprehensiones & argumenta, quibus potuit modis prudentissimè, congruentissimèque, vt efficaciter persuaderet. Ideo hic pari modo quoque captat beneuolentiam ab his, qui erant adhuc in fide resurrectionis perseverantes,

BBBB 3. yerba

verba sua coaptans, ut haberent constantes unde gauderent: hi verò qui nutrabant, torquerentur verecundia & emendarentur. Itaque Euangelium, inquit, vobis predicavi, nec ab illo aliud nunc diuersum doceo. Hoc enim illud est quod suscepistis, quod tenetis, in quo perseveratis, per quod & saluamini, id est, cuius tum fides, tum obedientia vos ad salutem perducit, si tamen fide & memoria retinetis, qua ratione, ad quem finem, quo ve argumens hoc Euangelium predicauerim vobis. Neque enim persuasibilibus humane sapientie verbis vos ad hoc induxi, sed predicatio mea fuit in virtute & signis. Legitur enim in Actis Apostolorum non modicas virtutes fecisse Paulum, adeo ut semicinctus Pauli, atque sudaria deferrentur, & super languidos ponerentur, & languores recedebant, spiritusque nequam egrediebantur. Porro finis, inquit, ad quem vobis Euangelium predicavi obinendus est, ut vitam consequamini æternam. Quod haudquaquam assequemini, si resurrectio non fuerit mortuorum. Hoc enim tenetis me vobis predicasse, hoc vos credidistis, nisi frustra credidistis. Frustra autem creditis, si alia quidem recipitis, resurrectionem verò mortuorum fide non expectetis. Quomodo enim non inutiliter creditis, quando quidem fidei finem & fructum non attingitis? Aut quæ alia est spes credentium, quam quod mortui resurgant? Quod quisquis non sperat, frustra de reliquis fidei partibus blanditur.

Sequitur: Tradidi enim vobis inter præcipua fidei sacramenta hoc, quod & ego ab ipso Domino nostro Iesu Christo accepi, non per me finxi. Quoniam Christus non pro sua necessitate, sed pro peccatis nostris mortuus est secundum propheticas scripturas: quarum ex multis vna est Esaiæ dicens: *Propter scelus populi mei percussit eum.* Altera in Psalmo: *Foderunt manus meas, & pedes meos, diminuerunt omnia ossa mea.* Et quia sepultus est post mortem, & quia tertia die resurrexit etiam secundum scripturas. Cuius resurrectionem Ionas in figura testatur. Quomodo enim in ventre ceti ille, ita Christus in terra, hoc est, in sepulchro tribus iacuit diebus, & tribus noctibus. Tradidi quoque vobis, quod post resurrectionem suam visus est Cepha, id est, Petro, cui primo in viris, ut Maria Magdalene primo inter mulieres apparuit. Quando apparuerit autem Dominus Petro, non exprimit scriptura, nisi quod redeunt à sepulchro, ad quod cum Ioanne festinato abierat, atque secum de visione Angelorum, de eorumdemque testimonio secum miranti apparuisse illum coniectura sit. Et post hoc visus est vndecim Apostolis tunc quando propter metum Iudeorum ianuis erant clausis in die & in octauis Pasche. Tunc quoque, quando ut Matthæus refert in Galilæa Christus apparuit Apostolis in monte. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul. Vbi hæc apparitio facta sit, nullus Evangelistarum refert. Ex quibus multi viuunt adhuc superstitites, qui testari possunt, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo minori, fratri scilicet Simonis & Iudæ Thadæi. Quæ apparitio æquè ab Evangelistis tacetur. Deinde Apostolis omnibus in die Ascensionis, vbi primum recumbentibus vndecim, deinde in monte Oliueti pluribus apparuit ascensurus in caelum, vbi refertur discipulos eleuatis manibus benedixisse. Nouissimè autem omnium (inquit Apostolus) post Domini ascensionem, visus est & mihi in Damascum

Act. 19.

Esai. 53.
Psal. 22.

Iona 1.

Marc. 16.

Ioan. 10.
Christus quod apparuerit Petro.

Ioan. 10.

Matth. 28.

Marc. 16.

Luc. 24.

Act. 9.

maſcum ad perſequendos Chriſtianos proficiſcenti, ſed tanquam abortiuo, Abortiuum qui immaturè & violenter de vtero eijcitur matris. Ita enim ego quoque, curſe nomi- inquit, de ſynagoga vtero coactus ſum per terrores & minas (quando di- ner Paulus. ſum eſt mihi: Durum eſt tibi contra ſtimulum recalcitrare) exire. Ego e- Act. 9. nim ſum minimus Apoſtolorum (quod à nobis tempore, nò dignitate, quia poſt alios vltimoq; vocatus eſt, debet intelligi) qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, propter vitam meam præteritam, qua apoſtolatu me reddidi in- dignum. Perſecutus ſum enim Eccleſiam Dei. Vide quam humiliter de ſe i. Cor. 15. ſentit Apoſtolus, cum plus apoſtolatu accepto, omnibus alijs laborauerit, Humilitas vberioremq; quam ceteri in Domini horrea reducerit frugem: ob oculos Pauli quanto fuerit. tamen ſuos priorem ſuam vitam ponens, qua veritati zelando per igno- rantiam obſtiterat. Quare vocat ſe non ſolum Apoſtolorum minimum, ſed etiam Apoſtoli nomine indignum. Quo nimirum mentis noſtræ duricia conſuratur, qui malè vitæ noſtræ retro actæ nobis conſcij, de peccatis no- ſtris, poſt conuerſionem etiam noſtram haudquaquam compungimur. Pau- lus ea delicta quæ ante baptiſmum admiſerat, adhuc plangit, noſ ea quæ poſt baptiſmum aſſiduè admittimus, vix plangimus.

Itaque vbi ſe ratus eſt Apoſtoli nomine vocari indignum, ſubiungit: Gra- tia autem Dei ſum id quod ſum. Quali diceret: Per merita mea nil boni ſum conſequutus. Verum gratia Dei, id eſt, ex gratuito Dei munere datum eſt mihi eſſe id, quod ſum. Et gratia eius in me non fuit ocioſa, ſed omni ne- gocio, opere & labore plena, quia abundantius ac plus ſingulis laboraui. Non autem ego, ſcilicet ſolus laboraui, aut aliquid effeci, ſed gratia Dei me- cum. Non ego ſolus, nec Dei gratia (quantum attinet ad voluntatis execu- tionem & opus) ſola, ſed gratia Dei mecum. Quo nonnullorum error ar- guitur, vel eorum qui cuncta tribuere volunt libero arbitrio, vel eorum qui gratiæ Dei totum committunt ſeu adſcribunt. Sunt enim reuera non- nulla, in quibus nos Dei gratia præuenit ſine vllò arbitrio, modo aut co- natu: non tamen ſine nobis, aut ſine aſſenſu & conatu noſtri arbitrij in no- bis quicquam operis ſola gratia conſummat. Superna enim pietas primum agit in nobis aliquid ſine nobis, vt ſubſequenti libero noſtro arbitrio bo- num quod appetimus, agat nobiſcum, quod tamen per impenſam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac ſi ſolis id proceſſiſſet ex no- bis. Ex eo igitur quod diuina nos pietas præuenit, vt innocentes nos faciat, dicit Apoſtolus: Gratia Dei ſum id quod ſum. Ex illo verò, quod no- ſtrum arbitrium liberum per gratiam Dei excitatum, & iam conſentiens Dei gratia ſequitur, adijcit Apoſtolus: Et gratia eius in me vacua non fuit. Si enim Dei gratiam excitantem in ſe ſenſiſſet, & ad adiuuandum, per- ficendumque bonæ voluntatis conatum paratam neglexiſſet, hoc eſt, ſi Dei gratiæ non acquieuiſſet, gratia Dei in Paulo vacua, ocioſaque fuiſ- ſet. Iam verò quia vacua in eo non fuit, adijungit: Sed plus omnibus la- borauit. Quod de ſe ne totum hoc intelligereur, qui ſe ex ſe ſine Deo ni- hil conſpicebat, adijcit: Non autem ego. Quia verò cum gratia Dei ſe eſſe a- liquid inuenit, adijcit: Sed gratia Dei mecum. Hoc eſt, non ego ſolus, nec Dei gratia ſola: ſed gratia Dei mecum, hoc eſt, nec ego ſine gratia, nec gratia ſine me laboraui: ſed gratia Dei, quæ ſola præueniens me excitauit, opera-

BBBB 4 ta eſt

Gratia Dei
vbi cooperatur
libero ar-
bitrio.

Gratia Dei
quando ſit
vacua in ho-
mine.

T. V.
21

Bona opera nostra quomodo sint Dei, & etiam nostra.

ta est in me non sola, sed mecum. Bona itaque nostra & Dei sunt, & nostra. Quia enim & ipse praeuenit nos aspirando vt velimus, & cum assenserimus offerentes conatum nostrum, ipse adiuuando subsequitur nos: imo nobiscum & in nobis operatur, ne inaniter velimus. Praecipuum igitur quod est in bonis operibus, est Dei: minima verò portio bene operandi, est hominis: nec tamen sine Deo, sed cum Deo. Vnde liquet, vt Dei gratia praeueniente, & voluntate nostra subsequente, quod donum Dei est, ex liberalissima eius bonitate fit meritum nostrum ab eodem nobis & nobiscum operatum, ab eodem nobis donatum, & ab eodem in nobis coronandum.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE XI.
post Dominicam S. Trinitatis, Luca XVIII.

Dona Dei vi nobis non debemus arrogare, sed in ipsum referre. 1. Cor. 5.

Resto ordine postquam diu sumus moniti & instructi, quomodo peccata sint plangenda, corrigenda, cauendaq; nunc docemur qua prudentia bonum faciamus, qua humilitate peccata nostra agnoscamus, qua denique synceritate gratias agamus Deo, de gratia, de donisq; eius nihil nobis arrogantes. Ex nobis enim ipsis nihil aliud sumus omnes, quam peccatores ingrati, atque rebelles. Quicquid aliud habemus, quicquid aliud sumus, ex Deo hoc nobis donatum est, vt in hodierna quoque epistola de se ipso Apostolus testatur. Quocirca quicquid ex huiusmodi gloriae ac laudis nobis occurrit, totum illud Deo debemus in eius gloriam referre, & de his nihil nobis vendicare. Inueniuntur enim homines vani, qui nusquam suam gloriam non quaerunt. Quicquid dixerint, quicquid fecerint, omnibus mox narrant ceu suam prudentiam, suam iusticiam, suam diligentiam, suumq; studium iactitantes, quo simul pro fauoribus, pro admiratione hominum, pro gloria humana opera sua iterum vendicent. Hos aliosq; qui non verbis foris, sua tamen exultatione intus apud se gloriantur, inueniens Dominus arguit, quando dixit parabolam huiusmodi, vt indicat Evangelista, dicens:

Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum vt orarent, vnus Phariseus & alter publicanus.

Superborum spiritus triplex.

1. Cor. 4.
Iacob. 1.

Parabola est haec, non historia. Idcirco non oportet omnia in sensu huius quem verba faciunt, sed in sensu quo fiunt, intelligi. Vult autem sub nomine Pharisei hic intelligi superbum iustum, sub nomine Publicani humilem peccatorem. Est autem triplex genus superborum spiritu. Quidam enim à se putant habere, quae habent: vnde sibi placent, instantur, duri sunt ad alios, proximos suos contemnunt, quia Dei dona in suis oculis quae habent, quotidie versantur, vnde illis tumor, & aliorum ea non habentium aspernatio nascitur. Contra hos inuehitur Apostolus, dicens: *Quis habet quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?* Est igitur cum Iacobo reuera confitendum: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deus sum et descendens à Patre luminum.* Proinde nihil nobis ad scribendum, nihil inde gloriandum, quicquid in nobis laude aut gratia fuerit dignum, sed

num, sed cum Salomone confitendum: *Tua est Domine magnificentia, tua est potentia atque victoria, & tibi est laus. Cuncta enim quae in caelo & in terra sunt, tua sunt.* Si ergo haec agnoscimus, quanta stoliditas est nostra qui superbimus? Superbire namque est, supra alium se extollere. Quid praesertim stulte super alium? Nunquid propterea quod tu recepisti quippiam, quod alius non receperit? An Deo possibile non est illi eadem quae tibi aut meliora dare? Et quid tu scis cuiusmodi dona ipse secreto receperit? Aut nunquid securus es, quod propter arrogantiam tuam quae habes, non amittes? aut quod alius te humilior, eadem alia ve bona praestantiora non receperit? Non igitur de alienis bonis es ditior, non in veste aliena gloriosior: sed idem es, quisquis es ex teipso, ut appares & ut cognosceris à Deo. Tantus enim quisquis est hominum, quantus est apud Deum. Propter dona itaque Dei noli extollere te contra fratrem tuum, quo in peccatis tuis, & in voluntate tua mala (si te illi sic compares) deterior es. Neque enim ex te, sed ex Deo es melior, si tamen es melior. Aliud genus est superbiorum, qui cognoscunt quidem à Deo se habere quaecumque habent: adscribunt tamen suis meritis quod habent, dicentes: *Quia hoc aut illud feci, reddidit mihi Deus hoc propterea beneficium.* Inspiciens, quando tibi debitor factus est Deus? Aut quando tu illi gratum quid fecisti, nisi ex illius munere? Quicquid boni habes, à Deo non ideo habes, quia tu bonus es, sed quia bonus est ipse, qui tibi dona impartitur sua, ut tu quoque bonus fias. Propterea dicit ipse: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos ut eatis, & fructum adferatis, & fructus vester maneat.* Neque enim ideo nos elegit, quia sciuit futuros nos bonos: sed quia nos elegit, ideo sumus boni. Non igitur superbiat quis de aliqua virtute, quia superbia ipsa faciet, ut virtus non sit virtus. Qui enim virtutes cum superbia congregat, nihil aliud facit, quam qui in ventum farinam portat. Tertium est genus superbiorum, qui à Deo cognoscunt se habere Dei dona, sciunt pariter gratis ea sibi collata: nihilominus gloriam, quae Deo ex illis debetur, sibi usurpant, ac Deo subtrahunt. De illis hic ponit parabolam vnius Pharisei & Publicani ascendentium simul in templum orare. Pharisei apud Hebraeos erant, ut religiosi aut monachi ferè sunt apud Christianos. Secta eorum, quam profitebantur, non erat mala, bonaque multa habebant exercitia: sed ea vitabat superbia, arrogantia, avaritia, & plerumque invidia. Publicani vocabantur, qui lucris publicis inhiebant illicitis: & ideo ubi Publicani nominantur in Euangelio, pro peccatoribus accipiuntur qui manifestis.

Superbire
quid sit.

Ioan. 15.

Augustia

Pharisei qua-
les fuerunt.Publicani di-
ci qui.

Phariseus stans, haec apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo.

Phariseus hic dicitur apud se orasse, quia non orabat apud Deum. Non enim humiliantis, sed stantis & erigentis se personam exprefit, nec observavit, quod iustus (ut in Proverbijs scribitur) in principio orationis accusator est sui. Neque enim se accusavit de peccatis, in quae oculos retorquere noluit, sed potius opera bona, hoc est, ea quae bonorum operum speciem habent

Cur orasse di-
catur phari-
seus apud se
Psou. 18.

CCCC (super-

(superbia enim eius bona opera destruxit) recensuit. Quapropter magis si- mulatoriè videtur orasse, quam verè, vt ex ipsa oratione quoque, aut glo- riam apud alios sibi conquireret, aut sibi placeret. At dicis fortasse: Quo- modo superbus fuit, qui Deo gratias egit? Nonne liquet satis illum ea bona pro quibus gratias agebat, confessum esse à Domino se recepisse, & gratis ab- que merito? Alioquin quomodo egisset gratias Deo? Dicendum Phariseum illum multiplici infectum fuisse superbia. Primo, licet gratias egit Deo, à quo bona sua esse cognouit, superbiniit tamen in hoc, quod bona illa sibi æ- stimabat data pro iustitia, & industria sua, non ex sola diuina misericordia. Neque enim gloriaretur de his, nisi aliquid suum in illis agnosceret. Se- cundo, quia quamuis verbis gratias ageret, animo tamen & mente tumebat, ab hominibus cupiens laudari, atque de sua quoque gratiarum actione me- lior æstimari. Tertio, quia cum non videret, quid in alienis ageretur cor- dibus, se tamen non solum extulit, sed etiam prætulit alijs, dicens: Non sum sicut ceteri hominum, raptores, adulteri, &c. Poterat Deo gratias agere, quod à rapina, quod ab adulterio, quod ab alijs quoque criminibus illum præseruauerit Deus, quod in peccata grauius illum non permisit cadere. Sed hoc ita fieri oportebat, vt per hanc gratiarum actionem sepi- sum humiliaret, agnosceret se reum omnium peccatorum, non solum que fecit, sed etiam eorum quæ, nisi fuisset præseruatus, facere potuit. Quod si ex animo fecisset, non inuenisset in se, vnde alteri præferre se posset. Iam verò ceteris se præferens, alios, præsertim Publicanum, despiciens & iudi- cans, superbum & tumidum se monstrauit. Contemptum enim putatur hæc verba dixisse: Non sum velut Publicanus iste: quem nesciebat tamen quis modo coram Deo esset. Neque enim tunc erat peccator, postquam di- xit in corde suo: Deus propitius esto mihi peccatori. Temere igitur iudica- bat Phariseus seruum alienum, quod tam Christus, quam Apostolus do- mine Christi prohibet, dicens: *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino fiat, aut cadit.* Iactat autem se, aut saltem suo more gratias agit, quod ieiunauit bis in sabbato, hoc est, in hebdomada.

Phariseus iste quam multiplici fuerit infectus superbia.

Quomodo gratias agere debuisset phariseus.

Roman. 14.

Sabbatum tribus modis accipi. Exod. 20. Lucæ 4. Matth. 23. Lucæ 11.

Sabbatum enim quandoque pro singulari die, hoc est, pro septima die accipitur hebdomadæ, vt: *Memento vi diem sabbati sanctificare.* Quandoque pro tota hebdomada accipitur, vt hic. Tertio, accipitur pro qualibet die hebdomadæ, vt: *Vna die sabbatorum.* Decimas quoque, ait, do omnium quæ possideo. Quid opus hæc erat referre, nisi quia sibi placebat, & inaniter glo- riabatur? Solebant autem decimas dare Pharisei de cunctis holusculis, aneto, cymino, mentha, & id genus alijs, quasi perfectam iustitiã monstrantes.

Et Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad caelum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

Verè penitentis pulchra descriptio.

Vide pulchram descriptionem penitentis & orantis. Primo enim à longè stabat Publicanus. Sciebat se longè esse à Deo. Quamobrem in templo longè stabat, indignum se æstimans, qui propius, aut vicinius ad sancta templi accederet. Ignominiam itaque suam aspiciens, nolebat ad caelum oc- culos

culos leuare, propterea quod Deum caelorum, Deumque qui in caelis habitans, offenderat, versus quem faciem conuertere indignum arbitrabatur. Nemo itaque pudore compulsus, faciem leuare non potuit. Percutiebatur autem pectus suum, quasi puniens in semetipso quod male egerat, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Quam breuis haec oratio, quam cito tamen exaudita est, & quam fortiter impetrauit? Est autem haec oratio composita ab ipso Christo. Parabolam enim retulit hic, non historiam. Vt igitur hac oratione crebro, quia indubitatum est verbis suis Christum singularem etiam dedisse virtutem. Vide autem quam differenter se Publicanus in oratione habuit à Phariseo. In nullo enim ei similis fuit, nisi quod stetit. Differt tamen in hoc quoque, quod à longè stabat Publicanus: Phariseus autem praesumptuosus propius accedebat. Deinde ad alia nihil habuit commune cum Phariseo Publicanus. Siquidem verecundus oculos non audebat leuare ad Deum, quam offendisse sciebat. Pectus tundebat, peccatorem se confitebatur, veniam & misericordiam postulabat.

Differentia orationis pharisei ac publicani quanta.

Amen dico vobis: Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.

Iustificatus narratur hic publicanus ab illo. A quo? Non à Phariseo. Hic enim qui per superbiam iniquus erat, neminem iustificare poterat. Sed iustificatus est Publicanus ab illo, hoc est, à Deo, quem inuocauit, cui dixit: Deus propitius esto mihi peccatori. Aut certe iustificatus est ab illo hoc est, praeter illo Phariseo. Nam Phariseus immundus templum intravit, sed exiit immundior. Publicanus verò immundus intrauit, sed mundus & iustificatus exiit. Attendite tamen diaboli fraudem. Phariseum hunc permisit, & fortasse impulsit (ita enim solet diabolus) ad faciendâ opera bona, vnde se iustaret, vnde gloriaretur, sciens nihil illi profutura omnia illa opera bona, nisi ad maiorem superbiam & grauiorem ruinam. Quo enim plura agebat bona, eo semper fiebat superbior. Hoc modo multos incautè fallit diabolus, quos in vno retinet peccato: de quo tamen parum aduertunt delinquentes aut curant, credentes se, quia multa alia faciunt bona, de hoc vno peccato non periclitari, nec aduertentes, quod Iacobus inquit Apostolus: *Qui obseruauerit totam legem, in vno autem offendit, factus est omnium reus.* Siquidem ad hoc vt homo sit iustus aut bonus, necesse est omnes conditiones bonas & virtutes ei inesse. Quarum si vna defuerit, non potest esse bonus. Porro quod homo fiat malus, sufficit vnam ei malam conditionem, quae peccatum sit mortale adesse, tamen si omnes alias videatur habere virtutes: nullam tamen habere virtutem credendus est, si vel vnam non habeat. Nullam habet, si non omnes habet. Neque enim aliter iuberis diligere Dominum Deum tuum, quam ex toto corde tuo. Atque ideo infinita licet egeris bona opera, non poteris iustificari, si in vno perseveraueris peccato. Dicitur autem publicanus hic iustificatus exisse de templo. Quomodo? Nunquid per opera bona? Minime. Neque enim habuit opera bona, per quae iustificaretur. Si enim haec habuisset, iam non fuisset peccator, sed iustus: quia nemo opera habet bona sine gratia Dei, nec vspiam bona sunt opera, quae à Deo coronentur, nisi vbi fuerit gratia

Iacob. 2.

Bonum quoniam contumant hominem, siue malum.

Deut. 6. Marc. 11.

Iustificatus quomodo fuerit publicanus.

T. VI
21

Titum 3.

Dei. *Non enim* (sicut Apostolus Paulus dicit) *ex operibus quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit*, hoc est, in statum salutis, & gratiam suam nos recepit. Qui enim in peccato est, non potest opera facere per quae iustificetur, id est, per quae ex filio irae efficiatur filius adoptionis & gratiae. *Sed gratia Dei*, inquit, *saluati estis per fidem, & non ex operibus, praeuis scilicet ante fidem*, puta antequam recepti estis in gratiam. Loquitur autem hic Paulus de iustificatione prima, qua ex infideli fidelis, ex peccatore iustus, ex filio diaboli efficitur filius Dei. Haec ex nullis est operibus, quandoquidem & fidem nemo ex seipso habet, sed Dei donum est, & à Deo infusa virtus. Hoc modo publicanus iustificatus est ex Dei misericordia & gratia illum illuminante, qua credidit peccata sibi dimitti, & propitium inuenire (sicut orauit) Deum. Alia est autem iustificatio, quando quis iustificatus est, & Dei iam filius est factus, adeo ut Deus iam operetur in eo. Hic potest ex iusto iustificari, seu iustior fieri, ut ex gratia Dei & bonis operibus maiorem iustitiae gradum obrineat. Bona enim hominis opera, ut sint bona, à gratia Dei habent cooperante. De hac iustificatione scriptum est: *Iustus iustificatur adhuc*. De hac iustificatione etiam loquitur Iacobus in epistola, quando hominem asserit iustificari ex operibus. Hoc est, eum, non qui adhuc in peccatis est constitutus, sed qui per Dei gratiam & fidem iam iustificatus est, per bona opera Deo cooperante iustificari, hoc est, in iustitia crescere, atque seipso fieri meliorem: licet huius iustificationis quoque praecipuum quod in ea est, sit Dei gratia.

Ephes. 2.

Iustificatio hominis duplex quae.

Apoc. 11. Iacob. 2. Iustificari hominem ex operibus, quid sit.

Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Iob 34.

Psal. 73.

Matth. 23. Superbiam Deo & hominibus odibilem.

Humilitatem nemini esse odiosam.

Hac sententia in omnes fertur, qui se exaltant, qui volunt esse magni: non in eos, qui aut prudentia diuina, aut humana autoritate in Deo iuncta (cui resistendum non est) exaltantur. Deus enim potentes non abiicit, cum ipse sit potens. Ipse innumeros seruos suos, qui nihil in oculis suis erant, & latere abijique cupiebant, glorificauit & exaltauit. Quocirca hic neque magnus, neque vilis vituperatur: sed laudatur qui superbiam odit, qui humilitatem diligit, & qui Christi fatagit esse discipulus, discens à magistro humilis & mitis esse corde. Tam odibilis enim Deo & hominibus est superbia, quam grata humilitas. Nemo cum superbo libenter conuersatur. Scitur namque non diurnam pacem posse stare, ubi regnat superbia. Inuenit enim sibi inuidentes, & qui ascendere cupiant ex aduerso. Quapropter superbus odit superbum, superbus inuidet superbo: quia possunt quidem dilectionem simulare, sed non possunt in veritate mutuo sibi exhibere. Nemini autem potest humilitas esse odiosa. Nihil enim temporale diligit. Vnde cum omnibus pacem facilius possidet humilis. Humilis tam enim defectuosus imperfectusque fuerit, portatur tamen ab omnibus. Humilitas enim illam excusat atque commendat. At verò superbus, solo nomine audito quod superbus sit, fugitur ab omnibus. Quapropter filij estote humiles, cognoscentes imperfectiones vestras. Neminem iudicate, de alijs meliora, quam de vobis ipsis sentire. Vos ipsos semper reprehendite, & priora contemnentes, ad perfectiora anhelate. Deus autem qui superbos resistit,

reflit, & humiles diligit, dabit quoque vobis gratiam suam, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Que oratio Deo placeat, & quam stulta sit omnis superbia.

Deus propitius esto mihi peccatori, Lucæ XVIII. Orationem breuem nos docuit piissimus Dominus, salurarem tamen. Quid enim breuius his quinque verbis: Deus propitius esto mihi peccatori? Tanta tamen sunt virtutis hæc verba, tantæ efficaciar, vt si ex animo & veritate, hoc est, si ex dolore cordis de suis peccatis pœnitens quis dicat, vt Omnipotentem ligent, vt immutabilem mutant, vt ab inferno liberent, gehennam deprecantur, vitamque obtineant æternam. Est enim infinitæ bonitatis Deus, qui nusquam magis inclinatur, ad nihil aliud celerius trahitur, quam ad parcendum & miserendum. Nunquam igitur de ore nostro, nunquam de corde nostro hæc verba recedant: Deus propitius esto mihi peccatori. Est autem hæc oratio in Euangelio hodierno prædicata & cognita huius esse virtutis, vt per eandem homo Publicanus suis peccatis absolutus atque iustificatus in suam rediret domum. Habet enim Euangelium hoc, quæ ædificant, multa. Primum namque est, quod duo homines ascenderunt oraturi in templo. Ascenderunt in templum vt orarent, non vt fabularentur de suis mercibus, vt de suis tractarent negotiationibus, aut vt nouos audirent rumores, sed vt, inquit, orarent. Secundo, ostenditur oratio quæ sit commendabilis. Non enim vniuniformiter hi duo orauerunt. Itaque superbi oratio contemnitur, pœnitentis & humilis oratio acceptatur. Superbus quamuis Deo de acceptis bonis gratias agat, tamen alios contemnit pauperes & proximos suos, alios iudicat, & se illis præfert. Cuius nullam potest habere occasionem, nisi quia de Dei donis sibi vsurpat gloriam. Si enim verè gratias ageret, si verè ex Deo se hæc accepisse cognosceret, nihil in his inueniret, cuius sibi gloriam arrogare posset aut laudem. Nihil, inquam, sibi adscribendum, nihil vnde aut inaniter gloriari, aut vnde alium posset contemnere, in se agnosceret. Si enim Pharisæus non superbisset, hæc eius fuisset oratio: Gratias tibi ago Domine Deus meus, quia à multis me defendisti seruasti que peccatis, quæ procul dubio nisi tua misericordia super me protegens fuisset, obruissent me. Neque enim ego, quam alij qui peccant, sum fortior aut constantior, sed vbicunque ego non peccaui, tuæ, id est, gratiæ, non meæ infirmitatis: in qua si relictus essem, omnibus forem peccantibus infelicio. Quantum igitur ex me est, in omnibus ego deliqui. Quantum verò non cecidi, id est, gratiæ tuæ. Quod autem solius gratiæ tuæ est, quomodo mihi possum ascribere? aut quomodo possum inde gloriari? aut quomodo quempiam propterea alium possum contemnere? Verum, adeo non sapiens fuit superbus. Reuera enim superbia est simul stultitia. Si quidem in hoc superbo Pharisæo, multa quæ stultitiam indicant, fuere. Nam quod orationem facturus non ab humilitate, sed à iactantia incepit, quid aliud fuit, quam stultitia? Si enim vtiliter ei esset orandum, in humilitatem, hoc est, in sui cognitionem se primo debuisset deprimere, quo compunctus

Orationis
efficacissima
formula.

Euangelij
huius docu-
menta, quæ

Oratio qua-
nam Deo
placeat, &
quæ non.

Oratione ca-
iusmodi vid-
dum fuisset
pharisæo.

Stultitiam
superbi hu-
ius pharisæi
iactantia
multa, quæ
sunt.

CCCC 3 vtiliter

T. VI
21

utiliter orasset. Ipse verò diuitias suas ostendit, qui ad mendicandum venerat. Longè aliter faciunt pauperes, qui non ea quæ habent, sed quibus carent, egestatem suam indicant. Ea quoque siue sint plagæ, siue corporis vulnera, ostentant, vnde homines moueantur ad misericordiam, compassionem, & ad tribuendum. Hoc modo coram Deo sua mala narrasset, non quod Deo confessione manifestari possint incognita, sed quòd sibi ipsum cognoscendo atque expendendo in sui prouocaret detestationem. Scriptum est enim: *Oratio humilantis se penetrat celos.* Inde enim orta illi esset compunctio atque deuotio, vt quo se longius à Deo abesse conspiceret, eo appropinquare ei vehementius desideraret. Secunda, fuit huius Pharisei stultitia, putare se illic solem iustitiæ nusquam alibi quam apud se lucere, quasi solus ipse foret iustus. Sic enim loquitur: *Quia non sum sicut ceteri homines. Potius cogitasset Dei gratiam in omni homine alio operari, preterquam in se.* Sic olim Helias, licet dissimili animo, putabat preter se neminem in terra Israel superesse, qui coleret Dominum, dicens: *Altaria tua Domine solum foderunt, & prophetas tuos occiderunt: Et tu solus sum ego olus, & quærunt animam meam, vt auferant eam.* Sed quid respondit illi Dominus: *Et derelinquunt milibus Israel septem milia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal.* Habet ergo seruos occultos suos Dominus multos, quorum vt sanctitas nobis ignota est (neque enim videre corda possumus hominum) ita etiam iudicare debemus neminem, sed omnes existimare nobis meliores. Ideo scribit Bernardus ad fratres de monte Dei, hoc est ad Carthusienses: *Nolo vt arbireris solem nusquam lucere nisi in cella tua: ita enim faciunt quidam, qui alios propterea quod suo more non viuunt, despiciunt. Nihil enim illis præter sua placet. Tu verò noli quempiam iudicare, si non faciat quod tu facis. Sunt enim varij ad seruiendum Deo modi, puta illum alio modo, quem tu nescis, placere Christo eidemque seruire. Tertia stultitia illius pharisei est, quòd gloriabatur tanquam de virtutibus, quæ tamen virtutes non erant. Ac si de aureo quis gloriaretur nummo, qui tamen non aureus, sed cupreus esset. Hoc modo iactabat se non esse vt ceteros homines virtuosos. Quo iustum se & mundum arbitrabatur, non intelligens ipsa superbia, qua inquinabatur, fieri, vt nihil in eo esset virtuosum. Quæscunque enim inuenit superbia virtutes destruit & inquinat. Erat autem phariseus de illis vnus, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros quòd insipientissimum est. Quando quidem sine Dei auxilio, siue ea loquamur quæ faciunt ad declinationem mali, siue ea quæ ad operationem boni promouent, nihil possumus iuxta verbum Apostoli: *Non quæ sufficientes sumus aliquid cogitare ex nobis, tanquam ex nobis.* Qui quis aliud de se credit aut præsumit, stultus est, & ruinæ proximus. Vnde per Hieremiam dicit Dominus: *Ego quid fiduciam habuisti in munitionibus tuis, & inthesauris tuis, & tu quoque capieris.* Nullam vult nequæ in nobis, neque alia in re quæpiam nos habere fiduciam, nec vult nos gloriari, nisi in Domino Deo. Ceterum quas ediuerso orandi conditiones publicanus tenuerit, videamus. Neque enim ociose Christus adeo illum laudauit, vt etiam illum iustificatum in domum rediisse nobis nunciaret, nisi merita illum commendassent, & nisi, quam phariseus, sanctiorem castioremque nobis dedisset formam oran-*

Eccle. 35.

1. Reg. 19.
Roman. 11.

Bernard.

Fidutiã habe-
re in se, & nõ
in Deo quã
sic stultum.

1. Cor. 3.

Hierem. 41.

1. Cor. 1.

Conditiones
orandi lauda-
biles in pub-
licano hoc
quæ fuerint.

eran-
suum
mal-
diter
igitur
in qu-
mula
um v-
mi-
curre-
dens
eius c-
rest n-
zudel-
to ill-
na re-
fition-
Christi
Centu-
sim h-
diuini
Ter-
malu-
tione-
tundi-
bat es-
cir, se-
cata su-
tur. Q-
quia a-
ficeret
ipse D-
quit,
rogar-
meant
sum:
exha-
num
se me-
peccat-
temer-
prom-
igitur
sertus
teri,
sant-

erandi. Publicanus. Itaque dum voluit orare, primo agnouit peccatum suum: cuius agnitio & dolor impulit eum vt oraret. Videbat enim se in malo constitutum, & nisi Dominus adiuuisset eum, hoc est, nisi misericorditer egisset cum illo, paulo minus habitasset in inferno anima eius. Non igitur ex consuetudine, vt solent multi, non propter metum hominum, in quorum habebatur iam oculis ignominiosus, vt pote publicanus, sed stimulante compunctione, excitante se diuina gratia (cui ascultabat) cor suum voluit Deo, paucis quidem verbis, sed magno gemitu profundaque humilitate effundere. Agnouit ergo peccatum: cuius cognitio illum impulit currere ad templum, induxitque verecundiam, vt staret à longè, non audebat propius aut interius intrare templum in conspectu Dei. Secundo, fuit eius oratio humilis. Optima est hæc orantis conditio. Neque enim non potest non exaudiri. Vide autem quàm verecunda illius fuerit humilitas. Nō audebat, inquit, oculos ad cælum leuare, erubescens coram Deo, quod tanto illum tempore contempserat. Simile aliquid in beata Maria Magdale-
Lucæ 7.
 na repertum est, quæ stabat retro secus pedes Domini Iesu plena compunctione, plena verecundia, plena humilitate. Simili quoque modo Petrus Christo dicit in miraculo piscium: *Exi à me Domine quia peccator ego sum.* Et
Lucæ 5.
 Centurio: *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Considerabant enim hi omnes suam paruitatem suamque vilitatem, & ediuerso maiestatem diuinam.

Tertio percussit pectus suum, fontem & scaturiginem peccatorum, vnde malum omne prodierat. Ex corde enim, inquit veritas, prodeunt cogitationes malæ, adulteria, veneficia, comestationes, &c. Percutit igitur atque tundit cor suum tanquam originem, vnde peccatum exierat puniens. Sciebat enim quod cor contritum & humiliatum Deus non modo non despicit, sed etiam iuxta est his qui tribulato sunt corde: maximè si propter peccata sua, quibus Deum amantissimumque Patrem suum offenderunt, affligantur. Quarto, quia inuocat Deum. Hic enim solus peccata demittit. Quinto, quia nihil in sui excusationem adducit sed verecundè peccatum suum confiteatur: nec quare sui misereatur, quicquam citat aut adducit, nisi quoniam ipse Dominus bonus est, & quoniam in seculum misericordia eius. Esto, inquit, propitiuus. Ac si diceret: Nihil habeo petere, iustum etiam non est me rogare te, quem toties offendi: nihil offerendum habeo, quam miseriam meam sanandam, qua hastenus te offendi. Hoc solum ad te clamare possum: Domine miserere mei, quia peccator ego sum: vires meas peccando exhausti. Ideo cum tibi nunc seruire deberem, inutilis & infirmus sum. Vnum igitur mihi à te ô Deus misericordiarum relictum est verbum: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Et: *Deus propitiuus esto mihi peccatori.* Itaque cum nulla habeam merita, nulla iustitiæ opera: propter temetipsum Deus meus propitiuus esto mihi peccatori. Tu enim in Esaiâ promissisti nobis: *Ego sum ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Esto igitur propitiuus etiam mihi peccatori. Si nullius vnquam peccatoris miserus es, non audeo rogare vt mei miserearis, aut vt mihi, quod nulli alteri, facias. Sed si cuiuspian, imo quia omnium miseris qui te inuocant, rogo præcipue mei, qui omnibus sicut vilior, ita & infirmior sum,
Matth. 15.
Psal. 50.
Psal. 33.
Marc. 2.
Psal. 117.
Psal. 30.
Lucæ 11.
Esai. 43.

T. VI
21

Publicanus
cur iustifica-
tus fuerit, &
cur pharisæus
reprobatus.

Neminem à
nobis vel iu-
dicandum vel
faciendum.
Eccle. 3.
Rom. 12.

Multa esse
Deo accep-
tissima quæ
carne non
præcepit.

Esaiæ 56.
Virginitas in
vtr. que te-
stamento cõ-
mendata.
Matth. 9.

Abstinentia à
vino & car-
nibus quæ
& cur sit Deo
accepta.
Matth. 10.
Micæ. 35.

miserearis. Videte igitur cuiusmodi fuerint arma publicani istius, quibus pugnavit contra Deum. Verè efficacia, verè potentia, sed contra misericordissimum quibus tamen simul potentissimus vinceretur, fleteretur què iustissimus. Obserua autem hic fili, quia publicanus hic iustificatus est, nò quia habuit opera bona, sed quia non habens opera bona habuit humilitatem, contritionem, orationem & fidem: quomodo nec pharisæus est reprobatus propterea, quòd alia habuit opera mala, sed quia in suis operibus superbiam habuit & arrogantiam, & alios quibus se præferebat, contempsit. Non igitur hic discamus non operari bonum, sed non præsumere de operibus bonis, quasi non egeamus misericordia Christi, sine qua omnis nostra iniustitia est iniustitia. Et vt quantūlibet videamus proximos peccates, nò tñ eos iudicemus, hoc est nò contēnamus. Qui enim heri peccauit, qui scis an hodie in peccato persistat, an Dei interim amicus effectus sit? Itaq; duo sunt nobis obseruanda. Primū est, non fidere in operibus nostris. Deinde, neminē iudicare aut spernere. Quicquid igitur potes fili, ad Dei fac gloriam. Non solūm quæ tibi præcepit Dominus, facito, sed quæ sit etiam Dei beneplacens & perfectæ voluntas discere, & illam, tametsi non præcepit Deus, humanæ condescendens imbecillitati, facito. Multa enim sunt, quæ non præcepit Deus, quæ tamen Deo acceptissima sunt. Verbi gratia: Virginitatem aut cœlibatum non præcepit Deus propter continentie difficultatem, tamen si obseruas, Deo rem acceptissimam facis. Quomodo enim beata Maria virginitatem (quæ olim in lege probrosa erat, vt pote infecunda) elegisset, aut Ioānes Baptista aut sanctus Ioannes Euangelista & reliqui, nisi hanc Deo placentissimam, licet non præceptam cognouissent? Licet autem virginitas præcepta non sit, in scriptura tamen veteri, maximè in Esaiā, vbi de eunuchis suis Dominus loquitur, vehementer commendatur. In Euangelio quoque similiter Christus laudat eunuchos, qui se castrant propter regnū Dei. Non prohibuit Dominus nobis vinum bibere, aut carnes comedere. Qui tamen Dei amore sibi hanc delectationem subtrahit, atque à vino aut carnibus aut ab vtrōque sibi temperat (ita tamen vt non abstinentē tempore, quo Ecclesia esum carnis non prohibet, nò iudicet) Deo rem acceptam facit. Quomodo enim rem Deo non acceptam faceret, à carne aut vino eius amore (si tamen vitæ hominis permittunt) abstiniens, quando is qui scyphū aquæ alteri Dei contemplatione porrigit mercedem recipere æternam perhibetur? Quod vt evidentius manifestetur, ex Hieremia hic recitemus, quæ de Rechabitis leguntur, ad quos Hieremiam Dominus misit, dicens: *Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domum Domini, in vnam exedram thesaurorum, & dabis eis bibere vinum.* Et hoc fecit Hieremias (vt sequitur ibidem) *introducens omnem domum Rechabitarum in domum Domini.* Quibus vt de se retort Hieremias) *posuit coram illis scyphos plenos vino, & calices, & dixit ad eos: Bibite vinum.* Qui responderunt: *Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filij vestri vsque in sempiternum. Et domum non edificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis domos, sed in tabernaculo habitabitis cunctis diebus vestris, vt viniatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri in omnibus quæ præcepit nobis, vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris.*

nostris
habiti
teber
fer. Es
cunam
recept
Ionada
vsque
res d
minu
iusti,
uentia
quam
greder
ample
Vbi
in Scri
non p
lonada
rum o
facta a
mū au
citur
& cult
propte
de stir
hic die
aut ius
tris Fr
uantia
Euang
sumpta
minun
ceret p
scripta
human
& quar
profici
acceptu
ris aut
ri. Nol
facta,
ricordi
bis lar

nostris, nos & mulieres nostra, filij, & filia nostra, & non edificaremus domum ad habitandum & vineam & agrum, & sementem non habuimus: sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia quae praecepit nobis Ionadab pater noster. Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Vade & dic viris Iuda, & habitatoribus Hierusalem: Nunquid respicietis disciplinam, vt obediatu verbis meis, dicit Dominus? Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos praecepit filijs suis, vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad hanc diem, quia obedierunt præcepto patris sui. Ego autem locutus sum ad vos de mane con surgens & loquens, & non obedistis mihi. Videtis hic, quòd Dominus obedientiam commendat Rechabitarum, qui nullo præcepto diuino iussu, sed tantum sui patris aut persuasione aut præcepto inducti, has obseruantias, quas illorum pater eis, non contra Dei præceptum, nec etiam tanquam Dei præceptum, sed vt suum mandatum, quo tamen minus transgrederentur Dei præcepta, legisque seruarent disciplinam, iniunxit, sunt amplexi, & propterea hic laudantur.

Vbi sunt hi, qui dicunt Deo nõ placere, quicquid ipsemet verbis lucidis in scriptura non præceperit? Ecce vides hic, quæ Rechabitz obseruabant, non præceperat Deus, nihilominus tamen ei illa eadem placuerunt, quæ Ionadab filius Rechab suis filijs præcepit. Placuit quoque illi Rechabitarum obedientia. Quod vt perfectius intelligas, ex re promissione Dei illis facta audies eorum obseruantias Deo placuisse. Nam sequitur ibidem: Domini autem Rechabitarum dixit Hieremias: Hæc dicit Dominus Deus exercituum Deus Israel: Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ praecepit vobis, propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. Quid hic dices? Rechabitz patris sui regulam licet à patre tantum sibi statutam aut iussam seruantes à Domino apprimè laudantur. Et Franciscani sui patris Francisci regulam ex Euangelio desumptam, & pro Euangelij obseruantia traditam, alijve monachi suorum patrum regulas pro Dei cultu & Euangelij obseruantia custodiendas, Euangelio aut quadrantes aut inde sumptas, arguentur? Dicunt enim Lutherani monachorum regulas hominum duntaxat esse inuenta. Si inuenta sunt hominum, vel ideo sunt quia cererè per homines vt etiam lex vetus & nouum testamentum per homines scripta sunt. Non tamen inuenta sunt hominum, vt absque Spiritu sancto, humano tantum spiritu sint scripta. Quicquid igitur, vt dixi, boni feceris, & quantum vltra quàm præceptum est, te extenderis (quoniam charitas & proficiendi studium non habent mensuram, nec arctantur præceptis) Deo acceptum est. Tu saltem vide, ne quod possis, quicquã bonorum intermissis aut neglexeris. Noli tamen in his fidere, noli iactare, noli de his gloria ri. Noli etiam quacunque tua opera æstimare ea sinceritate aut charitate facta, vt his meriti præmijve quicquam à Deo debeatur: sed purè in misericordia Dei, & in Christi meritis confide & requiesce. Quod omnibus nobis largiatur Dominus noster Iesus Christus benedictus in secula, Amen.

in blasphemias huius seculi Lutheranos.

Regule monachorum quanti facte eund.

Bona opera quamuis ad præcepta nõ esse negligenda.

T. VI
21

Exod. 34.

Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum: Non quod
sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed suf-
ficiencia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros nu-
mi testamenti: non litera sed spiritu. Litera enim occidit, spiri-
tus autem viuificat. Quod si ministratio mortis literis desirma-
ta in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem
Mosi propter gloriam vultus eius, quae euacuatur: quomodo non magis mini-
stratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est:
multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Iacob. 1.

Philip. 1.

Exod. 34.

A Nte hanc lectione, cum nonnulla scripsisset Paulus, quibus videri po-
terat se ipsum comendare, ut plerique pseudoapostoli faciebant, qui com-
mendatijs epistolis utebantur, huius nunc ratione explicat in hac le-
ctione. Quasi diceret: Diximus quia Deus semper per nos triumphat, & no-
striae suae odore per nos manifestat, Christi quoque bonus odor Deo sumus. Quod
non ideo ut nos comendemus ipsos dictum putetis, nec propterea, quod virtutes
quidpiam nostris tribuamus, sed quod tantam fiduciam habeamus ad Deum, à quo
quicquid boni nobis est datum, habemus, eique acceptum referimus, quare
confidenter & securè sic loquimur. Non enim dicimus, quod ad hoc suffic-
ientes simus, quo aliquid sanctum salutareve cogitemus ex nobis, tanquam ex
nobis, siue ex proprio (tantum abest, ut quicquid loqui item aut agere vale-
mus) sed omnis sufficiencia nostra ex Deo est, à quo omne donum est operum,
& omne datum perfectum, qui operatur in nobis & velle & perficere. Qui & i-
doneos nos fecit ministros, non veteris testamenti, ut pseudo volunt esse ap-
postoli, sed Evangelicae legis, & noui testamenti gratiae, quod in litera haud
quaquam situm est docente, sed in spiritu adiuuante. Litera enim tantum ob-
cidit, dum facit scilicet peccare. Spiritus autem viuificat, dum quae iusta sunt,
etiam facit implere. Nam & Christus non per externam scripturam, sed per in-
ternam illuminationem & vniuersionem legem suam tradidit Apostolis. Quod si
ministratio mortis, id est, lex, quae praevicatorum per occasionem facit,
dum iubet & non adiuuat, cuiusque, ut dixi, litera occidit, literis descripta in
tabulis lapideis (quantum ad praecceptorum decalogum attinet, fuit in gloria, ut
est, splendor habuit in suo latore Mose, qui hanc ut minister tantum pronun-
ciavit, ita ut non possent filij Israel intueri in faciem Mosi propter claritatem
vultus eius, quam sortitus ex consortio & colloquio est Dei. Inde enim rursus
procedebat splendidi, reuerberantes filiorum Israel intuitum. Quamobrem Mosi
ponere cogebatur velamen super faciem suam, dum filiis loqueretur Israel: quae
tamen gloria seu claritas euacuatur, id est, sine accepta Evangelica enim lege
vulgata, veteris legis gloria cito sine sumptis. Itaque si ministratio legis veteris,
quae quidem prohibebat multa, plurimisque praecipiebatur: subditum tamen legis
quo

quo legē seruaret, obediretq; nō adiuuabat. Quo sumpta inde homini occasione, peccatū magis faciebat, quā tollebat. Si enim non fuisset prohibitio, non fuisset etiā transgressio. Vbi verò nulla est præuaricatio, ibi non est peccatum. Sine lege ergo peccatū non erat, quod per legē, id est, occasione legis, nostræq; infirmitatis & inobedientiæ fiebat. Quippe cum legē sine gratia ostendatur, præsertim ad iustificationē, possibile non esset. Si ergo (iterum dico) ministratio mortis habuit gloriā, quomodo non magis ministratio spiritus, puta lex Euāgelica per Spiritū sanctum indita non erit gloriosa, aut nō habebit gloriā & dignitatem? Nam si ministratio damnationis, id est, vetus lex, quæ sui transgressores mox damnat, nec ad penitentiam exspectat, in gloria est, & si honor & dignitas est. Mōi, per quem data seu promulgata, & ministrata est lex, multo magis ministerium iustitiæ, hoc est, Euāgelium & exhibitio nouæ legis, seu legis gratiæ, veram iustitiam docentis, & gratiam iustis viuendi conferentis, abundat in gloria.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE DVO.
decima post Dominicam sanctæ Trinitatis, Marcus VII.

NON ad hoc præcipuè Dominus noster Iesus Christus in hunc uenit mundum, ut infirmorū corpora sanaret, beneficiaque erogaret corporalia, nec ut temporalem nobis adferret salutem, sed ut animas saluas faceret quæ perierant. Venit Euangelium suum nobis annunciare, uenit regnum prædicare cælorum, quia uenit peccatorum dare remissionem. Venit mundo prædicare, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quod ut fieret, hoc est, ut mundus illum crederet salutorem, & ut æternæ uitæ crederetur promissio, eiusque prædicatio esse crederetur non fallax, fecit signa, prodigia, miraculaque multa: opera quidem, cuiusmodi nemo potuisset facere alius (ut Nicodemus ait) nisi fuisset Deus cum eo. Si enim in Christo fuisset falsitas seu impostura, non potuisset signa illa facere. Alioquin (quod impossibile erat) Deus, cuius uirtute hæc faciebat miracula, testis fuisset mendacij & imposturæ. Signa igitur & beneficia corporalia, confirmatio fuerunt Euangelicæ prædicationis. Quamuis enim spiritualia sunt maiora dignioraque, ut sunt animarum conversio, peccatorum remissio, quam depulsio morborum, sunt tamen corporalia beneficia notiora, utpote uisibilia, per quæ homines inuitati credant etiam ea, quæ non uidentur beneficia Christi spiritualia. Ita igitur loquitur Euangelium:

Exiens Iesus de finibus Tyri, uenit per Sydonem ad mare Galiliæ, inter medios fines Decapoleos.

Tyrus ciuitas fuit nota ex prophetis antiqua, omniumque opulentissima, cuius excellentiam non tacet Ezechiel Propheta. Hæc relicta fuerat de Chanaanorum gente, nec per filios Israel ex Aegypto redeuntes, & terra promissionis occupantes deleta. Ad hanc omnia mundi præciosa confluebant: & erat ibi negotiatio maxima, quia erat quasi insula maris. Quare tota regio quoque uocabatur Tyrus, ab his finibus egressus Iesus, non legitur tamen intrasse ciuitatem aut ibi prædicasse, fortasse

ne caritati
nis Christi
ratio præci-
puæ quæ.

Luce 19.
Matth. 4.
Luce 1.
Ioan. 3.

Miraculorū
Christi ra-
tio.

Ioan. 9.

Marc. 7.

Ezec. 26. 27.
Tyri ciuitas
excelsa.

T. VI
21

ne Iudæis scandalum murmurandiq; præberet occasionem, quod se, id est, Iudæis qui legem seruassent, relictis iret ad gentes. Erat autem & iustum aliquo modo, vt Iudæis primo annunciaretur Euangelium, deinde & gentibus, vt factum est: quia ad filios Israel missus erat Dominus Iesus, vt ipse met fatetur. Paulus quoque: *Dico, inquit, Iesum ministrum fuisse circumcisi- nis ad confirmandas promissiones patrum.* quibus scilicet promissus erat venturus, gētes autem super misericordia honorificare Deum. Eam ob rem Christus discipulis quoque suis dixerat: *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis,* scilicet ad prædicandum: *sed ite potius ad eum domum Israel.* Circa fines igitur Tyri vbi mixti gentibus aliquot erant Iudæi, Chananæorum, Tyro minor. In his locis egressa mulier Chananæa, opem impetrauit filie sue plena fide: de qua in Dominica secunda Quadragesimæ audistis. Venit autem fines illos egressus inter medios fines Decapoleos, quos non ingressus est, sed venisse perhibetur in locum, qui medios fines Decapoleos trans mare longè positos respicit.

Matth. 15.

Rom. 15.

Matth. 9.

Matth. 5.

Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabatur eum, vt imponat illi manum.

Idem ipse qui fuit mutus, fuit quoque surdus: & hoc dæmone illum ob- dente vt in Matthæo legitur: *Oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus.* Lau- datur autem hic fides offerentium, quando quidem nihil plus rogabam, quam vt infirmo Iesus imponat manum: credentes salubrem Iesu tactum muto sufficere ad salutem. Per hunc surdum & mutum, dæmoneq; ob- fessum intelligimus peccatorem obstinatum & frigidum, cui ea præclaudit loca diabolus, per quæ intrare metuit huiusmodi, vnde illi possit venire salus. Est tamen hoc nobis primo ad consolationem, quod hunc quoque audimus à Domino curatum. Pari quoque modo non raro peccatores ob- stinati & frigidi ad Deum conuertuntur. Sunt enim qui ad oburgationem hominum, qui ad internas quoque inspirationes Dei absurdesunt: nihil- ominus tamen sibi interdum relictis à Domino misericorditer respiciun- tur, vt audiant qui non audiebant. Deinde alia nobis accedit consolatio, quod surdum hunc audimus curatum, licet non orantem. Neque enim ip- se pro sui accessit liberatione Dominum rogans, sed per alios est adductus, & nihilominus tamen adiutus. Quo intelligimus quosdam ita peccato & mundo implicitos, vt ad Dei verbum sint prorsus surdi vt pote carni & bo- nis temporalibus immergi, suam non cogitantes salutem: oratione tamen & compassione aliorum quandoque contingit, vt emendentur.

Matth. 12.

Quis mystice per hunc surdum mutumq; designetur.

Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi: Hephethah, quod est adaperire.

Vanam glo- riam esse vi- tandam.

Quòd à turba seorsum curandum surdum mutumq; abducit Domi- nus, docere voluit vanam gloriam esse vitandam. Quamuis Dominus vanam

nam gloriam nihil habuit timere, nobis tamen voluit docere timendam. Ideo à turba illum duxit seorsum. Verum dicit quis: Miraculum fiebat in edificationem turbæ, ideo non debuit abscondi. Dicendum: Christus ostendit quantum in se erat, nolebat enim laudem & gloriam ex miraculo: & propterea, vt nos eundem semper habere animum doceret in operibus, quæ gloriam adducunt, surdum hunc eductum extra turbam, & quasi secreto abstractum curauit. Nihilominus tamen postea miraculum sese loquebatur. Non enim potuit celare seipsum. Quomodo enim non manifestaretur miraculum factum, quando is qui paulo ante visus fuerat cæcus, mutus, surdus obsessusque à dæmone, post breue temporis interuallum audiebat, loquebatur, carebatque dæmone?

Vide autem quibus utebatur cæremonijs ad dæmonis expulsiōnem, & procurandis his omnibus infirmitatibus. Primo, misit digitos ad auriculas eius. Deinde expuens, saliuā suā tetigit linguam eius, quo indicaret membra sui corporis tanquam instrumenta organaque fuisse diuinitatis, per quæ diuinitas illius operaretur. Tercio, suspexit in cælum, Patri suo cælesti omnem virtutem adscribens, à quo vt homo sibi adesse sciebat adiutorium. Quarto, ingemuit, non ob difficultatem miraculi, sed huic misero omnibusque compatiens, qui sub tyrannide premuntur diaboli. Gemit quoque propter significationem mysticam. Peccatores enim obstinati qui iam etiam frontosi sunt adeo vt neminem audiant, raro ac difficulter conuertuntur. Quamobrem vbi Lazarum quatrīduanum suscitare voluit mortuum ex monumento (in quo significantur peccatores mole consuetudinis peccandi oppressi) simili modo turbatus est spiritu fremens in semetipso, quo difficultatem huiusmodi peccatores resuscitandi monstraret. Quod tamen ita intelligendum non est, vt Deo difficile quicquam esse putemus, sed quia huiusmodi peccatores suo libero arbitrio Deo resistunt, gratiamque Dei impugnant: ideo Spiritus sanctus locum non inuenit accedendi. Quamobrem sancti Augustini sententia est, maioris esse negotij ac difficultatis Deo, impium iustificare aut conuertere, quam cælum & terram creare.

Creare enim cælum & terram potest Deus sine vlla repugnantia. Non autem sic potest hominem iustificare nisi etiam consentientem. Dedit enim homini liberum arbitrium, quod sinit illum quocumque voluerit, vertere. Si conuerterit illud homo ad bonum (minus quidem tunc est efficax, robustum aut potens) Deus tamen illud adiuuat, vt quicquid sua minus valuerit virtute, hoc perficiatur diuina. In iustificatione enim hominis, & in operatione boni, præcipuum est Deus: qui tamen in hac re nihil operatur nisi homine consentiente & cooperante. Qui enim creauit te (inquit Augustinus) sine te, non saluabit te sine te. Quod si liberum arbitrium homo conuerterit ad malum (vbi magis est efficax & potens) Deus non cogit, nec violentiam illi facit, vi retrahens illum, sed æque sinit illum, quo vult progredi iuxta arbitrium suum, nisi quod illum inuitat sæpè ad meliora inspirationibus sanctis. Quod si amplecti noluerit homo, permittit illum quoque obstinari in malo. Eam ob rem dixi in iustificatione hominis impij, Deum quasi repugnantiam pati. Nunquam enim iustificabit nisi volentem.

DDDD 3 1011.

Cæremonijs cuiusmodi vt sus fuerit Christus in expulsiōne dæmonis.

Gemitus Christi quid mystice designet. Ioan. ii.

Peruersi cur difficile conuertantur.

Augustin.

Arbitrij liberi efficacia quanta.

Augustin.

T. VI
21

tem. Potest quidem ex nolente facere volentem, haudquaquam tamen nolentem iustificabit, quamdiu quis nolens aut inuitus reperiens fuerit. Ob hanc itaque significandam difficultatem, qua conuertendi impij, spiritui repugnant sancto, ingemuit Dominus. Quinto, dixit hephethah, quod est tantum dictum, ac si diceretur: Adaperire, imperans auribus & linguis, vt omni remoto impedimento suum libere exequerentur officium.

Et statim aperta sunt aures eius, & solutum est vinculum linguae eius: & loquebatur recte.

Christi verbum erat virtus & operatio. Eius dicere erat perfici & fieri. Ideo ad eius vocem mox referantur aures & lingua, & is qui mutus fuerat, loquebatur. Dixi autem supra per hunc surdum & mutum significari peccatorem obstinatum. Ex malitia enim diaboli fit, vt ex nobis claudantur, nostra voluntate aut consentiente, aut dissimulante, per quae magis ad nos solent intrare ea, quibus respicere nos contingit.

Surdus spiritualiter quis fit.

Est itaque surdus, quisquis Dei non audierit clamorem. Clamat enim ad nos Dominus multipliciter. Clamat in scripturis: & hoc multifariam quoque facit. Siquidem interdum minatur, aliquando horrat, quandoque etiam terret, quandoque consolatur, & saepe promittit, non raro, quasi nostri egeret, penes rogat, vt nostri misereatur, nobis beneficiat, nosque saluet. Clamat itaque Dominus per signa, per miracula, per beneficia: clamat per inspirationes, clamat per flagella. Vbiq; igitur clamat. Quid clamat? Vt deseramus peccata nostra, vt conuertamur ad se ex toto corde nostro, vt poenitentiam agentes, ea quae caduca & ad salutem infructuosa sunt, relinquamus. Hoc autem non solum per seipsum, sed etiam facit per homines, pita per praelatos, per praedicatores, per alios viros Deum timentes. Qui dum nos a vitijs abstrahere nituntur, per eos Dominus nobis loquitur. Itaque si propter superbiam tuam ab homine correptus fueris, si reprehensus propter lapsum carnis, aut si ad vitijs detestationem hortatus fueris, clamat ad te Dominus. Cuius si vocem audieris, erit tibi haec in salutem. Ceterum Domini vocem hanc multiplicem non audire, est surdum atque inanima obstinatum esse. Hos tamen quoque non raro Dominus curat. Audi deinde qui sint muti spiritualiter. Qui Dei videt auditve iniuriam, & tacet non contradicens, mutus est. Qui detractiones audit, non repugnans, sed consentiens mutus est. Qui Deum orare laudareque negligit, mutus est. Qui erudire, qui consolari contemnit proximum, qui denique consulerere nunt suo fratri, quae salutaria sunt, mutus est. Qui peccata sua abnuat confiteri, mutus est. Qui videt proximum suum delinquentem aut errantem, & non curat illum dehortari a peccato aut reducere, mutus est. Sed videamus nunc etiam quo curauerit illum modo, & quid Christus fecerit. Neque enim solo usus est nutu, aut verbo, aut voluntate, quamuis id aequae potuisset: sed addidit etiam caeremonias aliquas, quae ad nostram conducerent instructionem. Itaque primum est, quod a turba separauit surdum. Vbi enim adduxerint praedicatores & praelati peccatorem ad Christum (Hi enim sunt qui surdum Christo adducunt, quod Moses fecit orans Dominum & dicens: *Quiescat ira tua Domine: esto placabilis super nequitiam populi tui.*) Vbi ergo, vt dixi, adduxerunt.

Clamor Dei ad nos multiplex quid requirit a nobis. Luc. 5. Ioel. 2.

Muti spiritualiter quidnam sint.

Caeremonia Christi insurdi curatioe quid nos doceant.

Exod. 5.

adduxerint Domino, Christus illum apprehendit, iuxta illud: *Apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti.* Apprehensio enim hæc Christi est ad gratiam suam, siue ad perseverantiam. Nec solum apprehendit, sed à turba etiam seorsum abstraxit, hoc est, à malorum consortio separavit. Nocent enim vehementer noviter conuersis seu conuertendis exempla delinquentium ac malorum, nocent eorum sermones, quandoquidem vt Apostolus monet. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et naturale pene est homini, cum quibus vivitur, moribus assimilari. Nam & Psalmista dicit: *Cum sancto sanctus eris. Et cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris. Et cum perverso perversus eris.* Non potest dici, quantum noceat societas peccantium. Necesse igitur est, vt tecum ipse habites, ab hominum multitudine abstractus, si mundam, incontaminatamque ab hoc seculo vitam agere cupis: idque maximè hodie, quando adeo corrupti sunt hominum mores, ad eam honestas infirmatur, vt erubescere habeat, qui non cum alijs peccantibus malefacit. Neque enim scortari, inebriari, alea uti, maledicere ac blasphemare hodie inhonestum reputatur, sed mundo videtur civile & humanum. Secundo, misit digitos in aures eius. Per digitum Dei intelligi Spiritum sanctum alibi significatur, vbi scriptum est: *Porro si in digito Deseycio demonia.* Vbi alius Euangelista loco digiti Dei habet: *Si in spiritu Dei eijcio demonia.* Misit igitur Dominus Iesus in aures surdi digitos suos, quia gratiam ipse largitur Spiritus sancti, his qui conuertuntur ad ipsum, vt suaviter audiant, quod cum fastidio audire solebant. Spiritus enim sanctus est qui iugum Domini facit suaue, & onus leue bene volentibus. Propter hanc causam quoque, vt sequitur salua tetigit linguam infirmi. Tertio, saliuam suam expuit, qua mutui tetigit linguam. Expuere est stomachum purgare. Stomachus conscientie nusquam purgatur melius quam per euomitionem. Euomenda igitur sunt peccata tua per confessionem, quo diabolus mutui à te repellas. Nulla enim res est alia, quæ tam valide hostem sternit, vt confessio. Porro per Christi saliuam intelligitur donum sapientie. Hæc præbet operibus bonis, exercitijs que sanctis saporem, vt gustui ea quæ non conuersis ad Deum erant amara, conuersis fiant suauius, atque vt ita dicam sapida. Quod tunc fit, quando confessio sacramentalis relinquit animæ consolationem, quando præbet oratio suauius gustui, vt ieiunare spiritum delectet, corpus quoque de fernore spiritus participans, minorem sentiat in Dei seruitio laborem.

Quarto, Christus suspexit in cælum, & ingemuit. Quo poenitens vtrumque docet, & ingemiscere, & in cælum suspicere. Iudas enim ingemuit, sed non in cælum suspexit, hoc est, doluit peccatum suum, sed non speravit veniam. Tu vero ita peccatum tuum plange, vt veniam non desperes. De venia namque, quæ peccatorum nulli negatur, innumera sunt testimonia sacra scripturæ, de Christi quoque benignitate non pauciora. Si quidem (vt vnum saltem citem locum) scriptum est in Psalmo: *Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Et tu remisisti impietatem peccati mei.* Nō dicit: Confessus sum Domino peccata mea, sed tantum: *Dixi, confitebor,* hoc est, agnosco quidem peccatum meum quod confitebor Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, propter hanc confitendi voluntatem. Confitemur Domino peccata nostra,

Hierem. 12.

Societas mala quantum noceat. 1. Cor. 15. Psalm. 17.

Vita solitaria cur hodie maximè necessaria sit.

Lucæ 11. Dignus Dei quid mystice. Lucæ 11. Matth. 12.

Matth. 11.

Confessione diabolus expelli.

Saliua Christi mystice quid.

Matth. 27.

Peccata esse cum spe veniæ plangenda. Psalm. 51.

T. VI
21

stra, omnem reatum & culpam nobis tribuentes, & rigida nos ipsos censura accusantes.

Et præcepit illis, ne cui dicerent: Quanto autem eis prædicabatur, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Præceptum Christi miraculum tacere volentis non obligat se turbam.

Inobedientiam nullam incurrisse turbam, Christo miraculum tacere volenti non obedientem.

Quod Christus miraculum tacere voluit, non fuit, ut gloriam timeret humanam, sed ne nobis deesset exemplum humilitatis, quo ostenderet in seipso, quod quantum in se erat, noluit manifestari aut prædicari miraculum. Præceptum igitur hoc Christi, nihil aliud fuit quam humilitatis eius indicium, ideo conscientias auditorum non obligabat ad peccatum inobedientiae quia non præcepit ut omnino ita vellet fieri, sed indicauit, quæ humana sua esset voluntas, qua non appeteret publicari. Hac autem eius voluntate humillima intellecta, eo magis turba flagrabat feruebatque studio deuotionis erga eum: & quo magis ille prohibebat, eo magis illum humilem exaltari, honoreque dignum turba æstimabat: ideo etiam eo maiori prædicabat studio, non animo Christo non obediendi, sed zelo ac desiderio Christi gloriam non supprimendi. Indignum enim illis videbatur, imo obnoxios se fore peccato arbitrabantur, si Christi gloriæ suo quietam silentio subraherent. Hac ratione non peccauit turba Christo non obediens, quia illum non animo prohibendi sed animo (ut res erat) humiliandi, atque nudam voluntatem suam declarandi locutum rata est. Quæ in re sibi necessario incumbere turba putabat ut si Christus vellet se nimum humiliare, ipsa turba euulgaret in eius gloriam miraculum. Aedificat nos filij studium humilitatis in Christo, ædificat nos quoque deuotionis studium in turba. Simus itaque in nobis ipsis nos humiles, sed aliorum nihilominus honorem famamque zelemur. Quo & ab alijs nos optemus neciri, & ut eo magis taceatur de nobis, alios cupiamus præferri ac honorari. Præstet hoc nobis Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Quam sint surdorum mutorumque varia genera.

Matth. 15.

Surdorum spiritus literæ genera diuersa.

Adducunt Iesu sermone & mutum, & deprecabantur eum ut imponat illi manum, Marci VII. Ob Iudæorum persecutionem Christus Dominus noster paululum declinasse perhibetur in fines Tyri & Sydonis, vbi nobilem prædam, mulierem scilicet illam Chananazam diabolo abstulisse legitur. Non igitur diu moratus ibi, dum redijt, in occasionem aliorum miraculorum incidit faciendorum. Quorum vnum tanquam præcipuum Marcus hic refert de surdo & muto. Huius miraculi ut ædificationem suscipiamus, inquirendum nobis est quid per surdum, quid rursus per mutum nobis voluerit significari. Surdus etiam vehementem vocem, sonumve, aut clamorem non percipit. Intelligitur igitur peccator qui seipsum ignorat, nec conscientiae suæ cultum aut curam habet. Clamat enim in quouis homine

homine synteresis vermisy conscientia, qui rodere ac pungere nō desinit de-
 linquentem, illum iudicans, illum puniens, illum denique arguens. Nam si
 nullus etiā foret prædicator, si nullus doctor nihilominus conscientia lu-
 me ipsam nos continue doceret, nos arguit, nos monet, & nos etiā iuxta quod
 iustitia exigit, cōsolatur. De hoc lumine dicit Psalmus: *Signatum est super nos* Psalm. 4.
lumen vultus tui Domine. Hunc autem clamorem, hunc vermem in inferno,
 ve poenam, præ alijs intolerabilem sustinent damnati. Seipsum enim vitu-
 perant, seipsum odiunt, seipsum damnant, quia in vita olim sua noluerunt
 clamorem audire obstrepentis conscientia. Itaque conscientia quasi duos
 habet præcones. Primus, antequam pecces, terret te, & dicit: *Non concupis-*
cer. Item: *Quacunque hora peccaveris, morte morieris.* Hic præco, id est, hæc vox
 ac præmonitio seu comminatio, quæ nobis inferitur ante perpetrationem
 peccati, signatur per Angelum, qui Baalam ad maledicendum Israeli pro-
 ficiscens occurrens aduersabatur, stans euaginato gladio aduersus eum: qui
 illi quoque mortem est minatus si contra voluntatem Domini quicquam
 ageret aut loqueretur. Hic igitur præco clamat ne peccemus. Alter præco
 mittitur post peccati perpetrationem, & hic vocatur dolor. Sedata enim
 concupiscentia mala, meditatur peccator inestimabile bonorum dispen-
 ditum, quod passus est. Inde oritur poenitentia & dolor, aut salubris in fide
 & spe, aut infructuosa per desperationem. Vno autem peccato commisso
 dissipatur bonorum vniuersitas, vt si centum mille haberes virtutes, per
 vnius peccati mortalis admissionem ad vnum omnes intereunt. Iuste igitur
 peccatum vocatur mortale, quod animam, cum sitq; bona & diuicias ani-
 mæ interimat ac tollit, conscientiam quæ solam & obiurgantem ac roden-
 tem seipsam relinquit. Hic nuncius signatur nobis per seruum seu puerum
 Iob, qui in calamitatibus singulis alijs pereuntibus euasit solus, vt calami-
 tem, ait ad Iob, nunciarem tibi. Hoc modo vermis ille conscientia semper
 nobis insinuat damna peccati. In grauisimo autem periculo versantur, qui
 hanc in se synteresim & conscientia stimulum non sentiunt. Qui, inquam,
 ad illius clamorem surdi sunt, vt etiam absque timore peccent. Isti difficul-
 ter ad iter salutis reducuntur. Super illos ingemiscat Christus oportet, quo
 & illi super se ingemiscant. Secundo, est surdus qui non audit Deum admo-
 nentem aut terrentem, quo affectum concipiat emendationis & compun-
 ctionis. Priorem conscientia stimulum non pungebat, hunc Dei respectus,
 aut timor non inuitat. Eam ob rem timendum quoque nobis est, quibus
 leguntur multa, prædicationes exhortationesque fiunt crebra: sed aride re-
 ceditur consuetudine vt accessimus frigidi, ad meliora prædicatione aut
 lætatione in nullo mutati. De huiusmodi per Esaiam Dominus loquitur con-
 querens: *Quis cæcus nisi seruus meus? & surdus nisi ad quem misi nuncios meos?* Esaiæ 42.
Sequitur autem: O Israel qui vides multa (in lege scilicet & prophetis) nonne custo-
das ea, videlicet ea quæ seruanda præcipiuntur? Et qui apertas habes aures, non-
ne audies, id est, nonne obedies? Non ergo omnes qui corporis audiunt au-
ribus, aures pariter habent cordis cuiusmodi Dominus postulat. Vnde qui-
busdam inter quos surdi eiusmodi erant, qui cordis non audiebant aure,
dicebat Dominus: Qui habet aures audiendi audiat. Aures igitur cordis
requirebat. Lucæ 9.

EEEE Tertio

T. VI
21

1. Thef. 4.

Tubam nouissimam izti audient qui un, & qui iustis.

Hieron.

Math. 23.

Hebr. 12.

Genes. 4.

Sanguinem Christi trifariam clamore cõtra peccatores. Hebr. 9.

Sanguis Christi quid clamat ad nos.

Creaturarum vniuersitas quid clamat ad nos. angustio.

Tertio surdus est, qui non audit, hoc est, qui non cogitat tubam illam, ad cuius sonitum omnes resurgemus mortui, de qua Thessalonicensibus scribit Paulus: Ipse Dominus in iussu & voce Archangeli, qua scilicet mortui suscitabuntur, descendet de celo. O quam læti tunc tubam illam audient, qui modo non sunt surdi ad illam premeditandam, & qui ad obediendum Deo patentes semper Deo offerunt aures. Heu quam infeliciter & tristes tunc audient, qui hanc nouissimam tubam audire modo noluerunt. Heu quanta tunc erit vltantium infelicitas, quando illorum animæ ex penis & cum penis venientes sociabuntur denuo suis corporibus cum duplici tormento. Corpora enim damnatorum post iudicium cum animabus penitentur. Hanc tubam beatus audiebat Hieronymus, dicens: Siue comedam, siue bibam, siue aliud aliquid faciam, semper videtur in sonare auribus meis terribilis illa tuba: Sargite mortui, & venite ad iudicium. Surdus quoque est qui tonitru diuinæ sententiæ non audit, qua horribili terrore Dominus his qui à sinistris erunt, dicit: *Ite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Quarto, surdus est peccator, qui clamorem non audit redemptoris nostri, scilicet istum, quo sanguis Christi pro nobis rufus ad nos clamat, quemadmodum ad Hebræos Apostolus dicit: *Accessit ad meditatores testamenti noui Iesum, & sanguinis asperisionem melius loquentem quam Abel.* Manifesta historia ex Genesi narrat, quomodo Cain fratrem suum occiderit, interrogatusque à Domino, ubi Abel esset eius frater, respondit Cain: *Nunquid ego custos sum fratris mei?* Cui rursus Dominus: *Ecce, inquit, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Si sanguis Abel ad Dominum clamauit aduersus Cain de terra, quomodo sanguis Christi non magis clamat aduersum nos ingratos, pro nobis ociose effusus super terram? Quod enim gratis effusus sit, quod ociosus atque sine fructu maneat Christi sanguis, quod denique non aestimeretur sanguinis tam preciosi effusio, exte, et me, & ex omnibus nobis est manifestum, quotquot redemptori nostro ingrati, & inobedientes sumus. Clamat autem Christi sanguis primo contra nos, propterea quod pro nobis effusus sit. Si quidem peccata nostra occiderunt Christum. Deinde sacrosancto huic sanguini clamandi est occatio, quod propter nos quoque fusus sit, quia mundat nos ab omni delicto. Tertio, clamat Christi sanguis contra nos, propterea quod non solum speratur, sed conculcatur etiam: quandoquidem nulla Deo refertur gratitudo ab his, pro quibus effusus est, sed eadem peccata, pro quibus Christus mortuus est, etiam idem ipsi denuo committunt, quo, quantum in se est, Christi sanguinem denuo fundunt. Quid igitur clamat sanguis Christi aduersum nos? Hoc clamat, ne eadem aut similia alia quæ peccata faciamus, cuiusmodi fuere pro quibus Christus est mortuus, ne Christi passionum contemptores, eadem, pro quibus est passus, iteremus. Quinto, surdus est, qui clamorem non audit vniuersitatis creaturarum, hunc scilicet clamorem, quo nos ad Dei incitant amorem. Quapropter non insipienter Augustinus dicit in libro soliloquiorum: *Domine cælum & terra, & omnia quæ in eis sunt, dicunt mihi vndique vt amem te: nec cessant hoc dicere omnibus, nisi sint inexcusabiles.* Circumspice iam volucres cæli, bestias terræ, piscesque qui morantur in aquis, & omnia quæ in cibum, in alimoniamque tibi data sunt,

ta sunt
storer
Domini
Deum
derem
tor ser
ad m
colum
narus
hoc id
aliud
quoqu
dehere
est) cre
mur er
mus au
perlo
ret, qu
se, & n
at fruct
iulmo
vocen
ra dici
accipie
filium
peccata
dicit, p
gas eri
er, ve
ad inte
enim
ligunt
noluit
pterea
que ad
sus er
ster, si
facis.
Est pec
nim ei
nus ca
nus ra
serati
pudo
prop
recun

ta sunt, aut in solatium: quid aliud ad te clamant, quam ut diligas benefactorem tantum, amatorem tantum, tam fidelem Patrem, tam misericordem Dominum, qui pascit, qui regit, qui creavit te? Ligna clamant ut diligamus Deum; quæ nobis prouidit, unde à frigidibus, à pluuia & vento nos defendemus. Sol, luna, stellæ, imber & omnes creaturæ, tot radices herbarum, tot seminum herbarumque virtutes, quid clamant aliud quæso, quam quod ad ministerium, vsum ac solatium nostrum ipsa creata sunt, & propter nos coluntur, & ut eundem redamemus, qui illa subiecit nobis. Sanctus Bernardus se dixit magis inter fagos & nemora doctum, quam ex libris. Certè hoc ideo, quia ea quæ creaturæ loquebantur illi, ipse intellexit. Nihil enim aliud agunt, quam quod prædicant creatorem suum. Sed hic prohi dolor quoque creaturis (licet vtamur) abundanter nihil tamen ex creaturis (vt dicitur) ad creatoris amorem trahimur. Nam & plerumque quod deterius est) creaturis non solum non ad gloriam, sed ad contumeliam quoque vtimur creatoris. Sexto, est alia surditas, quam diabolus auget, qua obturamus aures ad clamorem pauperis, cum tamen non pauper, sed Christus in persona pauperis clamans respiciendus sit. Attendendum quoque nobis fore, quod Sapiens dicit: *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse, & non exau dietur.* Aures habere patentes ad misericordiam, quam sit vtile ac fructiferum monstrant Cornelius Centurio vir religiosus, Tobias, & huiusmodi alij. Septimo, surditas quædam est, quæ homini aures claudit ad vocem fratris veniam petentis, ne remittat iniuriam, de quo pariter scriptura dicit: *Homo homini seruat iram, & à Deo queret medelam?* Quasi diceret: Non accipiet, sed mensura qua mensus fuerit remetietur ei. Seruandum igitur consilium Ecclesiastici dicentis: *Relinque proximo nocentem, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Expende verba: Relinque, inquit, proximo nocenti te. Non dicit, precanti aut roganti, sed nocenti te: & iuxta Domini præceptum, diliges etiam inimicos tuos benefaciens his qui oderunt te. Neque enim sufficit, vt iniurias remittas, quo ad externam reconciliatiõnem, nisi etiam, quod ad internam cordis pacem & tranquillitatem attinet, charitatem serues. Sunt enim qui foris peccata dimittunt, intus tamen eos qui se offenderunt non diligunt. Contra hos promulgatur sententia Christi de illo, qui conferui sui noluit misereri post misericordiam acceptam à Domino: cui dicitur propterea, vt omnia etiam sibi dimissa inter tormeta redderet, quæ deberet, vt que ad nouissimum quadrantem, quia noluerit conferui misereri, sicut ipse erat à Domino misertum, additurque: *Sic faciet vobis omnibus Pater vester, si non vnusquisque fratri suo remisit ex cordibus vestris.* Et de hoc satis. Restat vt intelligamus etiam quæ sit mutitas, quæ hic reprehenditur. Est peccator primo mutus, qui sua non valet peccata confiteri. Claudicant enim ei diabolus os, & facit mutum. Nec mirum. Possidet enim fortis armatus castrum suum, & portam, per quam foret eiciendus, claudit. Nihilominus tamen curauit Dominus mutum hunc hodiè, eiusque vinculum lingue relaxauit. Vinculum lingue confessionem impediens, triplex est. Primum est pudor, vt accidit in peccatis turpibus, quæ vix in confessione nudantur. Imo propter reuelandi difficultatem peccata quædam vocantur muta, quia vrecundum est illa nominare, seu de illis loqui. Proinde Apostolus ait:

Creaturæ
creatorem
suum aman-
dum prædi-
cent.

Prover. 11.

Actor. 9.
Tob. 4.

Eccle. 18.
Math. 7.
Eccle. 18.

Luce 6.

Math. 9.

Luce 11.

Vinculum
lingue con-
fessionem im-
pediens tri-
plex quod.

T. VI
21

Ephes. s.
Pudor confi-
tendi quom-
modo vin-
catur.
Naum. s.

Qua in occulto sunt ab ipsis, turpe est dicere. Pudorem hunc confitendi vincere debet timor Dei, timorquē diuini iudicij. Tunc enim manifestabuntur omnibus, & Angelis & hominibus omnia peccata nostra, & vniuersa ignominia nostra, pandetur. De hoc per Prophetam Naum dicit Dominus: *Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam.* Parua igitur est consolatio coram homine vno peccatum suum celare, & coram vniuerso populo, imo coram Angelis Dei tandem confundi. Secundum vinculum impediens eloquium in confessione, faciensquē mutum, est ipsa impunitas. Vincit primo verecundia seu pudor, ne confitearis peccatum. Victus semel per pudorem, vt in confessione audeas Spiritui sancto mentiri, peccatorum tuorum quaedam confitens, & quaedam confiteri renuens, minus Deum timebis, & sapius posthac eris in confessione mutus. Primo enim cum timore tacebas tremulus vehementer conscientia remordente. At vbi sapius id feceris, hebetabitur in te aculeus conscientiz, vt audeas sacramento confessionis, imo Christo atque Spiritui sancto fictione mendaci contumeliam facere, quia timor à te recedit Dei: crescet verò in te audacia & Dei contemptus. Quia enim, vt Ecclesiastes ait, *Non profertur cito contra malos sententia, absque timore vilo filij hominum perpetrant mala.* Et alius: Ne igitur dixeris, Peccavi, & quid mihi accidit mali? Sed audi quod sequitur etiam: *Altrimum est patiens, & redditor.* Quanto enim diutius expectat, eo punit grauius. Quod

Eccle. s.

Eccle. s.

Valerius.

Spes temeraria vi facit in minem differre confessionem.

Valerius, quamuis paganus non ignorabat, dicens: Lento gradu ad vindictam procedit Deus: sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Tertium vinculum quod retinet linguam, mutamquē facit, præsertim ad confitendum, est spes temeraria, inconsultaquē præsumptio alio tempore confitendi & corrigendi te, quasi in tua situm sit libertate, cum velis posse peccare, cum iterum velis, eadem peccata per dolorem penitentiz posse delere. Si in tua habes potestate posse pro peccatis dolere quoties volueris, sic ideo etiam in tua voluntate abstinere à peccato, pro quo, vbi peccaueris, iterum dolere sulte proponis. Modo, inquam, dole, & penitendum aut dolendum quid non committe. In horum numero reperiuntur multi, qui ita ad extrema vsque vitæ expectant, penitentiamquē ac veram confessionem differunt, vt tunc confiteri, quando amplius non possunt peccare, velint. Hæc confessio plerunquē est necessitatis, non charitatis, quæ parum consolatur moriturum. Modo igitur vincula tua cuncta dirumpe, & calcatum diabolum euome, & sanaberis in anima. Porro differre ad mortem, si volueris penitentiam, reuera non habeo quo te consolari possim vt salueris. Audi sanctum Augustinum. Si quis positus in vltima necessitate accipit penitentiam, fateor vobis: Non ei negamus quod petit, sed non præsumimus, quod bene hinc exit. Penitentiam dare possumus, securitatem non possumus. Nunquid dico, damnabitur? Sed nec dico saluabitur. De eo loquitur, qui penitentiam suam ad mortem vsque differt. Vis ergo à dubio liberari? Age penitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quia securus es. Tene certum, & dimitte incertum. Si enim peccata tunc vis deserere, quando amplius non potes peccare: non tu deseris peccata, sed peccata deserunt te. Non audere igitur aut nolle confiteri peccatum, est mutitas. Deinde est alia mutitas (vt ita dixerim) qua, vbi loquendum fuerit, necessario quis tacet, & quan-

Penitentiam ad mortem vsque differre quam sit periculosum Augustin.

Mutitas periculi-ta quæ

rum in se est, iniquitati consentit. Vides enim iniuriam fieri proximo, vides irrogandam innocenti infamiam, audis contumeliam fieri iusto, & cum prohibere possis aut emendare, ne denuo fiat, taces: silentium hoc est animæ inimicum, & mutitas peccatum habens. Vide tamen ut in excusanda propugnandaque cuiuspiam innoceatia, & ut iniuriam depellendo, aut iniquo renitendo, modum modestiamque serues, ne non solum nihil proficias, sed etiam magis exacerbés, charitatem offendas ac lædas. Ideo cum tranquillitate argue, cum mansuetudine proximum excusando tuere. Eodem enim tempore quo turbatus fueris nihil efficies in eo, qui tibi inique aduersatur. Neque enim diabolus diabolum expellit, nec iratus sanabis iratum. Si igitur aliter non potes, expecta donec transeat ira tua. Simili modo tenemur loqui quoque, & mutos nos esse haud deest pro veritate, pro iustitia, pro virtute, pro Deo. Sed hoc tibi, ubi locutionis tuae speratur fructus. Et hoc quoque necesse est, ut fiat modeste, cum conditionibus, circumstantiisque iustis ac necessarijs. Est tertio mutitas, videre aliquem delinquere ex ignorantia, & illum non reuocare, non instruere, & à peccato seruare. Itaque hi surdi, hi muti sunt, quos Dominus curat. Curet ergo rogemus nos quoque pijsissima eius misericordia, ut nihil in nobis resideat, quod suæ beneplacitissimæ displiceat voluntati, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Loqui pro
veritate de-
fensioe qui-
do debeat
mus.

DOMINICA XIII. POST DOMINICAM SAN-
ctæ Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Galat. III.

Abramæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abramæ autem per repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressores posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus non est, Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissam Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iusticia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Contra Galatas pugnat Paulus in hoc maximè, quod hi legem putabant veterem obseruandam tanquam salutari necessariam, malè instructi à pseudoapostolis, post sanam eruditionem Pauli (qui ab illis recesserat, alijs quoque gentibus prædicaturus) errorem hunc illo interim absente prædicantibus. Quapropter in tota epistola astruit legem Mosaicam nunc non esse necessariam, quia non per illam, sed per fidem Domini nostri

EEEE 3. Iohs

T. VI
21

Iesu Christi astruit, quod verum est, nobis dari Spiritum sanctum, iustitiam & salutem æternam. Hæc autem postquam scripturarum probauerat autoritate, tandem in hac lectione etiam humana consuetudine ac ratione confirmat, dicens hominis testamentum conditum, hæredumq; institutionem in morte testatoris confirmari, vt testamentum sit ratum, immutabile ac firmum, adeo vt neque deleri, neque mutari possit. Hoc est, inquit. Quanto magis autem testamentum Dei Abrahæ, & eius femini CHRISTO promissum, propter legem Mosis diu postea datam, par est non posse fieri irritum? Itaque dicit: Abrahæ diuinitus dictæ sunt promissiones, & femini eius. Nam in Genesi dictum illi legitur: *In femine tuo benedicentur omnes gentes*. Semen Abrahæ, de quo loquitur scriptura, Christus est ex Abraham secundum humanam naturam descendens, vt Mathæus habet: *Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham*. Hac autem promissione Abrahæ prænunciatum fuit Christum ex eius femine, hoc est, ex Maria nobilissima Virgine, post multas generationes, ipsius filia nasciturum. Factæ sunt quoque Abrahæ promissiones aliæ. Nam promissa est illi diuinitus hæreditas, dum sub specie terræ Chanaan ei promitteretur terra viuentium. Semen illi dictum est à Domino: *Omnem terram quam conspexisti tibi dabo, & semini tuo*. Non dicit pluraliter: Et feminibus tuis dabo terram hanc, quasi multis, sed quasi in vno semine, id est, in vno sic filio hæreditatis huius promissio obtinenda. Ideo dicit: *Tibi dabo, & femini tuo*. Hoc enim ita scriptura habet: *Et femini tuo, qui est Christus*. Semen itaque Abrahæ Christus, qui non populum duntaxat Iudaicum, sed etiam Gentilem complectitur. Vterque enim populus vni est Christo spiritualiter per fidem incorporatus. Christus nanque etiam mysticè vnum est Abrahæ semen, cum omnibus membris suis tanquam caput cum corpore suo, quod est Ecclesia. Vnum ergo semen dictum esse vult Apostolus, quo ostenderet Galatas aliasq; gentes in fide non esse inferiores Iudæis: nec illis Iudæos superiores, sed per fidem omnes semen vnum, vnumq; esse corpus Christi. Elegit enim nos Deus ante mundi constitutionem in ipso. Hoc igitur dico: Lex, quæ data est Mosis à tempore huius promissionis Abrahæ factæ post quadringentos & triginta annos in monte Sinai, non facit irritum hoc testamentum diuinorum promissionum, non ab homine, sed à Deo confirmatum, vt propter legem, aut per legem sequentem euacuetur, impediaturve ab æterna hæreditate Abrahæ facta promissio: quæ tamen euacuaretur, si ex lege, aut per legem daretur benedictio & hæreditas regni caelorum. Alioquin nec Abraham, nec patriarchæ perceperunt benedictionem hæreditatis, qui ante legem fuerunt. Volebant autem pseudoapostoli promissionem illam Abrahæ factam irritam fieri per legem, dum conarentur astruere iustificationem, & regni caelestis hæreditatem, non per gratiam, quam Deus Abrahæ promiserat, sed per legis opera dari. Quo certè euacuaretur (si verum dicerent) diuina promissio. Quod tamen dici non potest. Ideo sequitur: Nam si ex lege, seu ex legis virtute regni caelestis daretur hæreditas, iam non daretur ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus hæreditatem. Legem enim non accepit, cui dictum à Domino est: *Ego protektor tuus sum, & mores tua magna nimis*. Ex his autem iam dictis videri

Genes. 22.

Math. 1.

Genes. 13.

Abrahæ semine esse Christum, etiam secundum mysticè sensum.

Ephes. 1.

Genes. 15.

deri
lus,
est,
rum
præ
pro
& le
rent
à tra
uaba
gelo
nu n
nes
quã
ordi
renu
natu
par
tur
& d
dix
dicit
mo
& D
Deo
nan
nec
con
ergo
tas,
loq
adu
lex,
præ
uist
runt
scri
pru
rum
nul
illis
stun
ho
ex

deri possit lex esse aut nulla, aut inutilis. Mouet igitur quaestionem sibi Paulus, quam ab alijs mouendam Paulus sensit, dicens. Quid igitur lex? hoc est, quæ legis utilitas, si cultores suos non iustificat, nec regnum aperit calorum? Iterumque sibi respondens: Propter transgressores, inquit, qui legem præuancantur naturæ, lex hæc Mosi scripta constituta est, est media inter promissionem & hæreditatem promissam: imo media inter legem naturæ & legem gratiæ, ut qui lege naturæ transgrediebantur, saltem timore cessarent transgredi. Propter prophetas enim & iustos non est posita lex. Hi enim à transgressionibus ut arcerentur timore, non erat necesse, quia legem seruabant naturæ ex amore iustitiæ. Itaque dicit: Lex ordinata est per Angelos, quia non per seipsum Deus, sed per Angelos loquebatur Mosi, & in manu mediatoris posita est in populo Iudæorum, ad coercendas transgressiones legis naturæ, idque in manu mediatoris, hoc est, in potestate Christi, ut quam diu vellet ille, maneret, & quando vellet, cessaret lex. Optimo autem ordine posita est inter legem naturæ, & legem gratiæ, ut homo conuinceretur legem sibi videre gratiæ esse necessariam. Nam didicit primo, quod lex naturæ illum saluare non potuit: didicit deinceps, quod legem quoque scriptam implere non potuit. Siquidem nisi imbecillitatem suarum experiretur virium homo superbus, suo arbitrio sufficientiam arrogaret, legemque diceret superuacue datam, & Christum gratis aduenisse. Quia verò Apostolus dixerat legem in manu mediatoris esse, quis ille sit mediator, subiungit: Mediator autem vnus non est, neque enim nisi inter duos medius est. Huiusmodi autem est Christus inter hominem & Deum mediator, & ipso homo & Deus utranque naturam diuinam & humanam in se habens, hominem Deo reconcilians: duas quoque gentes, puta circumcisionis & præputij vnum populum in se faciens. Et quamuis Christus inter Deum & hominem mediator sit ipse Deus homo, non tamen sunt duo dii, reconcilians & reconciliatus, sed Deus vnus est cum Patre & Spiritu sancto Christus. Lex ergo aduersus promissa Dei? Paulo ante dictum est: Si ex lege esset hæreditas, iam non est ex promissione. Ideo sibi obijciens, & obiecta refellens. loquitur disputaus: Ergo lex est aduersus promissa Dei? Absit. Neque enim aduersatur his quæ Abrahamus Deus spondidit. Si enim per Mosen data esset lex, quæ hominem ab æterna posset morte liberare, quam primi parentis præuancatione suisque peccatis incurrit homo, tunc verè ex lege daretur iustitia: qua regno calorum homo fieret idoneus absque fide Christi. Verum hoc non datum est legi veteri, sed legi Euangelicæ. Conclufit enim scriptura omnia hominum genera seu Iudæos vniuersos sub peccato. Scriptura, inquit, id est, lex scripta, quæ non dat spiritum sed est scriptura tantum, circumsepuit ac detinuit omnes Iudæos sub dominio peccati, ut nulla ex parte possent peccatum euadere, dum neque sibiipsis, neque lex illis subuenire valeret: sed sicut languidi medicum & Saluatorem Christum expectabant, per quem liberarentur ac sanarentur: & ita promissio benedictionis & hæreditatis Abrahamus facta daretur credentibus, non ex legis operibus, sed ex fide Iesu Christi.

Timothæi.

T. VI
21

Beatitude
vix, & beati-
tudo patriæ,
in quo tunc
sit.

Psal. 118.
Psalma. 11.

Ioan. 15.

Antiqui iusti
quomodo
viderunt
Christum.
Esaie 7.

Non de vltima loquitur hic Dominus beatitudine, qua in regno celorum sancti Dei Deum videntes plena gaudent felicitate, vbi omnis exclusa est tristitia, omnisque miseria: sed de felici loquitur statu presentis vitæ, in quo constituti erant Apostoli, quo & ipsi, & omnes Dei electi beati dicuntur: quia viuunt in gratia Dei & in charitate, qua regnum Dei mereri possunt. Inde ergo sunt omnes beati, quotquot Christum diligunt, quotquot illi inhaerent per amorem, quotquot illum vident & cognoscunt per fidem, expectantque per sanctam spem. Ad hunc modum in Psalmo quoque dicitur: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et alibi: *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Videamus igitur quid nobis Dominus loquatur, neque enim Apostolis tantum, sed etiam nobis loquitur Dominus, dicens:

Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.

Nulli dubium est Apostolis grandem fuisse consolationem, qua suis pascebant animas Christo, audiendo Christum, cum interrogando, eique loquendo. Nam ad morum instructionem ipsius lucidum intuebantur virtutum exemplar. Ad amorem quoque habebant, vnde singulis pene momentis ex verbis, ex gestibus, & ex moribus Christi ad eius incitarentur dilectionem, spiritu renouarentur. Postremo, ad sui curam & protectionem Dominum & magistrum hebebant secum, in quem omnem sollicitudinem suam transfulerant: de nulla re posthac solliciti aut merentes. Non tamen de hac sola oculorum corporalium contemplatione, auditione ve aurium externa loquitur Dominus. Audiuit enim & vidit hoc modo Dominum Iudas, sed non inde fuit beatus aut melior. Audiuerunt Pharisæi & viderunt Christum, nihilo meliores facti, hi sci licet qui non dilexerunt eum. De quibus dicitur: *Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem viderunt me, & oderunt & me & Patrem meum.* Intelliguntur hæc verba de oculis interioribus præcipue ac spiritualibus, quibus coniunctus est etiam aspectus exterior. Beati itaque fuerunt beatitudine spei ac meriti, qui Christum Dei vnigenitum viderunt incarnatum, prædicantem, miracula facientem, oculis tam carnis, quam spiritus: hoc est, qui Christi viderunt humanitatem visione corporali, & eiusdem diuinitatem crediderunt oculis fidei.

Dico enim vobis, quod multi reges & prophetae voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ audistis, & non audierunt.

Non infelices, sed multum felices fuerunt & reges & prophetae, quotquot in carne Christum optabant videre. Neque enim hoc optassent, nisi ante in Christum credidissent. Beatiores tamen illis, quo ad hoc, fuere Apostoli, qui non fide tantum, sed oculis etiam corporalibus Christum viderunt. Antiqui autem iusti in fide tantum eum viderunt, quomodo Esaias vidit eum puerum natum, dicens: *Puer natus est nobis, & filium datum est nobis.*

Item
vnum
torc,
runt g
dicit:
eius co
in terr
pocisti
Christi
videtur
eius gl
bar: D
perum
geum e
stire, c
March
Aposto
mensu
nibus i
eius vi
Ioanne
castelle
sturiem
tudiner
&c. Ite
igitur
qui ho
Et
cens:
At ill
legis:
um e:
bus vi
sicut
vines.
Hic
runt, qui
bant, al
stus sap
et respo
hic legi
didit no
dari re
gnum e
Item

Item vidit eum in passione: *Vidimus eum*, inquit, *de spectum & nosse sumum* Esaiæ 51.
 Abraham denique diem vidit Christi, ipso eodē teste nostro Salua-
 tore, & gaudius est. Sed hæc omnia fuerunt in spiritu. Porro Apostoli vide-
 runt gratiosam præsentiam verbi in assumpta humanitate, sicut Ioannes Ios. 8.
 dicit: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnguenti à Patre*. Secundo, viderunt Apostoli
 eius conuersationem in mirabili sanctitate, de qua Baruch: *Post hæc*, inquit, quomodo
in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Tertio, eius viderunt viderint Chri-
 potestatem in miraculorum operatione. Vnde tam de ipsis, quàm de turba stium.
 Christi operibus delectata refert Lucas: *Repleti sunt timore magno dicentes: Quia*
vidimus mirabilia hodie. Itemq; *Omnia plebs vi vidit, dedit laudem Deo*. Quarto,
 eius gloriam viderunt Apostoli in transfiguratione, quando Petrus dice-
 bat: *Domine bonum est nos hic esse*. Quinto, Christi pietatem viderunt in pau-
 perum miseratione, quoniam sanauit infirmos & languidos omnes, vt scri-
 ptum est: *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes*. Si denique pietatem eius cupis-
 scire, observa quid cum beata Maria Magdalena peccatrice egerit, quid cum Lucæ 7.
 Mathæo, quid cum Zachæo, quid cum adultera muliere, quid cum Petro Matth. 9.
 Apostolo, quid denique cum latrone: & videbis pietatis bonitatisque im- Lucæ 9.
 mensum aceruum suauissimamq; nobis misericordiarum argumenta, quibus om- Ioan. 8.
 nibus interfuerit Apostoli, & eius opera misericordiarum viderit. Sexto, Lucæ 22.
 eius viderunt feruorē in prædicatione. Siquidem diluculo ad prædicandū Lucæ 11.
 Ioannes illū venisse in templum narrat. Ibat quoque de loco ad locum, de Ioan. 4.
 castello ad castellum, de ciuitate ad ciuitatē pedes, in æstu & pluuia, algens,
 esuriens, fatigatus & sitiens. Septimo, eius viderunt patientiam & man-
 tudinem in patiēdo, de quo Petrus, ait: *Cum malediceretur, non maledicebat*, 1. Pet. 2.
 &c. Itemq; Mathæus: *Iesus autem nihil loquebatur, ita vt miraretur præses*. Beati Matth. 17.
 igitur oculi qui viderunt, quæ videbant Apostoli. Neque enim omnibus,
 qui hoc optabant, ita contigit.

Etece quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & di-
 cens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?
 At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo
 legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tu-
 um ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni-
 bus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum,
 sicut teipsum. Dixitque illi: Rectè respondisti. Hoc fac &
 vitæ.

Hic legisperitus de arrogantibus tumidisque scribis vnus fuisse vide-
 tur, qui Christo inuidebant, Christo detrahebant, & qui Christum tanta-
 bant, allaciebantque vt aliquid proferret legi contrarium. Verùm Chri-
 stus sapientior illo: vt pote qui nouit astutos comprehendere in astutia sua,
 et respondit per illius verba & testimonia illum confutans. Obserua tamen
 hic legisperitum adhuc prudentius locutum, quàm Lutheranos: quia cre-
 didit non ignauis & ociosis, nudæque ac informi fidei sine vllis operibus Fides sal-
 dari regnum cælorum. Siquidem Lutherani putant sola se fide emere re- uas quæ sūt.
 gnum cælorum. Ego autem non video esse fidem posse quæ saluet aliam, Galat. 5.
 - FFFF - quàm

T. VI
21

quàm eam, quæ per dilectionem operatur. Hoc nouit quoque legisperitus hic qui interrogans, dicit: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Non igitur quasiuit quid credere, sed quid operari deberet. Sed admirabili sapientia sua illum Dominus ad legem remittit, quo sibi ipsi sententiam diceret, quam calumniari non posset. Dicit enim ei: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? ac si diceret: Quid tibi ex lege videtur necessarium ad obtinendam vitam æternam, qui es instructus in lege? quid lex monet faciendum? Qui respondit: Diliges Dñm Deū tuū ex toto corde tuo, &c. In Deuteronomio præcipitur Deus diligi ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Et qđ ibi dicitur ex tota fortitudine, hic dicitur pro illo, vel ex tota virtute, aut ex omnibus viribus tuis. Vñ hic additur, quod in lege nō habetur, scilicet ex tota mente tua. Dicendum igitur breuiter, quid sit cor, quid anima, quid mens, & quid fortitudo, ex quibus diligendus est Deus. Scio nō omnes in vnā sententiā hic cōuenire, sed ab alijs aliter exponi, sicut vniciq; visum fuerit. Dicendū igitur breuiter, per cor, quod vitæ principiu est & finis, intelligi voluntatem. Sicut enim cor principium omnium motuum corporalium est, ita omnium spiritualium motuum est principium voluntatis. Ex voluntate autem mouetur intellectus, qui hic dicitur mens: mouetur appetitus sensitiuus, qui hic anima vocatur: mouetur quoque vis excersitiua, quæ hic dicitur fortitudo, aut virtus, seu vires. Itaque præcipitur nobis, vt intentio nostra ac voluntas tota feratur in Deum: quod est Deum toto corde diligere. Deinde vt intellectus subijciatur Deo, credens quæ credenda iusserit Deus, & nullam aliam rationem credendi inuestigans, nisi quia Dominus dicit: quod est ex tota mente diligere. Tertio, vt appetitus sensitiuus reguletur secundum Deum, quod est ex tota anima diligere. Quarto præcipitur, vt omnes vires, hoc est, omnes actus tui plene Deo obsecant, quod est ex omnibus viribus Deum diligere, puta vbi nulla vacat aut occosa est vis seu potētia ab opere & obedientia Dei. Deinde additur ad ordinem diligendi: Et proximum tuum debes diligere sicut teipsum. Vbi aduertendum est hoc verbum, sicut, hic significare similitudinem, non æqualesitatem. Non enim tantū præcipimur diligere proximum, quantum quisque se diligit ipsum, sed simili modo & genere charitatis, puta & ad illum finem, ad quem teipsum diligis. Dilige quoque proximum, vt ei velis æternam felicitatem, & ea, per quæ ad illam attingitur, vt sunt virtutes, gratia & dona Dei. Sciendum quoque, per proximum hic non intelligi consanguineos, sed naturæ conserem, quemlibet scilicet hominem. Omnes enim ex eodem patre nati sumus.

Deute. 6.

Cor hominis quid sit.

Diligendus quopacto sit Deus.

Ex toto corde. & ex tota voluntate.

Ex tota anima.

Ex omnibus viribus.

Sicut, quid hic significet.

Proximus autem quis sit.

Præceptum amoris an in hac vita possit impleri.

Quomodo bifariam hoc præceptum intelligatur ac impleatur.

Postremo si interrogas, an hac in vita hoc possit impleri præceptum dicendum: Eo modo impletur, quo datum est, & quo impleri potest iuxta conditionem huius vitæ, vt nihil vnquam egisse inueniaris, quod sit præcepto, seu fini præcepti contrarium. Bifariam namque hoc præceptum cōtingit & intelligi & impleri. Vno modo, vt ad finem pertingatur præcepti, seu præcipientis, quem intendit præcipiens, cuius rei gratia præcepit. Hoc modo in hac vita non possumus implere præceptum hoc, vt verba sonant, vt scilicet diligamus eum ex toto corde, & vt continuo motu dilectionis semper feramur in Deum, in hæc

musq
am cr
ligitu
licet a
hil car
dux v
dam v
scēdē d
men r
& faci
agit, q
imple
fertur
torum
reclē
ceret.
II
quis
Vt
cessit,
operat
Legisf
stima
tus vo
quis e
us est
lius re
dros e
ludax
am in
dilige
St
bat a
etiam
uiuo
De
scriber
sui no
mus o
signifi
paciē
stria,
cho, h
& in p

musque Deo, & ut omni tempore cor nostrum ad Deum, & ad nullam aliam creaturam sit inclinatum. Hic status est futurae vitae. Alio modo intelligitur hoc mandatum, ut possibile sit huic vitae, in qua sic impletur, ut licet ad finem non obtineatur praecepti, seu intentionem praecipientis, nihil tamen agit feruus contrarium huic fini. Verbi gratia: Militi praecipitur ut fideliter pugnet, intendens victoriâ. Pugna enim fit propter obtinendam victoriâ. Itaque miles legitime pugnans, & victoriâ obtinens, perfecte ducis implevit mandatum. Si verò victoriâ non obtinet, nihil tamen facit victoriâe contrarium, nihil agit quo victoriâe excludat, implet & satisfacit praecepto, licet imperfecte. Hoc modo qui contra Deum nihil agit, quo illum à se excludat, qui nullum admittit mortale peccatum, hic implet hoc dilectionis praeceptum imperfecte. Qui verò totus & continue fertur in Deum, & stabiliter ei inhaeret, hic diligit perfecte. Sed hoc est beatorum in patria. Cùm autem sic respondisset, Christus illi laudavit, quod recte respondisset, monuitque eum ut quod sentiret faciendum, etiam faceret.

Marc. vi.

Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?

Ut aliqui putant, hic legisperitus animo tentandi Dominum primo accessit, sed tandem mutatus atque compunctus voluerit se iustificare, hoc est, operam dare ut iustificaretur. Veruntamen quod alij sentiunt magis placet: Legisperitum hunc tumidum fuisse & arrogantem & tentatorem Iesu, existimasseque in observatione legis non habere se similem. Eam ob rem inflatus voluit iustificare seipsum, ac tanquam iustum commendare, dixit: Et quis est meus proximus? Poterat dicere Dominus Iesus: Omnis homo tuus est proximus. Sed tamen non ita respondere voluit, sed ex propria illius responsione illum convincere studuit de errore. Erat enim apud Iudeos error ille, ut nullum existimarent sibi proximum, nisi suae gentis Iudaeum. Quem errorem ut confutaret, parabolam, aut fortasse historiam inducit, qua ostendat quemvis hominem esse proximum nostrum, quem diligere debemus.

Proximi qui
apud Iudeos
dicebantur.

Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam: descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Qui etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis abierunt semitivo relicto,

Dominus Iesus loquutus quasi parabolam, qua humani generis describeret calamitatem, suspexit, id est, sursum vidit versus caelum, quasi lapsus nostro condolens, quo ab altitudine & nobilitate caelestis status recidimus omnes. Spiritualiter enim per hominem hunc, primum hominem vult significari Adam, qui in Hierusalem, in civitate pacis, seu in visione ac gustu pacis constitutus, hoc est, in paradiso terrestri, in quo originali vivens iustitia, fuit in magna pace: sed descendit per peccatum originale in Hiericho, hoc est, in instabilitatem, miseriam & defectibilitatem corrui mundanâ, & in praesentis exilij locum paradiso eiectus: Descendens autem, hoc est, peccando cor-

Homo iste
spiritualiter
quis sit.
Genes. 2.

T. VI
21

Latrones cur
vocetur spiri-
tus maligni.

do corrues, incidit in latrones. Latrones sunt maligni spiritus, qui vite no-
stra itinera obsident, & Dei donis, gratiaq; nos spoliare contendunt, atque
in æternam damnationem pertrahere. Ideo sequitur etiam: Qui etiã despo-
liauerunt eum. Spoliati sumus decore gratiæ Dei, donisque pulcherrimis,
optimis atque suauissimis. Ab incorruptione enim, à pace, ab obedientia, à
tranquillitate, à scientia, à rectitudine, ad omniem miseriam, atque ad ar-
umnas infinitas, hoc est, ad ignorantiam, ad infirmitatem, ad tedium & fa-
stidium omnis boni, ad pronitatem peccandi, ad caliginem & ignorantia,
& ad instabilitatem peccandi lapsi sumus. Spoliati enim admirabilibus do-
nis Dei, postquam etiam plagas & vulnera accepimus: abierunt latrones à
nobis semiuuiis relictis, id est, non ad vniuersum nos quo nulla foret no-
bis reposita spes salutis, interemerunt. Quatuor autem sunt vulnera, quæ
lædunt animam inflicta nobis ex originali peccato. Malitia, hoc est, inclina-
tio, pronitasque ad malum in voluntate. Ignorantia in intellectu. Infirmitas
in vi irascibili (prauitati enim nunquam satis resistimus) & concupiscentia
insatiabilis delinquendi in vi concupiscibili. Hæc quatuor vulnera, hæc
plagæ adeo nos extenuant, adeo vires nobis minuunt, vt pro media par-
te, vix nobis infit vita. Fuerunt enim iusti ad Dei gratiam recepti, Deoque,
quantum ad suam atinet personam, reconciliati, non autem quantum at-
tinet ad naturam. Ideo Ioannes quoque Baptista, quamdiu natura humana
non fuit reconciliata, quamuis sanctus, quamuis propheta, præcursor &
martyr Christi, non regnum cælorum, sed tanquam adhuc semiuuius lym-
bum, donec ab omni per Christum vulnere sanaretur, intrauit.

Vulnera ani-
mæ ex origi-
ni peccato
inflicta qua-
tuor.

Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via
& viso illo præterijt. Similiter & Leuita cum esset secus lo-
lum, & videret illum, pertrarsijt.

Sacerdos qd
hic designet.
1. Cor. 5.
Psalm. 13. 52.

Per sacerdotem intelligitur tempus legis, in qua multa quidem inflita
ta fuerant sacrificia, sed nullum quod hominem perfectè mundaret, recon-
ciliaret vt Deo. Per Adam enim intrauit peccatum, & inde perit ansijt in om-
nes. Vnde omnes vulneramur, nec est qui faciat bonum: nõ est, inquam, qui
sanus ex omnibus remaneat vsque ad vnum. Christus enim solus non po-
tuit hoc vitio inquinari. Maria eius benedicta mater, tamen si inquinata nõ
fit, potuisset tamen, nisi præseruata foret, maculari. Porro per Leuitã tem-
pus intelligitur prophetarum, qui omnes nunciauerunt redemptorem, &
saluatorem nobis venturum. Nullus tamen vel sibi vel alijs præstabat sa-
lutem. Omnes ergo præterierunt, homine semiuuiuo, id est, qui perfecta
opera vitæ agere non valuit, relicto.

Leuita quid
hic dicatur.

Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum
& videns eum misericordia motus est. Et appropians alliga-
uit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Et imponens il-
lum in iumentum suum duxit in stabulum, & curã eius egit.

Psalm. 74.
Samaritanus
istæ mysticè
quis.

Samaritanus iste haudquaquam alius est, quàm custodiens paruulos Do-
minus noster Iesus Christus. Samaritanus enim dicitur custos. Qui ergo ex
nominis significatione custos dicitur, & ex beneficio & dilectione nomi-
ni non

mini non custodiam impertitur, recte huic semiuuo curam, custodiamque exhibuit. Cuiusmodi autem, inquis, iter Dominus fecit? Ioannes dicit: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Eius ad nos descensio, eius iter fuit. Eius ad nos descensio, incarnatio fuit. Ccepit enim nobiscum esse in forma qua ante non fuerat. Quare & ad nos dicitur uenisse? Venit itaque secus eum, quia Christus in similitudine uenit carnis peccati, non in carne peccati. Venisse quoque secus humanum genus dicitur, quia clementissima dignatione sua humano modo nobiscum uixit, & edens, bibens, dormiens, frigora, calores, famem, sitimque patiens, sese per omnia nobis absque peccato assimilauit. Misericordia motus quoque est. Quomodo misericordia non mouetur *alitor meus, Deus meus misericordia mea?* Reuera *misericordia est Dominus, quod in sumus consumpti.* Alligauit quoque infirmi vulnera. *Sanabo* (inquit) *contritiones eorum.* Imo ipse *uulneratus est propter peccata nostra, & eius liure nos sanati sumus.* Alligauit vulnera, quia curam ad illorum sanitatem adhibere cepit. Alligauit vulnera eius, quia laesionem uirium per uirtutes & spiritalium gratiarum dona reformauit. Infundens oleum consolationis, gustumque spei, quo sentiret homo in se diuinam miserationem, qua in adoptionem filiorum Dei reciperetur. Nec oleum duntaxat consolationis, sed austerioris quoque praecepti uinum infudit. Posuit autem uulneratum super iumentum suum. Iumentum Christi, caro est Christi. Super hoc iumentum nos posuit, quia *uere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Deus enim *posuit iniquitates omnium super eum, & disciplina patris nostri super eum.* Et uel Petrus ait: *Peccata nostra portauit in corpore suo super lignum.* Deinde duxit in stabulum, hoc est, Ecclesiam incorporauit, regendumque commendauit, in quo illius curam habuit.

Ioan. 1.

Philipp. 2.

Psal. 52. Thren. 3. Osee 4. Esai. 53.

vulnera alligauit quid sit.

Iumentum Christi quid sit.

Esai. 53.

1. Pet. 2.

Et altero die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habet: & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.

Samaritanus noster Dominus Iesus Christus, ubi nos in corpore suo in stabulum, seu ouile Ecclesiam induxit, atque per suam passionem & vulnera corporis nos in locum, ubi nostri cura ageretur, portauit, altero die, hoc est, tempore passionem suam sequente, duos protulit denarios, deditque stabulario. In stabulario uel chorum Apostolorum, uel quemlibet Ecclesiam praelatum significat. Stabularius Pauli fuit Ananias, cui illum Christus commendauit. Itaque stabulario duos dat denarios ad sanitatem infirmi, curamque impendendos. Duo denarii sunt duo testamenta, ueteris scilicet & nouae legis. His regendus, his cibandus, potandus, fouendusque est infirmus. Et si quid, inquit, supererogaueris ex donis alijs & industria tibi data, praeter ea quae in lege ueteri, aut noua scripta sunt, quae tamen ad illius sunt salutem, & quae in eius ueteris commodum aut utilitatem de his (ut dixi) quae a Deo accepisti, cum iudex uiuorum & mortuorum rediero, omnia reddam tibi. Beatus cui tu es debitor Domine Iesu. Ex promissione enim tu te nobis constituis debitorem. Vide hic quod Dominus dicat: Si quid supererogaueris. Est ergo quod homo supererogare possit, hoc est, gratum quid facere Deo, non coactus praeepto, aut iussu Dei, sed deuora

Stabularius mystice quis sit.

Ad 1. Cor. 9.

Denarii duo quid designent.

Supererogare quomodo possit homo.



T. VI
21

deuota voluntate impulsus, quæ nulla lege arctatur aut constringitur. Est, inquam, quod possit offerri gratum Deo, tamen si non sit præceptum, sed arbitrium, nec etiam ita lucide inueniatur illud expressum in scriptura, modo non sit contrarium scripturæ: quia contradicentibus Lutheranis omnibus Christus dicit: Si quid supererogaueris, cum rediero, reddam tibi. Hæc dicens denuo ad legisperitum conuersus, interrogationem facit.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Proximum nostrum dici omnem hominem.

Per hanc interrogationem & legisperiti responsionem conclusit eundem Dominus, quo intelligeret non solum Iudæum aut amicum, sed omnem quoque hominem suum esse proximum: quandoquidem hic. Samaritanus ratione compassionis ac beneficii non potuit negari illi fuisse proximus, qui incidit in latrones. In siue itaque Dominus illi dicit: Vade, & tu fac similiter. Quasi dicat: Quomodo fateris (& reuera est) illi qui in latrones incidit, fuisse proximum eum qui in ipsum misericordiam fecit: ita tu quoque, si quis tua egerit ope, omni homini te adiutorem præbe, intelligens super egenum & pauperem, quem tibi æstimes proximum. Hoc idem largiatur nobis Dominus noster Iesus Christus, vt quomodo scire, ita quoque implere valeamus ad ipsius laudem, qui est benedictus in secula, Amen.

Psal. 40.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Triformiter est Deus diligendus.

Magister, quid faciendo vitam æternam possideo? Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua. Luca X. Magna res, charissimi, est charitas, sine qua non potest homo saluari, cum qua non potest damnari. Qua habita habentur omnia: qua non habita desunt omnia. Neque enim seruus Dei esse potest humilis eo modo, quo Christianus esse debet humilis, vt scilicet humilitas sit eius accepta Deo ac meritoria, nisi habeat charitatem. Non potes, inquam, esse patiens, non potes esse mitis, aut castus sine charitate. Sic nulla virtus est virtus sine charitate. Est igitur charitas omnibus nobis maximè necessaria. Describitur autem nobis hodie, cuiusmodi esse debeat. Neque enim omnis amor est charitas. Diligunt enim se homines, vt homines, vel quia eadem gente, vel ex eodem sanguine nati, vel eiusdem artis, eiusdem professionis, in vna domo familiares, aut eiusdem nature & voluntatis. Itaque varia hæc & multiplex ratio diligendi multiplicem quoque generat dilectionem. Vna est ratio charitatis, diligere Deum in Deo, diligere ipsum propter ipsum & propter nihil aliud, hominem verò diligere propter Deum. Deus itaque causa & finis sit, quare Deus proximusque diligitur. Et hæc est charitas. Hæc charitas seu dilectio moueat os ad loquendum, manus ad operandum, pedesque ad ambulandum, quo impleantur præcepta Dei. Non enim rectè præcepta Dei implet, nisi diligas. Huius charitatis canon nobis præscribitur, quando dicit: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo,

Charitas quam sit magna res.

Charitatis ratio vna, quæ.

Charitatis canon quis sit.

de tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Hic est scopus finisq; perfectionis nostræ, vltra quem excedere non possumus. Quem etiam in hac vita nunquam attingimus. Semper enim habemus quo in perfectiora nos extendamus. Semper spatium nobis restat quo in charitate crescimus, quando dicitur, ex toto corde. Benignissimus enim Deus, qui est laudabilis, imo & amabilis nimis, mandata sua nobis præcepit custodiri nimis, vt semper inueniamus quod nobis deficit, semper defectum nostrum plangamus, semper nobis restet, quod nondum apprehendimus, ad quod anhelemus. Haudquaquam tamen transgressores iudicabuntur præcepti in hac vita, si diligimus hic Deum, licet non ad illum scopum, nec ad mensuram nobis præfixam in hac vita, sed in futura vita pertingamus, dum tamen in continuo proficiendi & Deum magis diligendi desiderio perseueramus, dum crescere in charitate contendimus. Itaque diligendus est Deus tripliciter: Primo integre, quod hic dicitur, ex toto corde. Quid est, inquis, Deum diligi integre, seu ex toto corde? Si de hac vita responderi oportet, quomodo hic mandatum hoc possibile est impleri, dicendum est: Sic dilige Deum, vt nulli rei sit magis cor tuum inclinatum, quam ad Dominum Deum tuum. Dilectio hæc ad salutem necessaria est, que si in te fuerit, sufficit quidem ad salutem, sed non sufficit ad perfectionem. Porro pro statu patriæ, est omnis motus animæ, omnes vires animæ, & quicquid in homine est, absorberi in Deum, vt nihil extra Deum sit, sed totum in Deo. Hic verò (vt dixi) diligere Deum ex toto corde, est nulli rei esse magis inclinatum, quam Deo: nec in vlla re alia delectari, hoc est, quiescere, aut in ea dilectionis suæ finem ponere, quam in Deo. Non in cibo, non in potu, non in vxore aut liberis, nec in opibus aut honoribus. Nam si in aliquo horum occupatus fuerit amor cordis tui, non ex toto corde amas Deum. Dicit quis: Quomodo non possum delectari in cibo, in potu, & in alijs, quorum sine delectatione non est vsus? Velim nolim esurientem me delectatibus, tamen si aridus duntaxat foret panis. Dicendum, quod te delectatibus, aut licitum aliud, nihil adhuc est periculi, quamdiu delectationem non queris. Non præcepit Deus, ne cibis delecter, sed præcepit, ne tu delectationem aliam in creatura queras, quam eam quæ est ex Deo, siue in Deo, siue propter Deum. Aliud est sentire delectationem, aliud amare, aliud est tolerare, aliud querere delectationem. Itaque sentire delectationem nemo prohibetur: quandoquidem re vti delectabili absque delectationis perceptione, non est materiale, aut possibile homini sano, aut bene (vt esse debet homo) ordinato. Quocirca re licenter vti potest delectabili, imo etiam ordinate eandem secundum Deum & infra Deum diligere potes, non quia delectabilis, sed quia necessaria tibi est: quia non dictum est tibi, vt nulla te res delectet, sed vt nulla te res æque aut magis delectet, quam Deus. Quod tamen sane quoque est intelligendum. Multæ enim res magis delectant absque periculo, quam Deus, puta pater, mater, vxor, aut proles, sed hoc est iuxta sensum carnis, non iuxta iudicium rationis. Nam licet vxor tua, quo ad sensum dilectionis carnalis seu cordialis, quæ sentitur, suauior sit cordi tuo quam Deus, non est tamen præstantior in corde tuo, iuxta dilectionem rationis, quandoquidem mille vxores,

Psalm. mt.

Diligendus quomodo sit Deus trifor-miter.

Dilectio necessaria & sufficiens ad salutem, qua sit.

Delectatio creaturarum quando non sit periculo-

T. VI
21

Amor crea-
turarum qui-
tuni impedi-
at amorem
Dei.

milliesque offendere mallet quam vnum Deum. Impedit tamen amor hic
creaturarum, etiam si non sit contra Deum, vehementer Dei purum amo-
rem. Amor enim Dei purus non est, quamdiu aliquid de amore creatura-
rum, quod propter ipsum non fuerit, mixtum est. Pluma namque non adeo
potest in altum volare, dum fece terrena, aut luto est inquinata, seu agglu-
inata, vt volat ab omni sorde, feceque aliena ac libera. Idcirco sanctus ait
Augustinus: Minus te Domine amat, qui tecum aliquid amat, quod propter
te non amat. Circumcidendus igitur est amor Dei ab omni alio amore, iux-
ta illud Deuteronomij: *Circumcidit t Dom nu cor tuum, & cor semini tui, vt dili-
gas Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo.* Vult autem totum cor tuum habe-
re Deus, quia vt Augustinus ait, Totum te exigit, qui totum te fecit. Et cui
sanctius, cui vtilius, quæso cor tuum potes offerre, quam Deo? Aurum & vas
quodcunque aliud, quando offertur, purgatur, vt mundum decensq; offerat-
ur. Tu quoque Deo offeras oportet amorem mundum, & ab omni alio a-
more purgatum. Secundo, diligendus est Deus fideliter, quomodo ipse fide-
liter dilexit nos. Quæsiuit enim vtilitatem nostram. Nos vero, quia eius vti-
litatem non possumus querere, queramus fideliter eius gloriam, benepla-
citum & honorem. Hoc autem applicari potest, vt dicatur Deus ex tota ani-
ma diligi, quandoquidem ex tota anima adeo fideliter dilexit nos, vnan-
imam suam potius sineret à corpore suo separari, quam nostras à se animas
diuidi pateretur. Quare Deum quoque nostrum vita debemus habere cura-
riorem: vt si alterum necesse fuerit, potius amittamus vitam, quam Deum.
Fidelis namque amor omne tormentum superat. Nam de hoc fideli amore
à sponso dicitur: *Fertis est vt mors dilectio*: quia propter Christi dilectionem
etiam mors ipsa contemni, hoc est, tolerari debet, ne alienus quispiam fiat à
Christo. De hoc Paulus dicebat: *Quis separabit nos à charitate Christi? an tribula-
tio? an angustia? an fames? an periculum? an gladius?* Hoc modo loquuntur omnes
qui Christo sunt fideles. Est enim fidelitas donum aliquod, quo discernitur
inter bonos & malos. Cuncta enim alia exercitia possunt facere tam boni,
quam mali. Possunt enim æque ieiunare, possunt orare, possunt elemoly-
nam dare. Vnum duntaxat est quo seruus malus à bono discernitur, quia
domino suo malus seruus non potest esse fidelis. Quæ autem nostra est fide-
litas erga Dominum Deum nostrum? Quantula est & quam cito deficit? Non
igitur gloriemur de fidelitate amoris erga Christum, quandoquidem fide-
litem nostram bestia, puta canes superant. Illi enim dominos suos se-
quantur per spinas & dumeta per ignem & aquam, & diuidi nolunt. Imo
fugatus à domino & abactus, mox reuertitur, & domini querit gratiam.
Quid nos huic bestia simile aliquando fecimus? Blanditur nobis, irascitur
nobis Deus, perinde tamen nos blandientem despiciamus vt terrentem.

Secundo, fidelis amor non lassatur. *Lassati*, inquiunt quidam, *sumus in via
inquitatis* at in amore Dei lassari nemo potest. Quicumque enim Deum dili-
git, minus eum diligit, quantumuis diligit, quam est diligendus. Imo qua
plus plusquam diligit, eo minus sibi videtur diligere. Ignis enim diuini a-
moris nunquam dicit (vt scriptum est) sufficit. Dicit Augustinus: Amantis
anxietas non finit eum dormire. Rectè non finit eum dormire. Cum enim
dormit amans, vt in Canticis dicitur, cor eius vigilat. Amor de quiete fit
inquit.

Augustin.

Deuter. 10.

Augustin.

Quomodo fi-
deliter dili-
gendus sit
Deus.

Cant. 7.

Rom. 8.

Fidelitas vi-
discernatur
inter bonos
& malos.

Canum fide-
litas quoniam
hominis su-
peret fide-
litem.

Sepien. 5.
Amorem fi-
delem non
lassat.
Prover. 10.
Augustin.

Cant. 7.

inqui-
bricit-
rit, sal-
litudo
uuncu-
uirit.
chel.
uitus.
æstus
flaqui-
tamen
tur ei
fatiga-
eadem
deside-
datur
quod
tione
ra pro-
honor-
lesta s-
sunt,
num
dana-
que n-
sentia
huius
Quap-
quis
aur no-
Ter
omnes
stanc-
tit. Il-
Qu-
naque
mille
Nam
Deo r-
ritum
feru-
um &
ille of-
non
fius q-
us per

inquietior. Quies, hoc est, ocium amanti est afflictio. Qui enim gustu inebriatur amoris, ad omne opus hilarescit: sæpe quidem dolet, sed non sentit, laborat, sed non lassatur, deridetur, sed non aduertit. Habes huius similitudinem in Iacob patriarcha, dum esset iunior Rachel amabat filiam auunculi sui. Pro qua patri ut illam obtinere mereretur, septem annis seruitit. Nondum tamen obtinuit, sed primo Lya illi apposita est, deinde Rachel. Pro qua septem alijs annis seruitit. Cuiusmodi autem eius fuerit seruitus, ipse postea exprobrans auunculo suo retulit: Die noctuque, inquit, æstu vrebam & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis: & alia graua, molestaque, quæ ibi recensuit (vt Genesis habet) per viginti annos tolerata. Vbi tamen dicitur, quod bis septem anni quibus pro Rachel seruitit, videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Quid ergo facit amor Dei? Num fatigat? Num lassat? Si enim hæc carnalis potest amor, nunquid Dei amor eadem non potest? Si tot tantosque fert homo labores pro vnius creaturæ desiderio & amore, indignus est creator, cui tantus, imo cui maior impendatur amor? An impotens fortasse est Dei amor aut insuauis, qui non possit, quod seculi, carnisque potest amor? Si pro lucro temporali, si pro delectatione carnis tanta sustinet homo, nunquid pro æterna vita, nunquid minor pro regno tolerabit calororum? Si vt ea, quæ hic impure & plerunque inhonestè amat, obtineat homo, labores & ærumnas sustinet, nec tamen molesta se conqueritur pati, nec insuauia quæ patitur, ducit: quomodo graua sunt, quæ pro Deo quis patitur? Non aliam hic video rationem, quare vnum ferre suauiter se quis dicat, aliud grauate, nisi quia vnum, hoc est, mundana diligit, aliud, id est, Deum non diligit. Sunt namque multa plura absque numero, quæ onera amoris diuini dulcia faciunt & releuant, vt non sentiantur, quam sint in cupiditate bonorum temporalium, pro quibus huius mundi amatores graua & molesta ferunt non sentientes molestiam. Quapropter non insipienter beatus dicit Gregorius: Poena interrogat, si quis Deum veraciter amat. Qui enim perfecte amat, poenam ac laborem aut non sentit, aut non æstimat.

Quies cuiusmodi amanti sit afflictio.

Genes. 29.

Genes. 31.

Amoris diuini onera quam releuat.

Gregor.

Cant. 8.

Augustin.

Amorē Dei peregrino non velle misceri amor.

Hierem. 1.

Math. 6.

Perseueratē diligendum esse Deum.

Tertio, amorem fidelem thesaurus nullus superat. Si dederit, inquit, homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam, scilicet substantiam domus, præ nobilitate & excellentia dilectionis quam comparat. Illud enim vnicuique est thesaurus, quod quis maximè amat.

Quarto, amori extraneo non vult misceri amor Dei. Neque enim fas est naque possibile, vt terrena celestibus, ima summis, spiritualibus carnalia miscantur. Mulier suo viro fidelis, non alium amat, quam suum vicum. Nam si amat alium, iam non amat suum. Et de anima peccatrice, atque à Deo recedente per Hieremiam dicit Dominus: Quomodo fronte tua mulier vitium suum, sic contempsit me domus Israel. Nemo igitur duobus potest dominis seruire: nemo Deum & diabolum potest audire. Nemo diligere potest Deum & diabolum, hoc est, delectationes carnis, voluptates & honores, quas ille offert. Purè igitur Deus diligatur oportet, & sine socio, propter se, & non propter aliud: ne illud aliud propter quod Deum diligimus, preciosius quam Deum, imo pro Deo nobis faciamus. Tertio, diligendus est Deus perseueranter. Quod quidam putant esse nobis dictum, cum ex tota mente iube-

GGGG

te iube-

T. VI
21

te iubemur diligere. Quod enim mente aut intellectu haeret, firmiter acper-
 feueranter haeret. Tota igitur mente, & totis viribus diligit, qui nunquam
 non diligit. Tamen filij charissimi, quomodoquaque haec verba exponan-
 tur, hoc vobis tenendum est, vt Deum ita bonum, ita potentem, ita sapien-
 tem, ita dignum aestimetis, vt pro nulla re creata illum relinquatis. Om-
 nia quae in mundo sunt, & vniuersum mundum ipsum contemnatis potius
 & amittatis, quam vt Deum offendatis. Penas & mortem potius sustineatis,
 quam Deum offendere consentiatis peccato. Si mundum lucrari possitis v-
 niuersum vno peccato, potius mundum cum omnibus quae in mundo sunt,
 finatis perire & perdi, quam vt peccetis. Videte igitur, quanta esse debet vo-
 bis charitas, quanta fidelitas ad Deum. In omni actione vestra, in omni-
 uentu, primum quod in omni re interrogetis, primum quod a vobis solici-
 tudinem exigit aut curam, sit, an offendatur Deus aut proximus. Si Deus of-
 fenditur, nulla sit cum eadem re posthac vobis communio. Si proximus
 offenditur, videndum iterumque discutiendum, propter quid offendatur, &
 si offensio tolli possit abique offensione Dei. Si enim quid egeris aut omis-
 ris propter amorem proximi, aut ne offendatur proximus, & per hoc of-
 fendis Deum, non recte facis: sed omnino cauere te decet, ne cesses, ne in
 hoc quod offendis Deum, optes placere proximo. Omnino, inquam, caue,
 ne Deo offenso studeas homini placere: quin potius vniuerso velis mando
 displicere, atque insensum habere omnem hominem, ne tibi iratum ha-
 beas Deum. Porro si cum diuina stare potest amicitia, vt caueas offende-
 re hominem, omnibus id modis cura, ne proximum offendas, & Deum ni-
 hilo secius propitium, misericordem & amicum retineas. Filij charissi-
 mi de diuina dilectione quantum capere potestis, hoc vobis puto satis so-
 re, vt discatis Dei mandata agnoscere & seruare, discatis desideria vestra
 mortificare, atque in vobis eadem occidere, nullum illis tribuendo consen-
 sum, discatisque Deo in omnibus obedire, atque vos eiusdem beneplacito
 resignare. Haec enim est charitas, vt Dei seruetis mandata. Et Dominus: Si,
 inquit, diligitis me, mandata mea seruare. Viuite igitur in fide sanctae Ec-
 clesiae, & quae vltra caput vestrum sunt, nolite discere, aut curiosissime
 ri. Satis vobis sit scire quae Ecclesia credit, & eadem credere. Quae si quoque
 non ad plenum capitis, aut nescitis quid Ecclesia credit, nolite disputare,
 nolite contendere, sed generatim in omnibus assenerate ea, quae credenda
 monet Ecclesia, eadem vos credite. Nolite Deum tentare, nolite experi-
 menta in his quae fidei sunt, petere. Omnia committite Christo & matri
 sanctae Ecclesiae, cuius estis filij & filiae. Et hoc modo in simplicitate vi-
 uite fidei, quamdiu aliud a vobis Deus non requirit. Humiliter quo-
 que semper de vobis, sublimiter vero de proximo sentite,
 atque in gloriam Dei quicquid agitis, dicitis accogi-
 tatis dirigite: qui est benedictus in secula,
 Amen.

Amorem
Dei in multis
peccatis & af-
flictionibus
praefertendum.

In omni a-
ctione quid
primum sit
curandum.

Amoris Dei
iudicia qua-
nam sint.

Ioan. 14.
Quomodo in
simplicitate
fidei sit viu-
endum.

Simplicitati
fidei quate-
nus inhaeren-
dum.
1. Cor. 13.

DOMI-

DOMINICA XIII. POST DOMINICAM S.
Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Galatas V.

Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuisem aduersantur, ut non quaecunque vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, adulatorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, irae, vixae, dissensiones, scilicet, hereses, inuidiae, homicidia, ebrietates, comestationes, & his similia: quae praedico vobis, sicut praedixi. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Supra paulo ante lectionem hanc Paulus Apostolus dixerat nos Christianos in libertatem vocatos, modo libertatem non vserpemus nobis in occasionem carnis. Quod quomodo fieri possit, nunc docet, dicens: Secundum spiritum ambulate, & ea quae vobis per instinctum Spiritus sanctus suggerit, quae rectae rationis iudicium praescribit, aut dicitur, facite: & desideria carnis non perficietis, id est, ita reluctandum est, ut carni delectationes suas, quas desiderat, negetis, quod est libertatem suam non dare in occasionem carnis. Caro enim, id est, appetitus sensitiuus concupiscit aduersus spiritum, hoc est, ea appetit quae rationi repugnant. Spiritus autem, id est, appetitus intellectiuius, ratio seu anima concupiscit aduersus carnem, ea quae illi molesta sunt, puta castitatem corporis, vitiorum mortificationem, sui humiliationem, &c. Haec enim duo, puta spiritus & caro, sibi inuicem aduersantur (quod graue & intestinum est bellum) ut non quaecunque vultis, faciatis. Quae enim vultis, nisi ut nulla sint prorsus in vobis concupiscentiae illicitarum, malarumve delectationum? Nemo sanctorum hoc non voluit, sed quous fuit, qui hoc haecenus impetrauit? Nemo nisi ex singulari dono (ut Dei matrem excipiam) & gratia Dei ut à concupiscentijs sit liber, effecit. Si ergo non sinunt concupiscentiae vos agere quod vultis, non finatis eas quoque perficere quod volunt, aut concupiscunt. Si, inquam, non potes facere, quin caro concupiscat aduersus spiritum, per diuinam gratiam adiutorium hoc facito, ne spiritus succumbat carni. Quod si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege. Quasi diceret: His qui ducuntur desiderijs carnis, iure dominatur lex, eos coercens vel timore poenae. Malent enim legem non esse, ut libere facerent, quod clanculum desiderant. At is qui spiritu Dei ducitur, non est sub lege, quae timorem inuit, sed in charitate. Manifesta autem sunt opera carnis, unde cognoscetis num carne
Opera carnis
 quae sunt.

GGGG 2 mitti-

T. VI
21

mittitur cum scorto. Immunditia, hoc est, vitium contra naturam, vel inter eiusdem sexus homines, aut aliter. Impudicitia, quæ est libido, quæ expletur in oculis, tactibus, amplexibusquæ impudicis. Luxuria, quæ generale nomen explicat incontinentiæ vitia, & pro speciebus incontinentia alijs hic non singulariter nominatis accipitur. Idolorum seruitus. Veneficia, hoc est, sortilegia quæ idololatriæ quoque genus est quoddam. Inimicitia, in quibus rancor aut odium seruatur, quæ vtraque ex priuato oriuntur amore. Vnde sequuntur quoque contentiones verborum, emulationes, hoc est, inuidentiæ, vbi eadem res à duobus pluribusve appetitur, & alius alium impedit, alterquæ alteri hanc præripere conatur. Iræ, rixæ, dissensiones animorum, quæ roboratæ ex pertinaciâ sunt. Seditæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestationes, inhonestæ, luxuriosæ, conuiuia, quibus ventrigulæ, ineprijs, lætitiæ mundanæ, ostentationisq; seruitur. Hæc scilicet & his similia, quæ sicut prædixi præsens olim, ita nunc absens per epistolam prædico vobis opera esse carnis, id est, opera quæ secundum hominem sunt, non secundum Deum, aut secundum spiritum, eaq; mortifera, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequuntur. Qui talia, inquit, agunt, non qui talia quidem in se sentiunt, sed aduersus ea consurgunt. Aliud namque est agere vitia, aliud configere contra vitia, aut sentire. Qui enim aduersus vitia habet conflictum, habet quidem vitia in se cum quibus pugnat, sed his tamen non consentiens, non propterea excluditur à regno Dei. Deinde opera quoque spiritus enumerans, quæ in homine spiritus sanctus habitus operatur, & spiritui insunt rationali, dicit: Fructus autem spiritus sunt. Fructus rectè vocantur hæc opera spiritus, quoniam ex bona arbore, vbi fructus optimi ac suauis prodeunt, qui refectioem perpetuæ præbeant sanctorum. Fructus, inquit, spiritus sunt: Charitas, quæ est actus dilectionis diuinæ, fraternæquæ: ex cuius radice omnes aliæ virtutes vigent ac virent. Gaudium scilicet in Deo & in eius benignitate. Pax, quæ est tranquillitas mentis, voluntatisquæ vnio cum Deo. Patientia, quæ æquanimiter toleratur aduersa. Longanimitas, quæ stabilis, diurnaquæ est inter labores, seu inter aduersa animi expectatio bonorum diuinorum promissorum. Bonitas, id est, dulcedo benevolentia, & pia animi affectio. Benignitas, quæ ipsa quoque pia est affectio animi sua gratis offerentis, hilariterquæ quicquid potest propter Deum largientis. Mansuetudo, qua homo efficitur tractabilis, bonisquæ consentiens, lenis, mitisquæ, ac affabilis. Fides, id est, certitudo fidei. Aut fides est, qua veraciter credimus, quod non possumus videre. Aut fides, id est, fidelitas, fauorisq; constans, & sanctus erga proximum, cui prodesse cupit, & quem promouere gaudet. Modestia, quæ tam in verbis, quam in operibus modum tenet. Continentia, quæ ab illicitis, obscenisquæ operibus se temperat: ac frænat, & cum labore ac in luctamine ab obscena delectatione se continet. Idcirco enim continentia vocatur. Castitas est, quæ in pace ac quiete constituta se continet, omnem illecebram carnis, non tam impugnans, quam execrans. Cuius consummatio est concupiscentiæ omnes motus toto animi horrore detestari, iugemq; ac inuolabilem sui retinere puritatem. Aduersus huiusmodi spirituales fructus, non est lex prohibens eos, aut his contradicens, quin potius fouens eos. Porro ad-

Fructus spiritus qui sunt, & cur sic rectè vocentur.

Castitatis consummatio quæ sit.

uersu
Qui a
cruci
sunt
Chri
runt
ad ho
di an
mun
cepit

E X

N
bat r
uersi
plan
mitas
rat m
eos
lang
tarj
cessi
tibi
enim
non p
facer
vniu
Neq
deat

ma

I
fius
qua
ces,
locu
pass
enti
& h
uino
dica

uersus opera carnis iam prædicta maximè est, ex diametroque pugnat lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs suis crucifixerunt. Non omnes, inquit, vitijs reluctantur: sed hi soli tantum, qui sunt ex parte Christi, qui possessio sunt Christi, qui denique membra sunt Christi, & qui passionis Christi vestigia sequuntur, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Serui namque Christi ad hoc nituntur, ad hoc conanturque, vt vitia carnis subigant, & concupiscentijs, hoc est, mundi amor non consentiant. Reprimendo enim carnis voluptates, spernendo mundi gloriam, hominumque plausus ac fauores cruci sibi faciunt, cui præceptis iustitiæ perinde ac clauis se quibusdam affigunt.

serui Christi
si quomodo
carnem suam
cum vitijs
crucifigunt.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE XIII.

post Dominicam sanctæ Trinitatis, Luca decimo septimo.

NON vnum in Euangelio præsentis Dominicæ tantum, sed decem in decem viris miracula à Christo facta narratur. Magnus enim adueniat medicus, quia magnus quoque languebat ægrotus. Aegrotabat non præstantia aut nobilitate magnus, sed vniuersitate insignis. Vniuersum enim genus languebat humanum. Fuit etiam ægritudo magna. A planta nanque pedis vsque ad verticem capitis non fuit in eo vel vlla sanitas. Non inueniebatur qui curare posset hunc infirmum, nisi qui creauerat mundum. Misit igitur Deus verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Magna infirmitas animarum, grauis morbus languor que vehemens nobilissima poscebat aromata & vnguenta pigmentaria. Adeo autem grauia fuere vulnera tua o homo, vt pro te sanando necesse fuerit Dei Filium vulnerari, necesse fuerit occidi, vt ex eius sanguine tibi balneum, ex eius cruore vnguentum tuis vulneribus adhiberetur. Sic enim Deus dilexit mundum, vt vniuersum suum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitam æternam. Itaque venit Filius Dei querere & saluum facere quod perierat. Siquidem de illo exibat virtus, & sanabat omnes. Hæc vniuersitas languentium in perfecto numero signatur decem leprosum. Neque enim vltra decem potest numerus procedere, quin ad vnitatem redeatur. Accipiamus itaque Euangelium.

Augustin.

Esaiæ 7.

Psalm. 106.

Ioan. 3.

Luca 19.

Luca 6.

Dum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam.

Iter hoc versus Hierusalem, vltimus fuit Christi ad Hierusalem ante ipsius passionem accessus. Ibat enim Hierosolymam, ad ciuitatem scilicet, itaque qua nouerat Iudæorum populum contra se amaricatum, præcipue pontifices, scribas, pharisæos & legisperitos, suum sanguinem sitientes. Ad quem locum vltro ascendit, qui eam ob rem in mundum, vt sua nos redimeret passione ac morte, venerat. Accessit igitur locum eundem, vt patris obedientiam sibi iniunctam impleteret, & quo nos quoque ad obedientiam & Dei & hominum impigros currere & alacres doceret. Transibat autem per prouinciarum duarum, Samariæ & Galilææ medium, in quibus non raro prædicauerat & signa fecerat.

GGGG 3 Et

Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.

Infirmas animarum quam sit peior, culosa.

Anima sanitas quam parum curetur ab hominibus.

Nemo à sanitate remotior seu longior est, quam is, qui se non cognoscit infirmum. Qui enim se infirmum nescit, quando remedium quæret? Periculiosior autem multo est infirmitas animarum, quam corporum: ideo maior quoque cura esse nobis debet pro animæ, quam corporis sanitate. Vtina autem vel tantum esset studium omnibus nobis pro animarum, quantum est pro corporum salute. Nam vbi modicum quid molestiæ quis sentit in corpore, aut in aliquo membro corporis, non quiescit requirens, donec remedium obtineat. Quare id pari modo non facimus circa languorem animæ!

Leuit. 13.

Venit Christus medicus medicorum in mundum, sanauit verbo omnia. Occurrerunt ei decem viri leprosi, petentes corporis sanitatem. Si medicus similis hodie inueniretur in mundo, qui leprosos omneque genus languorum aliud sanaret, nec pro sanitatis beneficio quicquam reciperet, quantus ad illum conflueret putatis quotidie languentium grex? Iam nullus mille agrotant animæ, imo lethalibus sunt morbis corruptæ, quibus si veller, absque villo negotio paratum inueniretur remediũ: & ex illis vix repe iur vnus, qui quærere velit sanitatem. Itane animæ sanitas fastidio est? Itane placet infirmitas? Itaque cum hic ingrederetur Iesus quoddam castellum, antequam intrasset, occurrerũt decem viri leprosi. Non poterant ciuitatem intrare leprosi, sed ab hominibus alijs separati morabantur. Audierant de vero medico, qui nullam non possit curare infirmitatem. Et dum accedunt, dum petunt, dum obediunt, non tam corporis, quam animæ recipiunt sanitatem. Non fessellit eos fides, quam habuerunt in Christum. Pro sanitate corporis rogabant, & vtriusque hominis inuenerunt salutem.

Qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri.

Leprosi spiritualiter qui sint.

Steterunt à longè à Christo propter eius reuerentiam, quia morbus est fœtidus, immundus & contagiosus. Stant quoque longè à Christo, qui sunt in anima leprosi & spiritualiter immundi: vtpote peccatores manifesti, longè à Deo constituti, clamantes præ magnò desiderio obtinendæ sanitatis: Iesu præceptor miserere nostri. Significantur autem per decem hos leprosos, peccatores manifesti, qui suo alios exemplo inficiunt, vt sunt hæretici, luxuriosi, ebriosi, aleatores & huiusmodi alij, qui sermone, opere & odore, hoc est, exemplo malæ vitæ inficiunt alios. Hi vt leprosi, quia sunt contagiosi, sunt fugiendi. Lepra enim carnis morbus est inficiens & contagiosus. Propterea qui hoc sunt infecti morbo, ab hominum consortio sequerantur. Leprosi itaque spiritualiter si omnes illi sunt, qui vel exemplo suo alios inficiunt, quanto magis hi, qui dedita ad hoc opera alios seducere nituntur, consolationem in hoc recipientes, quod socios habeant peccatorum? Perniciosum igitur est valde, habitare in medio peccantium vbi de iuramento, de execratione, de maledicentia, de impudicitia nemo erubescit. Necessè igitur est, vt scandalum sequatur infirmorum. Necessè est vt corumpant bonos mores colloquia mala. Sunt quidem ad inuidendum &

1. Corint. 15.

Societas maiorum quam sit peccatio. fa.

detra-

T. VI
21

detrahendum alijs nati, vt nihil probare possint alienum quin omnia carnant, cuncta vituperent. Qui praterea impudicus est, impudica loquitur: & impudica auditorum facit corda. Sunt alij murmuratores, qui ad similia quoscunq; possunt, pertrahunt. Quos fecerunt exploratorum plerique, qui in terram promissionis ad considerandam terram missi fuerant terrae promissionis detrahentes: quo vniuersum populum murmurare fecerunt. Quamobrem nemo eorum qui de terra Aegypti egressi sunt sub Mose, permissus est à Domino intrare terram promissionis duobus exceptis, Caleph & Iosue: sed infra quadraginta annos perierunt omnes in solitudine. Consilium contra hanc lepram ac remedium aliud melius non est, quam vt linguae huiusmodi pestilentes lepraque infectae euitentur. Obserua quod curationis quoque modus circa hos leprosos hic significatur, idque maximè in tribus. Primo, quod occurrerunt Domino, velut hi qui infirmitatem suam erubescens agnouerunt. Steterunt enim à longè & verrecundi. Deinde clamauerunt, quo desiderij magnitudo insinuat, orantes ad Dominum: Iesu praeceptor miserere nostri. Tertio profecti sunt iuvene Christo obediens ad sacerdotes illis se ostensuri. Haec igitur tria, cōtritio, oratio, & confessio, multum faciunt ad hoc vt spiritualiter leprosi mundentur.

Mutatio- nis lepra quam sit per- oculosissima. Num. 17.

Remediū cō- tra lepram linguae.

Lepra spiri- tualis per- queria ce- ratur.

Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus.

Leprosos mittit sacerdotibus, quia in lege praeceptum erat, ad iudici- um sacerdotum mundum seu immundum à lepra pronuciari. Non ergo sacerdotes faciebant, vt quis mundus immundusve esset, sed auctoritatem habebant iudicandi, pronuciandi & discernendi mundum ab immundo. Voluit igitur Dominus sacerdotum auctoritati deferri, non quod sua ope- ra hominum subijci oporteret iudicio, sed iuxta legem superioribus volu- it homines manere subiectos, neve sacerdotibus legisque peritis scandali calumniandi que praeberet occasionem, quod absque iudicio sacerdotum mundos pronuciasset. Voluit quoque noui testamenti sacerdotum figu- rare officium, qui in confessione peccatorum discernendi funguntur au- toritate & scientia ad ligandū & soluendum, pronuciantque quis mun- dus, quis ve immundus sit. Neque enim ipsi quenquam faciunt mundum aut immundum, nec peccata ipsi dimittunt, sed Deus dimittit solus. Ipsi vero eos, quibus dimittit peccata Deus, absoluunt. Quod significatum est olim in Lazaro, quem Dominus quatruiduanum à morte ex sepulchro re- suscitauerat ligatum: quem commisit Apostolis, vt soluerent & liberum ire sinerent. Aduerte autem quod dicit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Haec ostensio peccatorum faciendae sacerdoti, quae so quando aut quomodo de- bet fieri nisi per confessionem. Facienda est igitur sacerdoti peccatorum confessio ab eo, quisquis deliquerit mortaliter. Nam quomodo in veteri te- stamento sacerdoti necesse erat vt ostenderetur plaga leprae, vt possit iudi- care: ita in nouo, si peccator debeat absolui ac pronuciari mundus à sacer- dote, necesse est, vt audiat primo peccatū eius sacerdos: vt pote illius iudex à Deo cōstitutus. Nemo enim iudicat de eo, quod nescit: nec ociose Petro & A-

Leuit. 17.

Cur sacerdo- tibus missi sint leprosi.

Sacerdotum euangelico- rum officium quod.

Ioan. 11.

Confessione peccatorum quis facere tenetur.

Leuit. 13.



T. VI
21

Matth. 16.

Confessio
Sacramen-
talis vti à
Christo præ-
cepta sūt.
Ioan. 20.

Leuit. 13.

postolis Christus dedit potestatem absoluendi & clauas, quibus quomodo quæ-
so vterentur aut quando, seu ad quid, si nemo confiteretur peccata sua? Vi-
des quia in hoc quod Apostolis commisit autoritatem, deditque spiritum
sanctum ad discernendum & iudicandum, quorum remittere peccata, quo-
rumve retinere deberent: hoc est, quos absolutione dignos, quosve indig-
nos iudicare deberent, etiam subditis tacite præceptum insinuauit, vt sua
confiterentur peccata, sine quorum confessione nec absolui possent, nec iu-
dicari? Misit eos præterea Dominus ad sacerdotes, vt offerrent sacrificium,
quod lege statutum erat, postquam à sacerdotibus visum iudicati que essent mu-
di. Postremo, vt sacerdotes viso euidenti hoc miraculo, vel crederent vel
non crederent. Dominus autem noster Iesus Christus propensior semper erat
ad pietatem, ideo illis magis credendi, quam non credendi præstare voluit
occasionem. Denique & ex iudicio sacerdotum necesse erat euidentis mon-
strari factum miraculum.

Et factum est dum irent, mundati sunt.

Commendatur hic eorum obedientia simplex, quoniam vt iussi fuerat,
mox abierunt: & obedientie fructus quoque illico eos sequutus est. Si quis
dum irent, mundati sunt. Nam hoc certe erat futurum, si irent, vt munda-

Peccator qui
mundatur à
peccato.

rentur. Quare enim eos ad iudicium sacerdotum misisset, nisi vt mundi iu-
dicarentur? Vides hic quod in contritione Deus mundat peccatorem &
in proposito confitendi. Nam quia voluntatem habuerunt ostendendi se sa-
cerdoti, & iam ad perficiendam hanc voluntatem erant in itinere consti-
tuti, mundati sunt. Nunquam enim ita alligauit Deus gratiam & miseri-
cordiam suam, sacramentis, vt non possit gratiam aut virtutem sacramen-
ti dare etiam sine sacramento, puta vbi sacramentum baptismi aut confes-
sionis non posset obtineri, aut vbi, vt hic, quis accinctus est animo atque in
studio iam recipiendi. Hoc modo, vt in Actis habetur Apostolorum, multi
repperunt spiritum sanctum, antequam fuerunt baptizati, quia crederent
& parati erant ad baptismum quem etiam mox repperunt. Nemo tamen
presumat de singulari priuilegio sibi faciendo, quasi sine sacramentis ne-
cessarijs effectus possit consequi sacramentorum, vbi habere posset & neg-
ligeret. Itaque dum irent mundati sunt, Dixi, inquit Psalmista, Confitebor

Ahor. 10.

Psalm. 31.

Confessione
perfecte quid
necessarium

aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Deus
enim per internam contritionem, per operationem suam internam ac gratie
infusionem, hominem iustificat, antequam veniat ad confessionem. Imo
ad perfectam confessionem peccatorum opus foret aut deceret, vt antequam
sacerdoti reuelare inciperet peccata sua, iam per contritionem & internam
Dei operationem esset iustificatus.

Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus
est cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem
ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus.

Quoniam hic qui rediisse dicitur, Christo gratias agens tam studiosè,
refertur fuisse Samaritanus, intelligendum est reliquos nouem fuisse Iude-
os. Innuitur etiam aliud hic, quare non absque causa hic exprimitur fuisse
Samaritanus.

Samaritanus, quemadmodum in superioris Dominice Euangelio hic, qui circa illum qui cecidit in latrones, fecit misericordiam, non ociose insinuat fuisse Samaritanus: nempe ut intelligamus non raro fieri, ut hi, quibus minus creditur aut confiditur, imo de quibus non sperabatur, misericordiam & charitatem erga proximos, & deuotionem aut cultum erga Deum maiorem exhibeant, quam illi qui ex professione etiam magis ad huiusmodi obligabantur. Et ideo quando scriptura huiusmodi refert, conditionem etiam illam, quæ bonis ac deuotis est in laudem, duris verò aut negligentibus in probrum, simul enunciat. Ad probrum enim sacerdotis & laicæ erat, quod prætereuntes non compassi fuerunt infirmo, nec vulnerato impotenti quæ subuenerunt: cum Samaritanus (quod ad ipsius maximam erat laudem) subueniret compatiens. Hic verò cum Iudæi nouem alij pro beneficio receptæ sanitatis Christo nullas referrent gratias, ad illorum refertur probrum & ignominiam: ad commendationem verò Samaritani, quod redierit & humillimè beneficium agnouerit, gratias Deo agens. Fit enim non raro, ut ubi compassionem, misericordiam, & deuotionem putes te inuenire, non inuenias. Vbi verò inuenire te desperaueris, misericordiam & deuotionem abundanter offendas. Discitur hic quoque, nihil referre apud Deum, de quocunque genere aut gente quis sit natus, modo bonam deuotamque voluntatem exhibeat erga Deum.

Respondens autē Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena,

Exprobrat hic Iesus illis nouem licet absentibus ingratitude non haud vulgarem, quod mundati non redierint, ut hic fecit Samaritanus, ad agendas gratias Christo. Sed potest hic oriri dubium: Cum Christo finis curationis corporum, curatio fuerit animarum, idcirco teneatur ferè ab omnibus, eos quos Dominus curauerit in corpore, sanauerit etiam in anima, quomodo hi nouem leprosi arguuntur de ingratitude, si conuersi sunt, quia putandi sunt mortaliter deliquisse? Alioqui pro veniali peccato non crederetur Christus tanto rigore zelatus fuisse. Dicendum omnes primo in fide ad Christum venisse, omnes à Christo salutem animarum & corporum accepisse. Nouem verò illos Iudæos (ut quidam volunt) à sacerdotibus fuisse deceptos, suadentibus sacerdotibus, ne crederent Christi hanc mundationem lepræ fuisse, sed obseruationi suam mundationem tribuerent legis, non virtuti Christi. Inuidebant enim sacerdotes Christo eiusque miraculis & doctrinæ ubique poterant, detrahebant. Horum, inquam, susceptionibus decepti à fide exciderunt. Curatio autem Christi etsi præstaret simul conuersionem ad se & statum salutis his, qui sanabantur à Christo, non tamen eos qui beneficia ab eodem recipiebant, fieri necesse erat impeccabiles. Poterant enim à gratia iterum excidere: quod principi quoque contigit Apostolorum Petro, ut peccaret post conuersionem relapsus in mortale peccatum, ter negans Christum.

Et ait illi: Surge & vade. Quia fides tua te saluum fecit.

Commendat fidem huius Samaritani Dominus Iesus, quia dignus fuit, ut illi

Curationis
corporum
Christi fuit
se finem curationis
animarum.

Leprosos
nouem
deceptos
fuisse à
sacerdotibus
ne à Christo
se crederent
esse munda-
tos.

Matth. 26.
Marc. 4.
Luc. 22.
Ioan. 16.

HHHH illi

T. VI
21

Fides quomodo dicitur saluum facere.

illi beneficium vtriusque hominis impartiretur, puta vt & à lepra munda-
retur corporis, & in anima beneficium acciperet æternæ salutis. Quia verò
vbicunq; hoc verbum inueniunt in scriptura Lutherani, quod fides salu-
uum fecerit, gloriantur quod sine operibus illi salui facti sunt. Dicit illi-
tu, ne nimis cito glorientur. Neque enim ita erant iam salui, quibus hæc
verba dixit Iesus, vt aut iam essent beati, aut infallibiliter ad beatitudinem
perducendi. Sed fides eos saluos fecit, id est, in statum salutis, quo pos-
sunt Christi misericordia (si vellent) saluari, constituit. Hæc enim iustifi-
catio hominis sine operibus sit præuijs ex sola gratia Dei. A qua rursum
iterum atque iterum creberrimè homines peccando excidunt. Alij manen-
tes ac perseverantes iustificantur magis, id est, per bona opera, & Dei gra-
tiam cooperatè, iustiores fiunt per Christum Dominum nostrum, qui est
in secula benedictus, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

*Decem genera vitiorum, decem leproforum conditio-
nibus significantur.*

Occurrunt ei decem viri leprosi. Luca XVII. Audiuius hodie ex E-
uangelio decem occurrisse Christo leprosos & quod omnibus in-
firmis proprium est, pro sanitate ad Dominum clamasse. Fuit au-
tem eorum oratio humilis: Iesu præceptor miserere nostri. Pro misero-
cordia postulabant, quia miseriam sentiebant. In his decem leprosis nobis signi-
ficantur peccatores inuerecundi, manifesti, & contagiosi, qui alios infecti-
unt & seducunt.

Vitiorum ge-
nera decem
per leproso-
rum proprie-
tates delig-
na. x.

Ostias lepro-
sus.
Para. 6.

Superbia quæ
est grauis le-
pra.
Plalm. 60.

Hieron.
Superbia du-
plex quæ sit.

Superbia vbi
nam, nata sit.

Legimus in veteri nouoq; testamento de leprosis decem vicibus, qui vi-
rijs fuere temporibus, in quibus decem genera vitiorum significantur, quo-
rum proprietates seu condiciones leproforum assimulantur conditionibus.
Primus leprosus (quem non primò ideo dicimus, quòd tempore fuerit pri-
or, sed quòd applicatione & ordine ad significandum nobis primus occur-
rit) fuit Ostias rex. Hic superbus ac præsumptuosus, vt secundus refert Pa-
ralipomenon liber, cum temere vellet sacerdotis fungi officio, quod illi
nequaquam licebat, accepit thuribulum & incensum offerre volens, percussus
est à Domino lepra in fronte, qua vsque ad mortem nõ caruit. In hoc nobis
superbia significatur, quæ est grauis lepra animæ. Significatur autè nihil
minus etiam proprietates lepræ prima, quæ est in cute intumescere. Superbus
enim omnis tumidus, omnibusq; tam Deo quàm hominibus est odiosus.
Scriptum est enim: Non habi abit in mento domus meæ, qui factus est superbus. Iudæ enim
superbus vt leprosus deuitatur, quandoquidè superbi mores nemini non
sunt exosi. Est enim præsumptuosus. Vnde Hieronymus dicit: Superbia plus
audet, quàm potest. Est autè superbia duplex, carnalis & spiritalis. Carna-
lis superbia ostentatur in vestibus, in cibis, in apparatu, in pompis, curio-
sitate & vanitatibus. Hæc omnia infectiunt vt lepra: quia superbia dum in-
uenerit nouitates, vanitates, curiositatesq; pro uocat alios ad sui imitacionem.
Spiritalis superbia, est animi extolentia in donis Dei, sanè detestabile vitium,
illam persecutus est Deus, atque è caelo protigauit. In paradiso fuit, & ibi ex-
cisa est.

Ha est
lis plu
difficu
remed
fuit sui
Syrunt
lizeo,
pra.
cui a
pati. V
quam
habet.
modo.
pecuni
ram de
bus ad
agant:
Auarus
retia ca
rit. Pa
sum, v
lia. Q
omnia
quid e
cactu n
nimæ.
præcep
am ma
dientia
quia p
pellens
non non
tiam e
nomin
licet le
quoqu
guiten
tur rar
hanc Si
quoqu
amicus
tas eius
nem n
ve scri
Qui
sus Mo

Ita est. In mundo fuit, sed saepenumero grauitate punita. Superbia spiritua-
 lis plus habet periculi quam corporalis non enim facilliter agnoscitur, &
 difficulter curatur, quia superbus errorem suum nec agnoscit, nec admittit
 remedium, utpote dum se nemo prudentior sibi videtur. Secundus lepro-
 sus fuit Gibezi Helisæi discipulus, qui cupiditate deceptus, post Naaman
 Syrum cucurrit, & munera ab eodem clanculum, ut putabat ignorante He-
 lisæo, accepit: quem tandem ad correptionem Helisæi Dominus percussit le-
 pra. Vide Regum Iudæ historiam. Significatur autem in eo lepra auaritia,
 cui altera lepræ conditio seu proprietas arridet, quæ est sitire, & prurium
 pati. Verumque hoc auaris familiare est. Auarus enim semper sitit, quia nū-
 quam satiabitur pecunia, utpote cui tam deest quod habet, quam quod non
 habet. De quo præterea Ecclesiasticus ait: *Insatiabilis est oculus cupidi.* Sed quo-
 modo inquis, alios inficit? Exemplo. Quid enim non excogitat avarus, ut
 pecuniam augeat? dolos, mendacia, sophisticationes, pondera iniusta, stare-
 ram dolosam, mensuram iniquam, & alia id genus innumera, excogitat, qui-
 bus ad turpe vtatur lucrum: aliosq; suo trahit exemplo, inducens ut similia
 agant: & quo suas merces pluris vendant, imposturas quoque committunt.
 Auarus araneæ comparari potest, quæ euiscerat se ad faciendam telam seu
 retia capiendis prædis idonea: quæ tamen tela, si vento forti perflatur, pe-
 rit. Pari modo avarus labore, sudore, & virium deflectione consumit seip-
 sum, ut telam texat araneæ. Huiusmodi enim omnia sunt bona tempora-
 lia. Quam ubi ventus grandis perflauerit, hoc est, cum mors ingruerit, mox
 omnia absumit contexta. In morte enim auarorum nemo vnquam secum
 quid tulit. Tertius est leprosus, de quo in Euangelio legitur Matthæi, quæ
 tactu manus suæ Dominus curauit: & significat luxuriam, quæ est lepra a-
 nimæ. Congruit autem luxuriæ conditio lepræ, quod foetet. In lege enim
 præceptum erat leproso, ut os haberet veste contextum, ne foetor quemp-
 iam malus exhalans inficeret: hoc est, ne in luxurioso verba impudica egre-
 dientia corrumpant pudicos. In hoc itaque significatur, ut dixi, luxuria,
 quia pro munditia Domino supplicat. Dominus quoque eius lepram de-
 pellens imperat, & dicit: *Mundare.* Hic etiam, ut aliqui volunt, propterea
 non nominatur, quod sicut Paulus dicit: *Omnis autem fornicatio & immundi-
 tas nec nominetur in vobis.* Quo significetur magis congruè in eo luxuria non
 nominanda. Quartum leprosum in scriptura inuenimus. Simonem sci-
 licet leprosum, sed mundatum. Hic nobis lepram iræ significat. Consentit
 quoque proprietates seu conditio quartæ lepræ, quæ est adultu habere san-
 guinem. Ira quoque est ebullitio sanguinis circa cor. Ex ira autem ori-
 tur rancor, indignatio, aspernatio & murmuratio: quæ non defuerunt
 huic Simoni, ut ex Euangelio liquet. Verum quia ira lepra est, & hæc
 quoque inficit, idcirco ne inficiaris ira aliena, scriptura monet: *Noli esse
 amicus homini iracundo, nec ambules cum furioso, ne forte discas semi-
 tas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.* Carbo ignitus facilliter carbo-
 nem mortuum, si coniunctus illi fuerit, resuscitat. Nam quemadmodum,
 ut scriptum est, *Sermo mollis frangit iram,* ita sermo durus excitat iras.
 Quintus leprosus fuit soror Moysi, quæ propter murmuracionem aduer-
 sus Moysen fratrem suum, percussa est plaga lepræ à Domino, significat autem
 lepram

HHHH 2 lepram

Gibezi le-
prosus,
4. Reg. 5.Auaritia le-
pra quam sic
insatiabilis.
Eccles. 5.Eccles. 4.
Auaritia le-
pra quomo-
do alios in-
ficiat.Auarus ut a-
ranæ com-
paretur.Matth. 8.
Leprosus ta-
ctu curatus.
Luxuria qua-
lis sit animæ
lepra.
Leuit. 13.Ephes. 5.
Simon le-
prosus quos
ignit.
Matth. 6.
Marc. 4.Lucæ 7.
Prover. 17.
Ira cuiusmo-
di sit lepra,
quomodo q-
inficiat.
Prover. 15.
Num. 12.
Maria soror
Moysi leprosa

T. VI
21

Inuidia lepra
quomodo a-
lios inficiat.

lepram inuidia. Cui quadrat proprietas quoque quinta leprae, quae est habere cutem candidam foris, intus nigram. Inuidia autem sub specie zeli se palians foris apparet lucida, quasi habens virtutum candorem: sed in corde intus habet nigredinem. Inuidia quoque morbus est (quare lepra vocatur) inficiens. Inuidus nanque se continere non potest, quin inuidiam prodar detrahendo, obloquendo, vituperando, laudem minuendo, eius scilicet, cui inuidet. Sextum leprosum quartus Regum liber indicat, ubi quatuor leprosi in obsidione ciuitatis Samariae proficiscuntur ad castra Syriae famem sustinentes: & inuenerunt Syros turbatos, omnes fugisse ac reliquisse castra, omnibus diuitijs plena. Comederunt igitur & biberunt fatis, deinde regnum ciauerunt Israel. In his significatur lepra gula, cui haud parum conuenit iuxta conditio leprae, quae hominem facit pinguescere & inflari. Feruntur quoque leprosi auidi esse ciborum. Pinguescunt enim leprosi fortasse propter crassos humores, quos circumferunt indigestos. Referuntur autem quatuor ibi fuisse leprosi, quia gula circa quatuor versatur, in quibus gula agnoscitur. Puta nimium comedere, delicata nimis quaerere, ante tempus legitimum cibum sumere & nimis effusum ac auidum esse super cibum. Prouocat autem gulosus gulosum & inficit, ut quotidie cernitur in comestationibus & comotationibus. Septimus leprosus est Naaman Syrus. Hic a rege Syriae missus venit ad Helisaeum in quo acedie lepra significatur. Alludit autem huc quoque septima conditio leprae, quae est, grauem, desidiosum, pigrum, ac fastidiosum esse. Inficit quoque, nam vnus piger alium a bono opere detinet. Imo si quispiam ab opere obedienciae aut obsequio alium audit se excusantem, & liberum relinqui, idem ipse quoque, hoc ipsum tentat, quomodo laboris, aut superioris sui euadat siue eludat mandatum. Significatur autem ideo per Naaman, quod illum tam parui tædunt laboris, ut pro sui purgatione, iuxta verbum Prophetæ, iret in Iordanem, lauaretur & mundaretur. Octaua lepra legitur in Mose, cuius manus, dum in sinu mitteretur, extracta est leprosa: dum autem extra sinum manifesta teneretur foris non apparuit in ea lepra. Quo hypocritæ & simulatores significatur, quorum lepra est occulta in anima. Congruit autem ei octaua proprietas leprae, quae est habere rubedinem in facie: quae licet appareat, non est tamen pulchritudo, quia intuenti insuauis est & ingrata. Hanc spirituale lepra monuit nos Dominus cauere, dicens: *Attendite a sermone pharisaeorum, quod est hypocritis.* Nona lepra est ingratitude, & significatur in noue his leprosis, quorum hodiernum remittitur Euangelium: qui pro percepto beneficio Christo ingrati ad agendas gratias non redierunt. Consentit autem nona quoque conditio seu proprietas leprae, quae est vox rauca. Nouem enim illis leprosis adeo fuit vox rauca, ut nullus laus aut gratiarum actio audita sit exhibita Christo. Decima lepram accipimus in illo leproso decimo, qui rediens, gratias egit Deo. Et in hoc significatur decima lepra conditio seu proprietas, quae est, lepram infirmitatem esse incurabilem, & a Deo solo sanandam, ideo quisquis a lepra animae, hoc est, a mortali peccato curatur, solius Dei beneficio curatur. Verum de his satis. Nunc de his decem leprosis quorum hodiernum meminit Euangelium, loquendum est, per quos ut alias ubique intelliguntur peccatores. Qui si purgari volunt, faciant haec quae leprosi hodie fecerunt. Primo enim habuerunt fidem leprosi, ex beneficio Christi credentes se recepturos sanitatem. Nisi enim habere-

Leprosi quatuor quos signent.
4. Reg. 7.

Gula qualis fit animae lepra.

Gulae species quatuor quae.

Naaman leprosus quos signent.
4. Reg. 5.

Acedie lepra quomodo inficiat.

Mosi lepra quid significet. Exod. 4.

Hypocritis qualis fit animae lepra.

Lucæ 2. Noue leprosi foris lepra quid signent.

Ingratitudo cuiusmodi fit lepra animae.

Leprosus Samaritanus quos signent.

Lepra spiritus asinidae necessaria quae sunt.

habent, quomodo Christo occurrerent, aut quomodo ab eodem quæ-
rent salutem? Quis commendat se medico, quem credit non posse sanare? Fi-
des ergo fecit occurrere Christo leprofos. Et tu si in te sentis plagam lepræ,
occurras oportet Christo. Quo? ad ostium cordis tui. Ibi enim stans pul-
sat, & te expectans dicit: *Ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit mihi, mirabo
ad eum, & cenabo cum eo.* Non oportet te igitur, ut Bernardus ait, ô homo
maria transfretare, non transalpinare terram, sed vsque ad ostium cordis
& oris occurrere Deo tuo. Si enim in te est fides, ostendet te tibi peccatorem,
ostendet tibi Deum summè iustum, omnipotentemque, qui nullum sine
inultum peccatum. Verum nihil iuuat peccata vetera deestari, si non ani-
mum habueris firmum futura quoque peccata cauendi. Quamdiu enim vo-
luntas manserit peccandi, nulla prodest confessio. Vide iam quid de sacer-
dotibus agatur concubinarijs, cum monachis proprietarijs, cum vsurarijs,
& cum omnibus qui in officijs sunt constituti, quæ absque peccato exerceri
non possunt. Qui etiam ad confessionem & Eucharistiam accedentes, haud-
quaquam verè pœnitere possunt: quia illud, de quo dolere debent, confiteri,
& abigere à se, ab his sequestrari recusant. Bona igitur aliena & non tua:
bona item si illicite acquisita retines, si luxuriæ fomenta, concubinam as-
seruas, si in officijs & quælibet illicitis perseveras, & nihilominus confes-
sioni seu Eucharistiæ confidis, falleris quisquis es, qui tibi sacramenta pro-
desse putas, quamdiu à te non recesserit voluntas delinquendi. Quam si di-
xeris deposuisse in quem vsum concubinam quæso tunc seruas tecum? Cur
odium non deponis? cur bona iniusta non restituis? Cur actionem illici-
tam aut officium, in quo absque peccato viuere te non posse sentis, non de-
feris? Cur si monachus es, in proprietate perseveras? Secundo, habuerunt
leprosi illi sui cognitionem, verecundiam & humilitatem. Steterunt enim
à longè, agnoscetes se immundos atque leprofos. Hoc modo publicanus
in templo orans, stabat à longè, non audens leuare oculos in cælum. Maria
quoque soror Marthæ verecunda retro secus pedes Domini accessit. Est e-
nim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Qua-
propter his qui non erubescunt peccata sua, per Hieremiam à Domino di-
citur: *Frons tua in terra meueritica facta est tibi, noluisse erubescere.* Tertium est quod
habuere leprosi, lachrymosa oratio. Hanc enim Domino obtulerunt le-
uantes vocem suam, & magno clamantes desiderio pro sanitate. Exclamat
Augustinus, dicens: O si possem homines excitare, & pariter cum homini-
bus excitari, ut essemus tales amatores vitæ permanentis, quales sunt ipsi
transiuntis: hoc est, ut tanto desiderio & feruore illam quæreremus, ad il-
lam anhelaremus beatam vitam, quanto studio ac cura temporalem mun-
di amici tuentur ac amant. In clamore igitur leproforum non respicitur
vox, sed desiderij magnitudo. Propterea Moysi in silentio oranti dictum est
à Deo: *Quid clamas ad me?* Mente non ore clamabat. Clamabat desiderio &
oratione. Itaque clamabant leprosi quoque, & salutiferum hoc nomen Ie-
su prætulere dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Et nobis quoque
aliud sub cælo non est datum nomen, in quo, quam in hoc nomine oportet
nos saluos fieri. Cum ergo nihil sit infelicius peccatore in suis peccatis
perseuerante, ita ad salutem redire desideranti nihil tam salutare, quam
suam

Quomodo
Christo oc-
currendum
sit.
Apoc. 1.
Bernard.

Iob. 4.

Confessio &
eucharistia
quibus nihil
profit.

Lucas 18.

Lucas 7.

Eccle. 10.

Hierem. 5.

Augustin.

Exod. 4.

Ad 4.

HHHH 3, suam

T. VI
21

Psalm. 39.

1. Esd. 9.

1. Reg. 21.
Humiliatio
sincera qui-
tiam profit
penitentibus.

Leuit. 13.

Respectus di-
uinus quam-
sit necessari-
us homini.

Lucæ 22.

suam turpitudinem & deformitatem agnoscere, suam flere miseriam, Dei
offensionem, & mala quæ fecit lugere, se indefinenter despiciere, se plangere
& contra se conqueri coram Deo, dicendo: *Circumdedertunt me mala quorum
non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui vi videre. Com-
placet tibi Domine, vt eruas me.* Hoc modo Esdras pro populo orans, omnium
transgressiones sibi imputat dicendo: *Deus meus confundo & erubescio leuare
faciem meam ad te quia delicta nostra creuerunt vsque ad calum.* Verum vt intelli-
gamus, quid verè penitentibus profit humiliatio sincera, quomodo De-
um hæc placet, recolendus est Achab pessimus & idololatra, qui Iezabel vxo-
re sua procurante occidit Nabaoth virum iustum, vineamquæ eius, quam
concupiscenti Achab ille vendere noluerat, possedit, audiens propterea Do-
mini sententiam per Heliam sibi in hunc modum nunciatam: *O cidiisti &
possidisti. Si Achab mortuus fuerit in ciuitate, comedent eum canes, si vero mortuus fu-
erit in agro comedent eum volucres caeli: & percutiet Dominus domum Achab, &
cætera.* Hæc audiens Achab licet malus, quid fecit Scidit vestimenta sua, in-
dutus est cilicio, ieiunauit, dormiuitque in sacco. Et misericordissimus
Dominus ad Heliam dixit: *Nōne vidi Achab humiliatum coram me? Quæ-
ritur humiliatus fuit mei causa, non inlucam malum super domum eius in diebus eius,
sed in diebus filij eius.* Videsne ad quod profit humiliatio: Si enim Achab im-
pio diuinam sententiam metuenti seruiliter profuit humiliatio hæc breuis,
quam assumpsit, quamuis de peccatis suis non doluit: nec propterea assump-
sit vt lugeret quod Deum offendit, sed quia poenam timens, eandem depre-
cari voluit: quanto magis proderit humiliatio vera, poenitentia ac Vere-
cundia, qua se verus poenitens, verusque humilis, in sui consideratione de-
primit, seque pro peccatis suis affligit?

Quartum, est sui ostensio coram sacerdote. Sacerdotibus enim dedit iudi-
cium, scientiam, & autoritatem discernendi inter lepram & non lepram, in-
ter mundum & immundum. Qui sententiam nullam ferre possunt, nisi o-
stense sibi morbo, quare vel immundi vel mundi debeant iudicari. De hoc
supra dixi in homilia, ideo hic transeo. Quintum, quod leprosi habuerunt,
fuit respectus Dei, sicut scriptum est: *Quos vt vidit. Hic diuinæ miseri-
cordiæ respectus ad eum non parum iustificandis peccatoribus confert, vt sit om-
nino etiam necessarius. Si enim respectus intuirus ve basilisci vsque ad cor
hominis penetrat intima animæ vulnerans, inficiens ac inierimens, quo-
modo respectus Dei non est maioris virtutis, vt plus possit saluare, quam
possit basiliscus interimere? Absit, vt tam parum aut tam iniquè de diuina
sentiamus misericordia. Simili respectu Petrus accepto exiit atrium foras,
& fleuit amare. Quare? quia Dominum negauerat. Quod quantæ fuisset in-
gratitudinis, & quam nullo pacto id facere debuisset, tunc demum à Domi-
no respectus cognouit. Hic enim respectus diuinus facit hominem seipsum
respicere. Itaque respectus à Deo homo vt seipsum iam discurnat, videat,
sentiatque in tenebris se ambulare, potest se verè ad Deum conuertere, De-
um inuocare, Deo confidere, atque quomodo deinceps immaculatus & mun-
dus in hoc mundo viuere possit, prouidere. Quod largiatur nobis Domi-
nus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.*

DOMI.

DOMINICA XV. POST DOMINICAM S.
Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Gal. V. & VI.

In spiritu uiuamus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit, Communicet autem is, qui catechizatur uerbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quae enim seminauerit homo, haec & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet & uitam aeternam. Bonum autem facientes, non deficiamus. Tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fides.

Galat. 5. 6.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Superiori Dominica lectio epistolae eo loco fiebat, quo Dominicae Galat. 5. incipit lectio praesentis. Ante enim hanc lectionem uerba haec leguntur: Qui autem sunt Christi, carnem uam cum uicis & concupiscentiis suis crucifigant. Itaque hi qui Christi sunt, sic agunt. Nos igitur quia Christi sumus, carne crucifigamur, spiritu ambulemus. Per Christum enim ut spiritu uiuamus, hoc est, ut Spiritus sancti ductu, rationisq; iudicio regamur, ad hoc uicendi genus perducti sumus. Non igitur efficiamur inanis glorie cupidi. Hoc enim Christus quoque prohibet, dicens: Videte ne iustitiam uestram Math. 6. faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Itaque non efficiamur inanis glorie cupidi, ad mutuam nos iram prouocantes, aut mutuo inuidentes. Deinde praelatos alloquitur dicens: Fratres si uestrorum subditorum quispiam lapsus fuerit in aliquo delicto (uocatur autem delictum hic ex infirmitate, aut lapsus, aut preoccupatio) vos qui spirituales estis, hoc est, qui secundum spiritum uirtute, hunc non despiciatis, imo ne exasperetis quidem: ut ipse qui non ex malitia, nec ex consuetudine, sed ex infirmitate, ignorantia, subreptione, seu incircumspectione ac imprudentia peccauerit, sed infirmitate & mansuetudinis, non in spiritu furoris, sed in spiritu lenitatis & mansuetudinis, ut tu qui praelatus es, consideres quoque te ipsum, tuam infirmitatem attendens, interrogansq; te ipsum, si eadem tentatione fuisses circumuallatus, quid fecisses, aut quid facere posses tentatus nihilominus metuens tibi ipsi, si alienae durus fueris infirmitati, ne & tu tenteris. Vult itaque Paulus ex sua infirmitate quatenusquam intelligere, quomodo alijs miserari debeat & compati. Sic enim Ecclesiasticus quoque monet: Memor esto Eccl. 31. iudicij

HHHH + iudicij

iudicij mei: sic enim erit & tuam. Mihi heri, & tibi hodie. Alter alterius onera portate, hoc est, sufferte vos inuicem, & vobis succurrite. Orate pro inuicem vt saluemini: & sic adimplebitis fraternam charitatem, quæ est lex Christi, dicentis: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Nam si quis existimat se aliquid esse, efferens se supra cæteros, quos contemnit tanquam infirmiores moribus aut virtutibus, cum tamen à seipso, & in se, & in eo, de quo gloriatur, nihil sit, ipse seipsum à veritate seducit, credens id quod non potest esse. Hoc attendit qui dicebat: Et substantia mea tanquam nihilum ante te est.

Electi enim Dei non attendunt bona, quæ habent, aut quæ perceperunt, sed quæ necdum percipere valuerunt, quibusque adhuc carent, vt inde humilientur, quomodo de receptis donis arrogantes superbiunt. Non igitur peccatum alienum quis examinet, sed opus suum probet vnusquisque discreti. Quod si bonum aut perfectum inuenerit, tunc gloriam habebit in seipso tantum, hoc est, in conscientia sua, & non in ore alieno. Gloriam in seipso intus habere, nec pendere aliena ex laude, est cum prudentibus virginibus in vasculo suo oleum seruare. Sed quam gloriam iustus habet in seipso intus, nisi eam de qua Psalmista dicit: *Gloria mea & exaltans caput meum!* Et de qua Paulus: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur?* Eam igitur ob rem suam debet vnusquisque opus, non alienum examinare, quia vnusquisque onus operum suorum, vitiatorumque portabit congeriem, futuro iudicio discutendam. Quo onere tunc se plus minusve inueniet grauatum. Pergit inde Paulus ad aliam instructionem, dicens: Cæterum is, qui catechizatur, id est, instruitur, verbo salutari doctrinæ & sacræ scripturæ eloquio, communicet, hoc est, communia faciat bona sua quæ habet, cibum, potum, amicum, & si qua sunt alia tam spiritualia, quam corporalia, impariensi ei qui se catechizat, hoc est instructori ac magistro suo. Dignus enim est operarius sua mercede. Et qui seruit altari, iustum est vt viuat de altari. Nolite errare, nolite putare, vt si coram hominibus auare excusaueritis vos, quod parum largiri possitis, parumque habeatis, coram Deo pariter quoque vos esse (qui nouit omnia) excusatos. Deus non irridetur, Deus non fallitur. Quæ enim seminauerit homo, id est opera quæ hic in vita egerit, hæc metet quoque in iudicio, id est, horum suscipiet retributionem ac messem. Comparat enim opus semini, operationem seminationi, & messem diuinæ retributioni. Hæretici qui negant operum bonorum retributionem libero hominis arbitrio (quod tamen arbitrium non idcirco dicitur liberum, quod sine diuino adiutorio aliquid possit, sed quod libertatem habeat diuino instinctui assentiendi aut respuendi illum, nulloque modo ad horum alterum cogatur) quid hic dicent, dicente Paulo: Quæcunque seminauerit homo, hæc & metet, cum sit clarissimum ex superioribus quoque illum de operibus loquitur) Quoniam qui seminarit in carne sua carnales concupiscentias sequens, desiderijsque carnalibus satisfaciens ac seruans, de carne quoque metet corruptionem, videlicet vt in presentibus huius vitij corruptionibus futurisque tormentis, totus conteratur. Qui autem seminauerit in spiritu, carnis desideria & sensualitatem domans, de spiritu metet vitam æternam. Ad Romanos non dissimilia scribens: Si, inquit, secundum carnem vixeritis, morietis. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Sequitur hic: Bonum

Iacob. 4.

Ioan. 15.

Psalm. 18.

Electi quid in se attendant.

Matth. 23.

Psalm. 118.

Gloria iustorum quæ sit. 1. Cor. 11.

Lucæ 11.

1. Cor. 9.

Arbitrium hominis cui dicitur liberum.

Roman. 8.

T. VI
21

num autem facientes, & in spiritu seminantes ab hoc benefaciendi tam studio, quam feruore, neque tædio, neque labore victi deficiamus. Tempore enim suo, quo cunctis disposuit operibus reddere mercedem Deus, meremur gloriam æternam assecuturi plenam, indeficientem, perpetuam. Quocirca dum tempus habemus, quamdiu viuimus, quamdiu luce uti possumus diuinae gratiæ (ut Christus quoque monet, dicens: *Ambulate, dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant*) bonum operemur ad omnes, beneficia charitatis & misericordiæ illis impendentes. Nescimus enim quamdiu hoc tempus bene operandi nobis à Deo concedendum sit. Maxime autem operemur bonum ad domesticos fidei, hoc est, ad iustos, & ad eos, qui eadem nobis fidei religione sunt coniuncti.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE XV.

post Dominicam S. Trinitatis, *Matthæi VI.*

CVM duobus aliquando tribusve sit dominis seruiendum, non mirum videri debet, quod Dominus duobus seruiti in præsentis Dominicæ Evangelio dicat impossibile. Loquitur enim de dominis, quibus si- Domini duo
quibus nemo
seruere potest
qui fiat.
mul vnoque seruiendum est tempore, & qui contraria imperant. Huiusmodi non potest simul seruire, quandoquidem voluntas eorum vniformis non est: quare necesse fuerit, aut vni, aut alteri displicere. Quod cum ita sit, & in hominis arbitrio sit constitutum, cui velit, seruire, mirum cerè debet videri, quare eam seruitutem quis eligat, quæ durior, vilior, ignominiosiorque habetur, relicta digniore, nobiliore magisque fructuosa. Si enim Christi seruitus ad diaboli seruitutem conferatur (Quæ autem erit comparatio Christi ad Belial) quis dubitet Christi seruitutem præferendam? Si inter spiritum & carnem comparatio fiat, si inter Deum & mundum, quis Deo & spiritui non magis iudicet seruiendum, quam carni aut mundo? Hæc quamuis non ignoremus, videte tamen quæ sit cæcitas nostra, quod aliud iudicamus bonum, & aliud facimus eligimusque, quod iudicamus malum. Sed fallit nos quoniam vtrumque libenter obtineremus. Cui sententiæ stultæque opinioni Dominus hic aduersatur, dicens:

Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.

Ante hæc verba docuerat Dominus Iesus thesaurizandum nobis de cælo, non super terram, vbi fures & tineas, aliæque huiusmodi formidare habemus, ne vel inuitis nobis nostra aut demoliantur, aut prorsus auferant. Ne autem cupiditate seducti putemus & illa & ista nos posse querere, præmonet nos vtraque simul non posse querere, puta cælestia & temporalia. Contraria enim vtrouique & dissimilia sunt studia, quæ vtrisque conquirendis sunt impendenda. Ire ad forum, & interim ire ad templum, vno simul tempore haud potes, nec negotiationis agere exercitia, & interim orationi seu deuotioni spiritus vacare licet. Alterum enim impedit excluditque alterum, ut simul fieri vtrumque minimè possit. Possent tamen duæ res fieri, quorum diuersa licet sunt studia ac exercitia, non sunt tamen contraria, idque non

vno tempore, vt sunt arare, fabricare, & orare, aut missam audire. Stare enim simul possunt hæc exercitia, ita tamen vt vni in vtrisque seruiatur domino. Hoc modo, si quæ aliz sunt occupationes, officia, exercitiave, quantumvis disparia aut pugnantia, si tamen in his vni seruiatur domino, possunt in eodem esse homine simul, sed tempore distincto exerceri. Sed hic dicit Dominus, neminem posse duobus dominis seruire, subaudi quorum alter non est subiectus alteri, nec eiusdem sunt voluntatis: quare etiam contraria necesse est tolerari eorum præcepta, & contrarias seruitutes. Nemo, inquit, potest duobus dominis seruire, Deo scilicet & diabolo. Aut enim vnum odio habebit, puta diabolum. Hic enim amabilis non est, tametsi sustineatur eius seruitus, vt sequitur, propterea quod nostras diligimus concupiscentias, quibus satis fieri desideramus: & alterum, puta Deum, diligit. Aut vnum, scilicet diabolum sustinebit. Non dicit diligit, sed sustinebit: & alterum, id est, Deum contemnet. Vide quia non dicit de Deo, quod illum quis odio habebit. Nemo enim odio Deum habere potest. Quod si quis contradicens, obijciat scriptum: *Oderunt me, & Patrem meum gratis.* Et in Psalmop: *Superbia eorum quæ odierunt, ascendit semper,* vbi dicitur Deus exosus. Dicendum Deum, quantum attinet ad illius naturam & bonitatem, non potest odio haberi. Est enim ipsa bonitas, quam nemo odisse potest secundum hoc, quod est. Porro iuxta hoc quod facit Deus, prout quod punit, quod voluptuosa prohibet, quod aduersitates mittit, inueniuntur in inferno, & in mundo scelerati, qui odium Deum. Vide etiam quia de diabolo loquens non dicit, aut vnum diligit, sed aut vnum sustinebit, id est, diabolum, quem diligit nemo potest. Sustinere autem (sicut dicit Augustinus) diabolum potest quod propter delectationes peccatorum quas amat, quibusque carere non vult: ideoque diaboli tolerare seruitutem. Quomodo quis sub duro domino duram sustinet seruitutem, non propterea quod dominum diligit, sed quia ancillam aut filiam in domo diligit, cuius amore duram fert seruitutem. Quod verò dicitur, alterum, puta Deum, contemnet, quotidie experimur.

Augustin.
Ioan. 15.
Psalm. 71.
Deus quomodo non possit odio haberi, & quomodo tamen à multis odiaur.

Augustin.

Quibus modis contemnatur Deus à peccante.
Luc. 11.

Quis enim Deum non contemnens peccat? Contemnit itaque Deum peccans, vel illum putans de humanis non curare, vel illum pium sibi adeo fingens, vt delicta non puniat, vel stulta se presumptione consolans, quod vno verbo hoc, Deus propitius esto mihi peccatori, veniam valeat impetrare. Quod certe verum est, si animo quo publicanus, eodem quis ore: quamuis hoc absque respectu, & Dei dono singulari nunquam erit. Vel leniter de Deo sentiens, & stimans non tantum rigorem, vt prædicatur, esse iustitiz, aut prorsus Deum contemnet, vel non satis digna de Deo sentiens, vel omnino eius præcepta abijciens. Huiusmodi contemptus quotidie tam in nobis, quam in alijs experimur. Est tamen aliud contemnere, & ex contemptu (quod grauius est) delinquere. Nam contemptus est generalis in omni peccato transgressio. Nisi enim contemneret Deum, nemo peccaret. Caterum, ex contemptu peccare dicitur is, qui vel diuinis, vel Ecclesiz, aut prælati præceptis non obedit: puta quando contemptus in causa est, quare quis peccat. Quod sæpius contingit contra prælatos in præceptis non purè diuinis, quam contra Deum, verbi gratia: Si tibi prælatus præcipiat vel prohibeat quid, & tu prælatum odians, aut non bene de eo sentiens, contra eius præceptum.

Contemnere & ex contemptu peccare quomodo differant.

Ex contemptu quis peccare dicitur.

ceptum feceris, nulla ad alius ratione alia, nisi quia contemnis obedire, aut quia contemnis praelatum, cui tantam subiectionem reuerentiamque non vis exhibere, vt illi obedias. Hoc est, peccare non solum per contemptum, sed etiam ex contemptu, vt contemptus sit causa, quare delinquas, aut non obedias: quamuis alio qui saepius possit contemni, id est, deseri praecipuum tam Dei, quam Ecclesiae, & praelati, non ex contemptu, sed ex concupiscentia aut infirmitate.

Non potestis Deo seruire & mammonæ.

Arguere vult auariciam, quæ est secundum Apostolum idolorum seruitus. Mammon enim ex Syriaca lingua (vt aiunt) vel auariciam vel idolum diuitiarum significat: non quod in diaboli situm sit potestate dare vel auferre diuitias quibus velit. (Contrarium enim legimus in Iob) absque permissione diuina, sed quod per diuitias (quibus ferè semper abutitur diuites) aut nimis auare ac iniuste eas conquirendo, aut tenaciter nimis retinendo, aut prodigaliter ac profuse in Dei offensiones non in subuentionem pauperum, sed (vt dixi) in luxum, in voluptates, in gloriam & ostentationem sui expendendo. Non potestis igitur Deo seruire & mammonæ. Vult enim purum habere seruitium, & ex toto corde sine vlla admixtione alterius amoris cupit sibi serui. Est namque Deus tuus (quod tibi esse merito debet suauissimum) zelotes, aut zelotypus, quia te totum & solus vult habere. Heu quare huic eius fidelissimo amoris zelo non respondemus? Verum hæc potius stendo expendamus, quam verbis tractando. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Non potestis seruire cupiditati & charitati, non potestis seruire spiritui & carni, non potestis seruire Christo & mundo, eo scilicet modo, quo Christo dicitur verè quis seruire, vt non solum faciat opera bona (quæ etiam mali serui possunt) sed vt diligat etiam, & ex charitate Deo opera faciat accepta, æternaque vitæ meritoria. Qui hoc modo Deo seruit, spiritualia carnalibus, æterna temporalibus, Christum mundo præfert. Quomodo contra, qui diuitijs, hoc est, qui cupiditati auaritiæque seruit, quod est seruire mammonæ aut dæmoni ad auariciam excitanti, non potest seruire Deo. Chariora enim temporalia terrenaque habet quam Deum. Dicitur autem huiusmodi seruire diuitijs, quia reuera diuitias non possidet, nec illis dominatur, sed possidetur & seruit. Non enim bonorum huiusmodi se dominum gerit, vt aut egenis, aut in Dei cultum possit ea erogare, sed diuitiæ & diuitiarum amor illi imperant, quibus potius obtemperandum, quam Deo consentit. O quam felix est, qui seruit Deo. Quam honesta, quam iucunda, quam denique beata est hæc seruitus, qua dominus quis mundi efficitur & omnium creaturarum. Libero enim corde contemnit omnia, nec quicquam sibi dominari aut imperare sinit præter Deum. Proinde Dei seruitus vera est libertas. At verò diuitias amare, & dominum nihilo minus se putare temporalium rerum (quod est reuera esse seruum) quantas excitat angustias, quantas curas imponit, quibus sollicitudinibus mentis discruciat? Hic cogitur irasci, hic blandiri, hic adulari, hic timere, illic fletu, hic fingere, ibi fallere, hic malè audire, & in his omnibus nullam internam sentit consolationem diuinam: quia hæc non pro Deo, sed pro mundo,

Coloss. 3.
Mammon
quid significet.
Iob 1.

Zelotes cuiusmodi sit
Deus noster.

Seruus Christi
verus quis sit.

Mammonæ
seruio quid sit.

Seruitus Dei
quam sit felix & iucunda.

Seruitus diuitiarum
quæ sit misera.



T. VI
21

pro caducis & perituris rebus sustinet. Quas vt avarus acquirat, discredatur, ne amittat, anxietur: si amiserit, doloribus & tristitijs scinditur. Inter hæc brevissimum est tempus, quo diuitijs fruitor. Tandem quoque exul, nudus, miser, ab omnibusque, qui illum beatum dicebant, derelictus, avarus & mundi amator recedit, & mundo nondum satiatus, sine spe moritur.

Hoc tamen non de omnibus intelligendum est diuitibus, sed de avaris, & de his, qui in diuitijs suis contra Pauli admonitionem confidunt. Quia & Christus hic non dicit: Non potestis Deum & diuitias habere, sed non potestis Deo seruire & mammonæ. Aliud enim est habere, aliud seruire. Nam Abraham, Iacob, Iob, alij item multi in vtroque testamento habuerunt diuitias, sed illis non seruierunt, non dilexerunt: quia & cum amitterent, non sunt contristati, (signum est enim amoris, qui rem possidet, si eandem non absque tristitia quis relinquit) sed rebus fuere locupletes, spiritu pauperes. Non potestis item mundo seruire & Deo. *Dispat enim* (vt in Psalmo dicitur) *affectorum Deus, qui hominibus placent confunduntur, quoniam Deus spernit eos.* Et Paulus: *Si hominibus inquit, placerem, Christi seruus non essem.* Quod intelligitur de his, qui placere quærent, & placere cupiunt hominibus propter se, vt & hoc ipsam quod est hominibus placere, quærat, diligaturque propter ipsam vanitatem placendi, aliudve temporarium, quod sit extra Deum. Nam propter Deum velle placere proximo, pro eius consolatione, pace & charitate, aut pro Dei promouendo honore, non modo licet, sed laudatur etiam, vt rursus Paulus admonet: *Vnusquisque autem vestrum placeat fratri suo ad adificationem.* Hoc namque modo velle placere homini, oritur ex charitate. Illo verò modo, quomodo prædixi, vbi ipsum placendi studium propter seipsum quæritur, oritur ex vanitate & priuato amore. Aut ita: Non potestis duobus dominis seruire. Non potestis Ecclesiam audire orthodoxam catholicamque, hoc est, eam quæ à Christo, ad nos per principem apostolorum Petrum eiusque successores est deriuata gubernataque, & synagogam hæreticorum. Aut enim vnã aut alteram deseretis. Non enim simul potestis sequi Christum & Lutherum. Si enim Christum diligitis, illum cum omnibus, qui modo in cælis cum eo regnant sequemini. Hi enim omnes in vera vna catholica hac Ecclesia, & sub obedientia Romani Pontificis mortui sunt, imo cum Christo regnant. Si verò vobis placet Lutherus, cum illo & omnibus fidefragis periturisque monachis suis apostatis & hæreticis (in hac enim colluie nullum inuenietis sanctum, nullum alium apostolum, quam huiusmodi nebulones) ad inferna, quo omnes alij præcipitanti sunt hæretici, ibitis.

Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini.

Superfluum hic prohibet sollicitudinem, qua plus quam oportet quis temporalibus intendit, temporalia quærit, temporalia coaceruat, non ad necessitatem aut utilitatem in Deum ordinatam, sed vt habeat, & vt possideat. Prohibet hic quoque sollicitudinem, qua nimium occupatur animus circa temporalia, si propter ea operibus bonis, alijsque debitis ac necessarijs se subtrahat, aut si per huiusmodi externas curas occupationesve ab his, ad quæ obligatur retrahitur seu impeditur. Tertio, prohibetur sollicitudo anxie diffidens.

1. Tim. 6.

Gene. 32.
Iob 1.

Psal. 52.

Galat. 1.

Placere velle hominibus quando sit laudabile, & quando vituperabile.

Rom. 15.

Sollicitudo triplex nobis prohibita quæ.

diffic
quib
perar
curis
ma ef
distr
vana
dum
tibi
nem
tis m
tis. C
liciti
N
rum
Vt
minu
quan
vuit
Non
est q
nec d
bis d
igno
bum
stent
rem f
dare
igunt
bit &
uiam
R
tunt
cit i
Ed
tudir
lucre
matio
mod
uit. S
do h
glori
nime,
omne

diffidentia ac pusillanimitatis, quae post omnem industriam laboremque, quibus necessaria solent procurari, & post omnem humanam nauatam operam timer de futuris anxieturque, nec prouidentia confidit diuinae, sed curis discruciat, quasi necessaria sint adhuc sibi defutura, quod stultissima est sollicitudo anxietasque vana: quomodo ediuerso absque labore & industria sua sperare sibi à Deo dari necessaria, ignauia, acedia, stultitia est, & vana, qua Deus tentatur, praesumptio. Nunquam enim de Deo est diffidendum, aut timendum, quasi postquam quod in te est, feceris, necessaria sint tibi defutura. Et ideo Christus dicit: Ne fortasse putetis vobis excusationem fore, aut vobis hoc patrocinari, vt propterea quasi necessario seruiatis mammonae, quoniam vitae necessarijs, victu scilicet & vestimentis egetis. Cui cogitationi occurrens Dominus, dicit. Ideo dico vobis: Nolite solliciti, scilicet inordinate, esse quid edatis, aut quibus induamini.

Diffidendum non esse de Deo.

Nonne anima plus est quam esca? & corpus plus quam vestimentum?

Vt Dialectici loqui solent, A maiori ad minus, locum sumit arguendi Dominus Iesus, probans non esse sollicitudinem gerendam, cum fecerimus, quantum in nobis est, pro cibo, potu, vestimento, alijsque sine quibus non viuatur necessarijs, cum videamus multo maiora nobis esse donata à Deo. Nonne, inquit, anima dignior est esca? aut corpus nunquid non praestantius est quam vestimentum? Haec tamen absque sollicitudine vestra, imo cum necdum essetis, suapte bonitate vobis Deus donauit. Qui ergo maiora vobis dedit, quomodo negabit minora? Accedit quod dans vobis corpus non ignorauit iuxta statutum suum naturae datum, vobis necessarium fore cibum & vestitum. Quando ergo corpus dedit vobis, quod oportet cibo sustentari & refici, vestibusque operiri, an putatis eum oblitum aut iminorem fuisse, qui prouideret, quae corpori aut animae sunt necessaria? Quae si dare nollet, vnde corpora reficeretis, cur eadem vobis creasset? Confidite igitur, quia minora vobis dabit, qui dedit maiora, & qui praecipua dat, dabit & accessoria: si tamen ea, quae ad hoc sunt necessaria, vos non per ignauiam praesumptionemve omiseritis.

Sollicitudinem superuam esse abijcendam, multiplici probatur argumento.

Respicite volatilia caeli, quoniam non ferunt, neque metunt, neque congregant in horrea. Et Pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?

Ediuerso altero iam argumento Dominus idem, hoc est, anxiam sollicitudinem non habendam, probat per locum à minori ad maius, dicens volucres caeli pasci à Patre caelesti, qui longè minoris sunt dignitatis aut aestimationis apud Deum, quam homo. Si ergo Deus volucres caeli pascit, quomodo homines non pascet? Adde iam, quod volucres propter homines creauit. Si itaque ea seruat, propter homines, quae creauit propter homines, quomodo homines deseret aut non pascet, quos creauit ad imaginem suam, & in gloriam suam? Scriptum enim est in Psalmo: *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore oportuno: Aperis tu manum tuam, & implebis omne animal benedictione.* Et iterum: *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis cor-*

Genes. 1.

Psalm. 144.

Psalm. 146.

T. VI
21

Coruorum *horum inuocantibus eum.* Fertur enim coruus non agnoscere, nec alere proles suas, quando sunt implumes, utpote sibi nigro dissimiles. Et in Iob: Quis preparat escam coruio, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, et quod non habeant cibos? Cum itaque volucres cæli pascit, quomodo vos non pascet? Nonne vos plures estis, id est, digniores, atque in maiori æstimatione ac precio apud Deum quàm illi? Maior erit illi cura de vobis, quàm de volucribus cæli. Obserua tamen hic, quod licet auibus & bestiis, præter instinctum naturalem nulla sit sollicitudo, colligunt tamè & quærunt quæ edant. Sunt quoque harum nonnullæ, quæ in nidos suos, aut cauernas terre, cibum pro hyeme futura colligunt, sibi quæ reponant, quantum possunt in æstate. Eam ob rem Sapiens pigrum admonet, dicens: *Vade ad formicam & piger. & discite semitas eius. & discite sapientiam. Quæ cum nō habeat ducem, parat æstate cibum. & congregat in messe, quod comedat.* Vnde colligitur, ut quomodo volatilia bestię quæ vadunt quæsitum, & congregant ea quæ comedant: sic homines necesse est, ut labore, industria, prouidentia quæ, non cura superflua, quæ sibi necessaria sunt, quærant. Quo facto Deo securi confidunt. Scriptum est enim: *Homo ad laborē nascitur, & auis ad volatum.* Et primo nostro parenti dictum est: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.*

Proverb. 6.
Necessaria
quomodo si
bi homo
quærere de-
beat.

Iob 5.
Genes. 1.

Quis autem vestrum cogitans potest adiecere ad staturam suam cubitum vnum?

Probat ipsum tertio nunc modo, vanam esse hominis non industriam, sed sollicitudinem illam inordinatam, immoderatamque, ac anxiam curam. Quapropter dicit: Quis vestrum sui corporis staturam sua sollicitudine potest facere maiorem. Absque sollicitudine vestra contingit ut hanc acciperetis effigiem & staturam vestri corporis, quam hucusque Deus alimonia continua perduxit. Nouit enim quod huic stature alimentum necessarium sit. Quod hæcenus dedit, dabitque qui staturam vobis corporis hanc didit. Quum itaque ne minimam quidem partem vobis conferre possitis, quomodo poteritis vos totum corpus ut crescat, ut vigeat, foueaturque, nisi Deo & vires, & viribus necessaria suppeditante, sustentare?

Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vnum ex istis.

Similitudo
pulchra.
Sollicitudo
superflua quæ
sit inutilis.

Eodem hic argumento, quo supra usus est de volucribus cæli, & fortiori medio nunc probat sollicitudinem esse superflua merito arguendam. Nam utrobique anxietatem illam cordisque pusillanimitatem arguit, qua nimis formidamus nobis ne deficiat, quod sit (ut reuera est) hæc inutilis. Nam etsi vniuersum diem sollicitudine conteras anxia & laboriosa, nihil aliud tamen egisti, quàm quod curis te afflixisti inutilibus. Es enim illi similis qui merces cum famulo mittit ad forum, & ipse interim domi residens curis anxietate plenis discruciat, ne famulus aliquid amittat, ne fallatur, ne pecuniam falsam accipiat, ne quid illi subripiatur, &c. Hi ri-

mors

mores, hæc curæ, hæc sollicitudines, quid quæso ad rem faciunt? Nunquid per diem in curis residens periculum auerteret aliquod? Est igitur prorsus inutilis hæc sollicitudo. Taceo quod hæc curæ in nobis sæpenumero industriam & prudentiam impediunt magis quam promouent. Consultissimum hoc igitur nobis vult esse, industria nos vi, & prudentia, donisquæ Necessaria quomodo sibi homo per industriam absque solitudine querere debeat. alijs à se nobis ad hæc datis, quibus quæ nostri sunt officij facientes, acquiramus nobis necessaria. Deinde vbi ea quæ in nobis sunt, hoc est, vbi ea quæ ex parte nostra debuerunt fieri, expleuerimus, sine solitudine finis expectantes Domini prouidentiam: & quicquid euenerit nobis, læti de manu Domini suscipiamus. Itaque de vestimento, inquit, quid solliciti estis? Accipite ex floribus aut lilijs agri instructionem: quæ quantalibet mora breui appareant, sunt tamen adeo decorata, vt Salomon in omni gloria sua ita vestitus non fuerit, sicut vnum ex istis. Quæ enim natura operatur, multo sunt præstantiora, quam ea, quæ fiunt ex arte. Nam etsi ars imitari gestiat naturam, non tamen accedere, aut æquari potest. Operatio enim naturæ semper excellentior est quam artis. Naturæ operatione esse excellentiorem quam artis.

comparationem, quoniam pulchritudo, odor, suauitas, virtusque liliorum omni anno suo tempore, & in omni loco, terraque vniformis est, quod diuinæ prouidentia legem indicat, quam natura Deo obediens obseruat. Nec ociosum est, cum lilia deberent omni gloriosissimo comparari, Salomoni comparata sunt, quo satis indicatur hunc ex dono Dei gloriosissimum fuisse regem. Quicquid tamen sibi gloriæ Salomon adhibuit, in vestibus, in ornatu, in auro, argento & margaritis, hoc illi alienum atque mutuum fuit. Porro lilia agri in seipsis hanc habent gloriam ex creatore suo: quia pulchritudinem, odorem, virtutem, saporemque non alienum aut mutuum, sed suum proprium habent & genuinum.

Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in elibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt.

Sic, inquit, quæ hodie sunt & cras nusquam apparent, Deus tam gloriose vestit, quanto magis vos qui creati estis, vt permaneat in vitam æternam? Si ea quæ propter vos in solatium & vtilitatem vestram creauit, decorat etiam Deus, quanto magis quæ in vultu, vestituque vobis sunt necessaria, non negabit, licet minimæ sitis fidei? Nam si fidem haberetis non adeo in vestra solitudine, & anxij cogitationibus consideretis, ad nihil tamen vobis profuturis, nisi quod corda vestra grauentur, & confidentia vestra ad Deum minor fiat: sed vbi labore, prudentiaque vestra essetis vbi in pace, & tranquillitate cordis, diuinum expectaretis subsidium, nihil diffidetes quin necessaria vobis cuncta accedant à Deo. Deinde quinto hæc probat media dicens: Hæc enim omnia gentes inquirunt. Ac si diceret: Quid formidatis modicæ fidei, ne vobis cibus potusve, aut amictus desit? Vobis inquam, Dei filij & Dei filij. Non videtis quod & gentibus (quæ in hoc mundo viuunt sine Deo) nihil horum desit? Si autem gentes hæc acquirunt omnia, nec ali-

T. VI
21

Lucæ 12.

ter nisi ex providentia Dei, quomodo ergo vos qui Dei estis filij & cultores deseret? Hæc autem temporalia gentes inquirunt, admittentes curam & sollicitudinem, quia Deum cui confidunt, nesciunt. Vos autem qui patrem & Deum habetis in cælis, nõ debet perturbare sollicitudo anxia. Nam species infidelitatis est, adeo sollicitum esse, quomodo gentes sollicitæ sunt.

Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adjicientur vobis.

Regnũ Dei quomodo primum sit quærendum.

Vltimum est argumentum, quo immoderatam vult sollicitudinẽ omnem excludi. Quod ille, qui providere nobis habet necessaria, in quem convenit nos quoque sperare, est pater noster, qui filios suos deserere haudquam potest. Accedit quod scit nos omnibus his etiam indigere. Quod cum sciat, & paternum ad nos gerat animum, utpote pater amantissimus & fidelissimus, non potest filijs suis non providere ea, quibus egẽt. Hoc igitur tantum agant, quo se filios exhibeant Dei, ut primum, id est, ante omnia, non ordine temporis, sed dignitate, quærant regnum Dei: ut præcipuum, quod quærant, sit regnum Dei & iustitia eius: siue per regnum Dei intelligitur beatitudo cælestis, siue plena possessio, plenatq; subiectio hominis in hac vita, de quo regno dicitur: *Regnum Dei intra vos est.* Illud est regnum quod præcipue, & ante omnia tanquam res dignior nobisque vtilior est quærendũ.

Lucæ 17.

Necessaria quibus quomodo adjiciantur.

Quod si honore ac merito suo, quo debet quæri, quærat, ut scilicet iustitiæ, virtutibus, & alijs quæ ad Dei sunt honorem necessaria, nihil præferatur, tunc adjicientur vobis, inquit, omnia, scilicet necessaria: quorum minor propter Deum & propter iustitiam regni eius debet esse cura. Adjicientur autem hæc omnia vobis, nõ ocio vacantibus, sed humana vtentibus industria, modo naturali, institutioneq; diuina, qua dixit homini primo: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et in Psalmo dicitur: *Laboribus manuum tuarũ quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* De quo Apokolus quoque gloriatur, dicens: *Ad ea quæ mihi opus erant, ministraverunt manus istæ.* Vos igitur filij, pro necessaria vestra domus sustentatione laborate, operamini, prudentiam & industriam vestram iustè ac licitè exercete, ut necessaria vobis à Deo adjiciantur. Nihil de bonitate diuina diffidite, tamen si penuriam aliquam patiamini: quia aut faciet Deus (modo vobis adfuerit bona & deuota voluntas (ut hæc paupertas vos nõ cruciet, sed magis consoletur: aut ut corpora quoq; vestra non grauentur aliqua penuria, sed in illa lætiores, alacriores, robustioresq; sitis his, qui in delicijs viuunt, aut ut necessaria vobis affluant in tempore opportuno, modo quod iam vobis est, feceritis, & de iustitia regni nihil omiseritis, quam alteri cuius curæ præferetes, Domino & Patri vestro absque timore, diffidentia aut pusillanimitate confidatis, quoniam pascet vos qui pascit omnia, qui est benedictus in secula, Amen.

Genes 3.
Psalm. 127.

Actor. 20.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Cuiusmodi seruitus bona, quæ item sit sollicitudo non improbanda.

Nemo potest duobus dominis seruire. Matthæi sexto. Inducere vult nos hoc loco Dominus ut se diligamus sincere ac toto corde, non diuiso, ut

pro quadam sit parte cor nostrum ad mundum, pro altera parte ad Deum: sed aut totum, aut nihil vult habere Deus, nec vult etiam quod sollicitudine nimia, aut inordinata scindatur, diuidaturque animus. Sed ante omnia precipue ac potissime queratur Deus, & iustitia regni eius. Primo igitur dicit Dominus Iesus: Nemo potest duobus dominis seruire. Si per hos duos dominos Deum intelligimus & diabolum, non potest vtrique seruire. *Quaenam contumelia Christi ad Belial?* Christus enim Dominus est gloriosus & sanctus. Diabolus vero dominus est ignominiosus atque vilissimus. Hi itaque duo domini comparari non possunt, nec conuenire. Contraria enim, quae simul stare non possunt, exigunt seruitia. Christus seruire vult sibi in lumine. Ideo conqueritur, quod lux venerit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum opera mala, quare ad lumen accedere recusarunt. Diabolus vero, ut is qui male agit & odit lucem, cupit sibi seruire in tenebris, ne manifestentur & ne arguantur opera eius. Mandat enim seruis suis, quod olim Nahas Iabitis mandauerat: *In hoc serua* dicens, *vobiscum pactum, ut etiam vobis oculos dextros. Quare dextros? Quare non sinistros?* Duos habemus oculos, quorum altero, hoc est, dextro, Deum, Dei leges, Dei voluntatem ac beneplacitum, Dei denique honorem, & animarum salutem respicimus, cum quo & praemia iustorum & reproborum contemplamur supplicia. Hunc oculum cupit nobis diabolus erui, est enim illi exosus & contrarius, siquidem hoc vigente eius machinationes per Dei adiutorium nihil nobis nocebunt. Altero oculo (qui est sinister) contuemur, quid sit suae carni, quid honori, quid denique commodo nostro conueniat aut mundo. Est enim nihil aliud hic oculus, quam prudentia carnis, quae mortem operatur. Hoc enim oculo terrena respicimus quemadmodum priori oculo contemplamur caelestia. Dextrum itaque vult nobis diabolus oculum eruere, non sinistrum, quo caeci ad caelestia sumus, ad terrena prudentes.

Secundo, vult Deus sibi seruire in puritate. Ipse enim est qui paciscitur inter lilia. Qui in Psalmo quoque loquens, dicit: *Ambulans in via sine macula habi mihi ministrabit.* Et in alio Psalmo dicitur: *Domine qui habitabu in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Et respondens: *Qui, inquit, ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Diabolus vero, qui habitat in locis humentibus, nec in locis aridis sibi inuenit requiem, spurcitas diligit peccatorum. Tertio, vult Deus seruos habere humiles. Quamobrem non grauatur se ipsum constituit in humilitatis exemplum, dicens: *Disce a me, quia mitis sum & humilis corde.* Diabolus vero ministros petit superbos. Nam ipse est rex super omnes filios superbiae. Quarto, Dominus vult habere ministros concordantes. Quippe *qui vnus moru facit habitare in domo.* Porro diabolus discordias amat, & eos qui discordiam seminant. Quomodo enim patris filij Dei vocabuntur, ita qui discordiam & dissentiones faciunt, filij diaboli nominabuntur. *Qui enim, inquit Christus, mecum non colligit, dispergit.* Quinto, quia Christus quos seruos accipiat, docet contemnere temporalia, dicens: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quae habes, & da pauperibus, & veniens sequere me.* Et item: *Nisi quis abrenuntauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.* At diabolus seruos suos facit colligere

Documenta huius Evangelij quae sunt.
 2. Corin. 6.
 Seruos cuiusmodi requirat Christus, & quales diabolus.
 Ioan. 5.
 Reg. 11.
 Oculi hominis duo mystice q. vnt, & cur dextera seruis suis eruat diabolus.
 Roman. 7.
 Puritate vti Deo seruendum.
 Antic. 1.
 Psalm. 100.
 Psalm. 4.
 Humiliter Deo seruendum.
 Matth. 23.
 Job 4.
 Concorditer Deo seruendum.
 Psalm. 67.
 Matth. 23.
 Lucae 14.
 seruendum Deo alijs rebus contemptis superfluis.

KKKK tempo

T. VI
21

temporalia & terrena. Quod figuratum est in his, qui seruebant Pharaoni regi Aegypti, ubi dicitur: *Dispersus est populus per terram Aegypti ad colligenda p. l. 105.* Quum igitur nemo duobus dominis possit seruire, necesse tamen sit, vt aliquem cui seruiat, dominum habeat, *beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Et Dauid: *Mibi, inquit, adbarere Deo bonum est.* Quare bonum? Propter sex. Quorum primum est, quia qui Deum non habet, dominum agnoscit & colit, necesse est, vt diabolum habeat pro domino suo hostem pessimum. Eam ob rem cum Petro dixisset & Apollolis, postquam alij quidam Christi verba non intelligentes, scandalizati à Christo recesserant, interrogans: *Nunquid & vos vultis abire?* Respondit Petrus: *Domine, ad quem ibimus? Verba eterne vite habes.* Sciebat enim nusquam à Christo se posse recedere, quin in manus intraret demonum. Secundum, quia vbiunque alibi serueris, seruitus ipsa in hoc, quod est seruitus, probrosa est, praesertim comparata potestati maiori, aut digniori, excepto Dei seruitio, in quo est seruitus ipsa honori: quia vbi quis Deo seruit, ibi efficitur à seruitute molestissima demonis, vitiorumque carnis & mundi liber. Nihil autem suauius libertate spiritus, quae est, bonum nullum coactè, sed sua sponte voluntate propter Deum agere velle, quod lex iubet, non poenarum arceri metu, sed virtutis duci amore, non praecipis impelli, sed vltro ad Dei beneplacita festinare. In carne esse, at non secundum carnem, sed spiritu viuere, ita Deo seruire, regnare est. Tertium est, quod benignus est Dominus praceptor, puta qui bonam voluntatem, vbi aliud sibi offerri non potest, recipit. Et cuius (vt Ioannes dicit) mandata graua non sunt. Christus quoque ipse: *Iugum, inquit, meum suauis est, & onus meum leue.* Denique ea, quae praecipit, sunt honesta, leuia ac vtilia. Honestata sunt, siquidem praeter ceteris legibus hoc habet lex Christiana, vt nihil habeat iniquum, nihil foueat inhonestum, nihil turpe admittat. Quin potius inhonestata, impudica, & nefaria quaecumque non solum in operibus damnat, sed cogitationes etiam, & concupiscentias eorumdem prohibet. Leuia sunt quoque, siquidem hominis bonam voluntatem Dei gratia roborat, adiuuat, portat, atque eidem cooperatur. Nihil importabile est, nihil impossibile ex omnibus his, quae ab homine requirit Deus. Vtilia verò sunt, quia eum, qui illis obedit, inducunt in regnum caelorum & saluant. *Sivv, inquit, ad vitam ingredi, serua mandata Dei.* Prodest autem Dei mandatorum obseruantia, non solum animam sed & corpus. Nam quemadmodum vbi multa sunt epulae, ibi multa infirmitas, vbi luxuria, ibi heberudo ingenij, & enervatio virium, ita vbi sobriè castèque viuunt, ibi adicitur longitudo dierum, & diuturnitas vitae. Quid quod in crapulis viuunt sine somno, sine quiete, sine appetitu comedendi, & est delectatio ibi sine delectatione. Quartum est, quod Dominus noster, cui seruimus, est fidelissimus, potentissimusque noster protector, vt sub ipso nihil habeamus timere. Quintum, quod est idem fidelissimus retributor. De vtroque dicit Dominus ad Abraham: *Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magnanimitas.* In aliorum dominorum obsequijs magnum foret acquirere pagum in mercedem. Verum hic apud Deum, serui eius, licet opulentes, impetrant in mercedem etiam regnum caelorum. Sextum est, quod sapientissimus est omnium gubernator. Praestat au-

Exod. 5.

Hsalm. 143.

Hsalm. 71.

Adhuc rere

Deo esse bo-

num propter

sex.

Ioan. 6.

Libertas spi-

ritus quae sit.

a Ioan. 5.

Matth. 11.

Præcepta

Dei quomo-

do sint hone-

sta, leuia, ac

vtilia.

Matth. 19.

Mandatorum

Dei obserua-

ntia quomodo

etiam corpori

prodest.

Genes. 5.

Hec autem maxime habere Dominum sapientem, quam stultum. *Sapientia autem est aeterna, incerta, & immensa Dominus noster, cui iucundissimum est seruire, quoniam à fine usque ad finem attingit seruitor, & disponit omnia suauiter.* Sapien. 1.

Nihil igitur probrosius, atque seruire alteri, quam Deo. Nam si seruis diabo-
lo, seruis inimico tuo crudelissimo. Quapropter stultitiam huius serui-
tutis Bernardus tibi exprobrat in hunc sensum, dicens in persona Christi:
Quid causæ est, quod inimico meo, vestro quæ libet potius seruire, quam mi-
hi? Non ille vos pascit, non creauit, & si parua hæc videntur, gratis non ille,
sed ego vos redemi, non auro, non argento, non sola, non luna, non aliquo
angelorum, sed proprio cruore. Quod si tam multiplici iure, difficile à vo-
bis est impetrare, vt illum, cui propter beneficia præstita ineffabiliter debetis,
diligatis, eidem quæ seruiatis, saltem ideo mihi obtemperate, quoniam
maiora pluramq; vobis polliceor, quam ille, gratiæ dona præsentia, futura
gloria cumulaturus. Daturus autem est diabolus seruientibus sibi nihil aliud,
quam quod ipse accipiet, gehennam ignis. Et pro hac o filij insipientes
vos ei seruietis? At quanto est in cerore plangendum, quod plures habet ser-
uos diabolus, quam Deus. Deinde si comparatio fiat ad Deum & mundum,
Deo iterum, non mundo est seruiendum. Est enim mundi blanda quidem,
sed mendax promissio, est eius merces fallax & tristis: quoniam decipit om-
nes confidentes in se. Qui enim honores amant, eos quæ adipiscuntur, quam-
diu retinent? Qui vero diuitias ambiunt, quanta eas obtinent difficultate,
cum quanta sollicitudine custodiunt? quas tamen paulo post, vel per mor-
tem, vel per ignominiam cum tristitia maxima amittunt omnia. Et quam
putatis mortem inueniunt, qui in huiusmodi spem, gaudium quæ suum po-
suerunt. Gaudium suum amiserunt, spes eorum eos fefellit, exaruit hos.
Vna nocte imo vna horula omnibus diuitijs suis spoliati sunt. Omnis
diuitiarum pompa vno momento perijt. Vtinam igitur qui mundum di-
ligere vis, sapiens & intelligeres ac nouissima prouideres. Videres ex di-
tute in morte quam subito mendicus & omnium sit pauperimus. Expen-
dentes deinde omnia, quæ in mundo sunt, & nihil inuenires fixum, cer-
tum, aut stabile. Nam sanitati & corporis robori quis audeat confidere?
quandoquidem leuis febricula, morbusve alius subito & insperate adue-
niens, totum mox hominem deiecit.

Sed nunquid carni est seruiendum? Minime. Qui enim carni seruit, ser-
uit Domino, qui nunquam fatiari potest. Quanto plus illi seruietis, quan-
to fidelius, quanto diligentius denique, eo plus à te exigit, duriusque tibi
imperat. Compertissimum est hoc nobis in his, quos gula, luxuriaque
cernimus inferuire. Non ergo duobus possumus dominis, sed vni tantum
docet nos Domino seruire. *Vt enim duplci corde, & vt homini duabus vjs* Eccl. 10.
ingredienti. Prohibetur quoque arare in boue & asino, propterea quod
vnum sit animal mundum, aliud immundum. Samaritanis denique
similes sunt, simul colentibus Deum & idola, qui seruire cupiunt Deo &
mammonæ. Huiusmodi Helias obiurgans, *Vtque quo, inquit, claudis: atq;* 3. Reg. 18.
in duas partes? Si Dominus est Deus, seruite illi: si Baal, sequimini eum.

KKKK 2 Est

Bernardus.
Seruire dia-
bolo quæ
si dultur.

Mundus qui
pacto decipi-
tur confiden-
tes in se.

Deut. 32.

Carni non esse
seruiendum.

Eccl. 10.

Deut. 22.

3. Reg. 18.

Est præterea hic aduertendum, aliud esse seruire diuitijs, & aliud seruire Deo cum diuitijs. Secundum enim potest cum Dei seruitio stare, non primum. Secundo, ubi ostenderit nos Dominus simul Deo & mundo nõ posse seruire, commoñstrat quoq; vanam esse & superfluam sollicitudinem pro temporalibus. Quapropter sciendum sollicitudinem esse triplicem. Quædam enim est tolerabilis, vt dum homo quærit temporalia moderatè, tempore opportuno ac licito, & ad debitum finem. Sunt enim temporalia moderatè quærenda, quæ absque omni sollicitudine quæri non possunt. Porro moderata & non nimia sollicitudo haudquaquam est arguenda, ad quam sapiens hortatur dicens: *Vade ad formicam õ pigra, & asce sapientiam, &c.* Deniq; & quam non prohibeatur omnis sollicitudo, vbique ex scriptura liquet. Quoribus Paulus sollicitudinem in bonam partem accipiet *Solliciti sint*, inquit, *non pigri.* Ecce: *Solliciti estote seruire vntratem spiritus in vinculo pacis.* Martha quoque sollicita ex deuotione dicebatur à Domino, & turbata erga plurima. Est itaque sollicitudo quædam occupatio animi ad futura respiciens, pro acquirendis, conseruandisq; rebus necessarijs, sine qua decenter vix rarillimus quisque viuere potest. Hæc sollicitudo moderata licita est. Est alia sollicitudo pro spiritualibus incrementis laudabilis. Hæc est interdum necessaria ex charitate. puta in egenorum subuentione ac prouisione. Est quoque laudabilis in Dei mandatorum obseruatione. De qua scriptum est: *Confortamini & estote solliciti vt custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volumine legu.* Item: *quæ: In te abo tibi homo quid sit bonum, aut quid Dominus requirat à te vtique facere iudicium & iustitiam, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Domino.* Tertio, sollicitudo est vituperabilis, quæ ex inordinato temporalium amore prouenit, & ex diffidentia prouisionis diuinæ. Hæc est illa sollicitudo, de qua in eodem Euangelista de his, in quibus Dei verbum nullum facie factum Dominus loquens: *Sollicitudo*, inquit, *hinc seculi, & fallacia diuitiarum suffocant verbum.* Hanc sollicitudinem multifariam hic reprobat Dominus, ostendens eam esse inutilem, insipientem, auaritiæ, cupiditatis, diffidentiaq; ministram. Tertio in hoc Euangelio docet præcipuam nobis curam habendam pro Dei beneplacito, pro regno cælesti & pro eius iustitia, qua acquiratur, seu cui redditur regnum cælorum. Pro temporalibus autem nullam nos decet vt habeamus curam anxiam, diffidentiam, aut timorem, quoniam temporalia hæc adijcientur nobis. Prouideant itaque parentes tibi & filijs cibum, & vnde viuant. Quandoquidem, vt Paulus ait: *Qui suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Prouideant filijs hæreditatem, spiritualem & temporalem. Doceant proles Deum timere, doceant Dei regnum, Dei honorem, Dei præcepta, & iustitiam victurum quærere, zelari & implere. Tunc enim tam parentibus, quam filijs adijcientur necessaria. Porro, si pompofas educatis proles in vestitu & apparatu glorioso, prolesque vestræ sentire cœperint, placere id vobis, vt sint callida astutæque, quod loqui & viuere nouerint iuxta prudentiam seculi, quod ad conquirenda temporalia efficiantur solertes: studebunt in his magis ac magis vobis placere, & Dei timorem projicient post tergum suum. Igitur eos docete, vt timeant Deum, vt diuinis, Ecclesiæq; obediant præceptis. Liberati denique vestros, & omnem familiam vestram docete & compellite, quoniam

Sollicitudo
triplex quæ.

Sollicitudo
licita quæ sit
Prouer. 6.

Rom 12.
Ephes. 4.
Lucæ 10.

Sollicitudo
laudabilis
& necessaria
quæ.
Iosue 23.
Mich. 6.

Sollicitudo
vituperabilis
quæ sit.
Matth. 13.

Cura præcipua
hominum
habenda quæ.

1 Timoth. 5.

Hæreditas
spiritualis filijs
relinquenda quæ
sit.

Parentes quæ
nam proles.

hil, quod ad salutem animæ sit necessarium, lucris quibuslibet temporali-
bus postponant aut relinquunt, ocia deuitent, honestatem diligant & veri-
tatem, sinceritatem in negotiationibus & æquitatem obseruent, neminem
vlla impostura fallant. Et sperent in Deum, à quo haud dubie sentient,
quantum de necessarijs sibi adijciatur. Hæc vbi fecerint, non contristentur
parentes, si portionem exiguam hæreditatis filijs relinquunt. Maior & po-
tissima sit illa cura, vt proles habeant probe institutas, & ad Dei timorem e-
ducatas. Hæc sollicitudo sanctorum est, vt si non opes habeant, virtutibus su-
as proles & Dei amore exornent. Filii, qui repaui, licet sæpè inobedientem
& ingratum Deo, quomodo non pascet tuas proles se zimentes? Vna igitur
sit tibi & potissima cura, relinquere liberis tuis exempla timoris Dei, erudi-
tiones sanctas, docuisse eos iustitiam, & ad proximum æquitatem & miseri-
cordiam. Quod agentes maximos thesauros vestris prolibus relinquitis.
Vos quoque duntaxat moderate temporalia queratis. Quæ si à Domino ad-
ijciantur, & diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quum diuitias habe-
tis, nolite in his sperare, nolite diligere, nolite in illis gaudere. Si à vobis
iterum recedunt diuitiæ, nolite contristari. Hoc vnum vobis sit, aut gau-
dendi occasio, si Deum vestris sentitis peccatis propitium: aut tristandi, si
eundem vobis inueneritis iratum. Dominus noster Iesus Christus omni-
bus nobis suam misericordiam & gratiam largiatur, vt quæ recta sunt, non
solum sciamus, sed & faciamus, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedi-
ctus in secula, Amen.

familiamque
suis docere
debeant.

Psalm. 62.

Gaudendi
tristandive
quæ sola de-
beat nobis
esse occasio.

DOMINICA XVI. POST DOMINICAM S.
Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Ephesios III.

Bsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est
gloria vestra. Huius rei gratia factæ genua mea ad Patrem Do-
mini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo & in ter-
ra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtu-
tem corroborari per spiritum eius in interiori homine: habitare
Christum per fidem in cordibus vestris. In charitate radicati & fundati, vt
possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, subli-
mitas & profundum. Scire etiam supereminentem scientia charitatem Chri-
sti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Et autem qui potens est omnia
facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus secundum virtutem,
quæ operatur in nobis. Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes gene-
rationes seculi seculorum, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Osecro vos fratres, ne deficiatis à fide pusillanimes, nec scandalizemi-
ni, dolentes ob tribulationes meas, quas patior pro vobis, vt pro-
pterea aut mihi nimium condoleatis, aut vos similia passuros timea-
tis, aut quasi à Deo sumus nos propterea proiecti, seu exosi, aut odiat nos, qui
K K K K 3 talia

T. VI
21

talja finit nos pati, puta flagella, vincula, & carceres: propter quæ ne erubescatis pro nobis, rogamus. Quæ res, scilicet pati me tribulationes pro vobis, hoc est, aut occasione vestri, aut ad ædificationem vestram, non vobis ignominia aut probro est, sed est gloria vestra. Huius rei gratia, ne deficiatis scilicet, flecto genua mea in orationibus meis pro vobis ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo, ad cuiusque similitudinem omnis paternitas in cælis inter angelicos spiritus, & in terra inter homines nominatur. Deo enim soli conuenit esse Patrem omnium. Nuncupatiue autem tantum vocamus homines patres, quia & Christus ita nos docet: Patrem vobis nolite vocare super terram. Vnus enim est Pater vester in cælo. Hoc est autem quod pro vobis à Deo peto, vt det vobis iuxta diuicias & abundantissimam liberalitatem maiestatis suæ, virtutem qua roboremini per spiritum eius, id est, per spiritum sanctum, per spiritum gratiæ eius operantis in interiori homine vestro: & vt det vobis Christum habitare, atque sui formam vobis imprimere per fidem in cordibus vestris, iuxta promissionem eiusdem Saluatoris: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniendum, & mansorem apud eum faciemus.* Hoc autem ideo det vobis, vt in charitate radicati ad modum arboris terræ profundius infixæ, quo vberius fructificet. Et fundati hoc est, ad modum ædificij, quod supra petram contra tentationum ventos, & perturbationum flumina fundatur, constabili cum omnibus sanctis possitis capere intellectu, quæ sit spiritualis latitudo charitatis ad omnes sine personarum acceptione, imo ad inimicos etiam se extendentis: & quæ eiusdem sit longitudo inter aduersa longanimiter perseverantis vsque in finem: quæ item altitudo, sublimitas ve illius ad Deum vos vsque eleuantis, Deoque vos vnientis: & postremo quæ illius profunditas ad proximi compassionem, ad illorumque obsequia vos deprimentis. Demum hoc præterea oro vobis dari à Deo, vt scire possitis charitatem Christi, quam erga vos habuit & habet Christus: nempe tantam, vt superemineat omni scientiæ humanæ, & exuperet omnem sensum: quia nemo in hac vita perfectè valebit inuestigare, aut plenè cognoscere perfectionem, imo immensitatem charitatis Christi, quo impleamini in omnem plenitudinem Dei, hoc est, vt sitis pleni Deo, qui in vobis sit omnia in omnibus. Et autem genua mea flecto pro vobis orans, qui potens est omnia hæc, quæ dixi, facere abundantius, quam petimus aut intelligimus. Aut ita: Et autem sic gloria qui potens est hæc omnia quæ pro vobis oro, facere abundantius & liberalius conferre quam petimus, aut petenda intelligimus secundum virtutem gratiæ & omnipotentia suæ, quæ operatur in nobis. Ipsi sit gloria in Ecclesia, id est, vt ab omnibus agnoscat, glorificeturque qui sunt in Ecclesia. Aut: Ipsi, non nobis sit gloria in Ecclesia, ex consideratione mirabilem, donorum, operationum, beneficiorumque eius quæ operatur in Ecclesia, & in Christo Iesu per quem hæc omnia facit, & in omnes generationes seculi seculorum. Per seculum seculorum aut æternitatem, significat omnes ætates, tempora & perpetuitatem comprehendentes: aut in secula seculorum vult dicere à principio mundi vsque ad finem, quod omnes generationes, omnes ætates, omniaque tempora complectitur.

Patres quomodo vocemus homines. Matth. 23.

Iohan. 14.

Matth. 7.

Ephes. 1.

Per seculum seculorum quid significetur.

EYE.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE XVI.

post Dominicam S. Trinitatis, Luca VII.

Finito sermone in monte, cum in montis descensu Iesus sanasset leprosum, & hinc ingressus Capharnaum seruum curasset Centurionis: postea ad ciuitatem ibat, quae vocabatur Naim. Est autem haec ciuitas Galilaeae, non longè à monte Thabor distans. Ibant autem cum eo pariter discipuli eius, non aliter quam stellae sequentes solem, & filij imitantes Patrem. Ibat autem illuc sciens, quid esset faciurus: quomodo viduam tristem oporteret se urgente ad hoc bonitate ac misericordia sua consolari, defunctum eius filium resuscitare, & turbam quae miraculum videbat, in laudes excitare diuinas. Ibant autem discipuli eius cum eo, utpote futuri miraculi testes, & turba copiosa, quae Christum varias ob causas sequebatur, praecipue autem ex deuotione. Itaque dicit Lucas Euangelista:

Matth. 9.
Naim ciuitas Galilaeae, non longè à monte Thabor distans.

Ibat Iesus in ciuitatem quae vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Quum autem appropinquaret portae ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius viduae matris suae. Et haec vidua erat.

Multa hic enumerat Euangelista, quasi rationem redditurus futuri miraculi, quare iustum fuerit, ut misericordiam magnam suam Christus desolata impenderet mulieri. Siquidem ad portam veniens ciuitatis, vidit contra se efferi defunctum sepeliendum. Habebant enim veteres monumenta sua extra ciuitates, quo longius cadaueribus putrefactis non inficeretur aer in ciuitate. Narratur hic multa tristitia quae compassionem exigunt. Primum est, quod defunctus efferebatur sepeliendus, quem mulier omnisque turba plangebat. Deinde additur, quod mulieris viduae hic erat filius, quo eius dolor praeter alios erat grauior.

Summa huius euangelij quae fit.

Tertio additur, quod erat is vnigenitus. Neque enim alium in quem respiceret, filium habuit. Tanto magis itaque doluit, quo praeter hunc non habuit alium. Quarto dicitur vidua, quippe quae marito ac filio orbata, nullam prorsus expectabat consolationem. Itaque breuibus verbis arumnarum molem vniuersam explicat. Mater, inquit, vidua erat, quae alium non sperabat filium: & hunc quem solum lactauerat, nunc mortuum amisit, qui a laetitiae occasio fuerat matri, & loco defuncti patris solatium. Idcirco luctus matris fiebat ingens & mceror grauis. Accedebat quod is iam erat adulescens, in quo mater eius omnem per illius infantiam & pueritiam nauauerat operam, & iam maior natum cum matri esse poterat & commodo, & consolationi, e medio sublatu est.

Et turba ciuitatis multa cum illa.

Vides hic morem antiquissimum, quod funera comitabantur olim amici & turba multa. Quod si dicas Ethnicis id fuisse & paganis solitum: fuit quidem, fateor, sed non solis illis, quandoquidem & filijs Israel hoc fuit familiare. Nam cum Ioseph & fratres eius mortuum Iacob patrem suum sepeliendum in terram Chanaan ducerent, multi Aegyptiorum & optimates illos

Funeris sepeliendi mos antiquissimus quis. Genes. 50.

longius

T. VI
21

Ibidem.

Sepulchri
curam habet
dam esse.

Genes. 49.

Genes. 50.

Exod. 7.
Sepultura a-
sinina cur v-
tatur hære-
tici Lutherani.

longius extra terram suam comitati sunt. Sic enim legitur: *Ierunt cum Ioseph omnes seniores domus Pharaonis, cunctique maiores in terra Aegypti. Et facta est turba non modica.* Quo simul laudatur mos ille vetustus, curam scilicet habere sepulchri: nec improbari debet, si defunctorum quandoque exuviae deferantur ad alia loca sepelienda, in quibus viuentes desiderauerunt sepeliri, quandoquidem tam sanctus patriarcha Iacob sepeliri voluit cum maioribus suis Abraham, Isaac, Rebecca, & Lya vxore, Ioseph quoque moriturus adiurauit fratres suos, prædicens illis futurum, vt Deus illos visitans educeret de Aegypto in terram Chanaan, & tunc fumite, inquit, ossa mea vobiscum, quod & Moses diligenter effecit. Hæretici autem nostri in locis sacris nolunt sepeliri, sed in campo, sepultura nimirum asinina, agente id diuina prouidentia, ne sepeliantur, vbi iacere inter catholicos indigni sunt, sed sepultura suo iudicio vtantur campestri, qua hæretici debent & excommunicati ab Ecclesia sepeliri.

Quam cum vidisset Iesus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

Non tam exteriori oculo, quam interiori viduam desolatam respexit Dominus, totus effluens pietate & miserationibus. Ideo dicitur ab Euangelista: Misericordia motus super eam. Erat enim compatientissimus. Nam quia naturam humanam verè assumpsit, ideo omnes etiam affectus naturæ humanæ, qui illam comitantur, assumpsit. Proinde etiam tanquam homo Christus naturaliter fuit, maximeque compatiens & misericors. Nescimus mirum. Nam in cælis Patrem habuit misericordiarum, Deum totius consolationis, in terris verò matrem virginem pulcherrimæ dilectionis, clementissimæ misericordiæ & pietatis. Dixit itaque Iesus flenti viduæ: Noli flere. Non potuit piissimum eius cor ferre lachrymas merentis, sed ad consolandam eam sustinabat. Ideo mox sequitur:

Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Erat: Adolescens tibi dico: Surge.

Misericordis-
simus com-
patiens illi-
mus q̄s cur
fuerit Chri-
stus.
2. Cor. 1.
Eccl. 4.

Loculum de-
functi cui te-
tigit Chri-
stus.
1. Reg. 7.

Astor. 9.

Accessit, inquit, & tetigit loculum. Non opus erat, vt loculum tangeret, potuisset enim solo verbo imperare. Tetigit tamen quo ostenderet humanitatem suam organum esse diuinitatis. Vide autem quia cum Helias suscitare vellet filium viduæ, incubuit super eum septies, donec calefacta est caro pueri, deambulans aliquoties huc & illuc, & orans nec tam facilliter suscitare potuit defunctum, vt Christus. Petrus quoque Thabitam suscitans orauit, nec suo est nomine vsus, sed inuocato Christi nomine eandem suscitauit. Porro Christus multo maiori vtens potentia, non orando, sed sua virtute, imperandoque excitauit mortuum. Huic enim omnia viuunt, nec aliter mortuis, quam viuis loquitur. Steterunt autem qui loculum portabant, sperantes fortasse quod futurum erat, expectabantque Domini voluntatem.

Et resedit qui erat mortuus, & coepit loqui. Et dedit illum matri suæ.

1. Reg. 1.

Nihil est mirandum, quod vt Anna mater Samuelis in Cantico dicit: Do-

minis
non
staur
Coep
minu
mile
folat
rum
alios
nec
A
cent
visti
No
per
per
cuiusq
riaru
stru
unt p
flum
(puta
Deus
quem
gusti
citau
tuit e
est, v
mort
beam
corpe
stetur
differ
uit fil
tua. I
est, qu
tia: St
tus est
ptum
de suo
prodi
tur. C
virtu
randa
bat Cl

minus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Qui enim verbo, quum non essent, creauit omnia, potest eadem, quum fuerint collapsa, quoque restaurare. Imperauit adolescenti, surrexit adolescens, & in loculo resedit. Cœpit loqui, quo verè se viuere indicaret. Sed vide quid benignissimus Dominus fecit. Non iussit adolescenti vt sequeretur se, nec aliud quippiam simile. Sed dedit illum matri suæ. Ab hac noluit eum auellere, in cuius consolationem illum suscitauerat. In quantas putas laudes, in quantum gratiarum actionis affectum desolata illa mater & vidua erupit? Sua enim lætitia alios omnes, qui aderant, in Dei laudem & in congratulationem huius beneficij sui excitauit. Ideo sequitur:

Acceptit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.

Non fuit ille timor seruilis, qui plebem inuaderet, sed *timor Domini sanctus* Psalm. 111. *permanens in seculum seculi:* nempe timor reuerentiæ & admirationis. Propter quem magnificabant turbæ Deum, confitentes eum omnipotentem, eiusque clementiam in subuentione, consolationeque humanarum miserriarum laudantes. Laudabant quoque Christum, vt miraculi huius ministrum. Quem quia perfectè nondum Dei Filium nouerant, laudem ei tribuunt prophetæ. Prophetam magnum (vt puratur) intelligebat Messiam Christum, qui in lege per Mosen Iudæis promissus fuerat à Deo. Hoc namque Deut. 18. (puta quod de Christo loquebantur) subindicant verba quæ sequuntur: quia Deus visitauit plebem suam, vt pote mittens quem mittendum promiserat, quemq; audiendum & illi obtemperandum iusserat. Iuxta sententiam Augustini, tres Dominus mortuos suscitasse legitur, non quod plures non suscitauerit, sed quod de tribus tantum suscitatis in Euangelio legimus. Potuit enim, si voluisset, plures resuscitare, vt fortasse suscitauit, & futurum est, vt in fine mundi resuscitet omnes: tamen de tribus tantum scriptum est mortuis suscitatis. Nec id ociose. Significant enim hi tres aliquid, quo debeat in instru, de spiritali morte, quæ est peccatum. Per mortem enim corporis, mortem intelligimus animæ. Et per mortuum corporali vita destitutum, peccatorem intelligimus in anima mortuum. Sub triplici igitur differentia Christus mortuos tres corporaliter suscitauit. Primo, suscitauit filiam Iairi archifynagogi, quæ intra parietes nõdum elata iacebat mortua. Hæc significat mortem animæ, eam scilicet quæ adhuc secreta & intus est, quasi intra parietes domus, in voluntate, nondum in opere. Verbi gratia: Statuit, nescio quis, per malam voluntatem mæchari, nondum mæcharus est, sed voluntatem habet mæchandam, iam mortaliter peccauit, quia scriptum est: *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mæcharus est eam in corde suo.* In corde igitur & voluntate iam deliquit, licet peccatum nondum prodierit in opus. Hoc (vt dixi) genus mortis in filia hac defuncta significatur. Quam Dominus Iesus (licet æquè possit suscitare omnes, cum sit infinitæ virtutis) propter significationem quasi minori ostendit hanc negotio suscitandam. Dicebat enim: Non est puella mortua, sed dormit. Verè dormiebat Christo, qui eam potuit suscitare. Facilius enim ei fuit mortuum suscitare

Genes. 1.
Psalm. 111.

Deut. 18.

Augustin.

Mortui tres
à Christo re-
suscitati my-
sticè quid.

Lucæ 7.

Matth. 9.

Filia archify-
nagogi susci-
tata quos si-
gnificat.

Matth. 5.

T. VI
21

Luc. 7.
Filius viduæ
suscitatus
quos signifi-
cat.

Ioan. 11.
Lazarus sus-
citatus quos
signet.
Lachrymans
Iesu in resus-
citatione La-
zari quid in-
dicent.
Luc. 1.

Lazarus qua-
triduanus
quos de signet
peccato-
res.

Mortis ani-
mæ conditio
triplex.
Marc. 5.
Luc. 8.
Ioan. 11.

Exhortatio
ad mortem
animæ præ-
cauendam.

Conscientia
quomodo
cur ibet sua
sibi sero dis-
cutienda sit.

citare de oculo, quam tu suscitare posses dormientem de somno. Itaque peccatores in anima, in voluntatisque secreto mortuos Dominus Iesus resuscitat. Alterum suscitauit mortuum hic, filium viduæ, qui elatus iamerat ad portam, aut extra moenia ciuitatis. Iam enim omnibus erat manifestum illum esse mortuum. Significantur autem idcirco per hunc mortuum peccatores hi, qui etiam opere peccauerunt. Opere enim tunc mortuus elatus est. Verbi gratia: Cecidit quispiam in peccatum grande, cuius istud lethale vulnus accepit. Non potest anima hæc diutius viuere, quia eius vita ab ea recessit Deus. Hæc igitur mortua est anima, & iam iamque ad sepeliendum elata. Oret pro ea mater Ecclesia, congemiscant omnes, plangentque animam mortuam. Videat Christus fletum vniuersorum, misereatur impij, suscitet eum, qui efferebatur mortuus, resurgat defunctus, & incipiat salutaria loqui. Tertium suscitauit Dominus mortuum Lazarum, & hunc quatruiduanum. Quarta enim tunc luce iacuerat in sepulchro mortuus, ut diceretur iam de eo: Fœteret. Hunc suscitauit Dominus Iesus lachrymans, ac fremens in seipso. Quo ostendit magni esse negotij suscitari quatruiduanum mortuum & sepultum. Non quod impossibile esset ei omne verbum, nec quod maioris sibi foret difficultatis resuscitare quatruiduanum mortuum, quam resuscitare vna hora defunctum, sed quod voluit indicare peccatorem quatruiduanum mortuum, hoc est, eum qui multo tempore in peccatis iacuit mortuus, quemque prauæ consuetudinis moles vt saxum aut sepulchrum præmit, grauius ad vitam redire gratiæ: non quo illi Deus durior inclementiorque sit quam alteri, sed quod sua duritia & obstinatione, qua in peccatis obrigit peccator, gratiæ diuinæ obicem ponat, nec diuinæ illustrationi præbeat locum. Hic enim per Lazarum mortuum nobis significatur, ex monumento resuscitatum, vt pote in peccatis iam suis mala consuetudine sepultus: quare nemini de illo iam spes reliqua fuerit, vt conuerteretur, quippe qui opinione & fama etiam fœteret. Hanc, inquam, difficultatem, vt huiusmodi peccatores conuerterentur, ostendit Dominus Iesus lachrymans, fremens, & spiritu turbatus in resuscitatione Lazari, non propter Lazarum, sed propter illos mortuos, qui in Lazaro significabantur. Significatum itaque est in nobis trifariam esse moriendi conditionem, quæ in tribus, quos Dominus Iesus suscitauit mortuus est expressa. Præterea in vno qui domi secretoque iacebat mortuus, in altero qui extra domum elatus fuerat, & in tertio, qui iam dudum erat sepultus. Quomodo autem hos Dominus suscitauit, ita suscitatur eos quoque qui in anima per peccatum mortui sunt, aut in voluntate tantum ac consensu, aut in opere, aut in consuetudine & obstinatione.

Vos autem filij moneo, vt ab omni genere mortis quæ animam tangit, vos contineatis. Nolite circumferre vobis animam peccato mortali obnoxiam, Dei inimicam, gratiæ diuinæ hostem, diaboli filiam, gehennæ ream, & inferni escam. Nunquam adeo sit in vobis obstinata voluntas, vt in peccato scienter, vel vno momento perseveretis lethali. Ideo filij obsecro vnumquemque vestrum per mortem Domini nostri Iesu Christi, quam pro vestra ille sustinuit salute, vt omni ad minus sero, antequam quispiam vestrum ingreditur lectum, sollicita discussione cor suum, hoc est, omnes, non solum

solam
peripi
sum, e
inuen
scubi
corrig
tum e
loquo
tentio
luntæ
dicen
exact
quid e
hende
nefari
milis
niam
ris, au
neas,
Deo p
in Dei
ri. T
vt dol
tim le
præcep
Quæ si
Christi
sunt, q

D
dere, v
Noe, h
tinger
nufqu
tas ille
quid d
omni
quam
triplic
iater

solum actiones, verum etiam verba & cogitationes suas visitet, & penitius perscipiat, vt si aliquid infidèle, iniustum, petulans, impudicum, voluptuosum, ex priuato amore natum, aut proximo iniuriosum seu molestum in se inuenerit, illud antequam ingrediatur lectum, ad iudicium reuocet: atque sibi quid in verbo, opere, aut cogitatione perperam actum fuerit, illud corrigat damnando malam voluntatem, illamque reuocando, & propositum ediuerso constabiliendo bonum. Iterum dico filij (vnicuique vestrum loquor) sero antequam intraturus es lectum, discute cogitatus, affectus, intentionem, animique motus, quos habuisti in omni opere, verbo, & voluntate, lustrando, inuestigandoque quid ad hoc agendum, quid ad illud dicendum, quid denique ad cogitandum te induxerit. Expende quid in die exacta abieceris, quid recusaueris, aut negaueris Deo, aut proximo: deinde quid etiam egeris, aut quid egisse, agere ve volueris. Et si in mala te deprehenderit voluntate aliquid, scilicet in animo habentem constitutum, quod nefarium esset, mox ad genua, aut in faciem ad terram ante Dominum humilis & supplex procide, de peccato quod habebas animo conceptum, veniam pete, & malam corrige voluntatem. Quod si iam cecidisse te inuenieris, aut deliquisse, nequaquam desperes, nec in mala voluntate deiectus maneat, sed lachrymas quascunque potes, in te excita, veniam humillime à Deo pete, gratiam eius & misericordiam inuoca, & tanquam modo genitus in Dei seruitio statue cauenda cauere, amanda diligere, sectandaque imitari. Tertio iterum nunc dico: Non ingrediaris lectum, nisi eo te induxeris, vt doleas saltem de omni peccato, vt statuas ab omni cauere delicto præsertim lethali, & diuino, Ecclesie ac superioris tui, cuiusque obtemperare præcepto. Hæc tria adeo sunt tibi necessaria, vt sine illis tibi non sit vita. Tria quedam ad mortem animæ præcauendam necessaria. Quæ si adfuerint, nulla erit tibi mors, aut periculum. Dominus noster Iesus Christus faciat, vt hæc aliæque, quæ illi placent, semper nobis se donante adsint, qui cum Patre & Spiritu sancto est Deus benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

*Vnde mors homini acciderit. Qui item sunt, qui efferant
spiritualiter mortuum ad sepulchrum.*

Defunctus efferebatur vnici filius matris sue. Lucæ VII. Scimus omnes vitam certum nobis esse mori, quam est incerta mortis hora. Proinde quantumuis vita proteletur, necesse est tamen mortem tandem accedere, vitamque finiri. Legimus quidem de veteribus Enoch, Mathusalem & Noe, hisque alijs, maxime qui præcesserunt diluuium, quam multi eorum octingentis, nongentisve vixerunt annis. Quibus tamē aut pluribus expleis, nusquam non sequitur, & mortuus est. Itaque quamlibet longæua fuerit ætas illorum, recepit tamen finem suum. Et tu si hodie mille vixisses annos, quid de omni vicia tua, quid de tempore, ac alijs quæ præterierunt, haberes omnibus? Prorsus nihil. Non plus tibi de exacta ætate superesset morituro, quam esset infanti, qui quatuor duntaxat diebus vixisset. Sciendum autem triplicem esse mortem hominis, pura corporis, animæ, & vtriusque. Quod si interrogaueris vnde veniat mors hominum, cum scriptum sit: Deus mortem Mors hominis triplex quæ sit. Sapien. 1.

LLLL 2 non se.

T. VI
21

Mors vnde
acciderit ho-
mini.

Gen. 1.

Gen. 2.

Augustin.

Rom. 4.

Deum non
fuisse causam
peccati aut
moris.

Eccle. 15.

Augustin.

Sapient. 2.

Gen. 3.

non fecit, dicendum quatuor esse quae conueniant ad hoc, vnde causa seu oc-
casio sumpta est mortis humanae, quorum tamen nullum causa tota seu ple-
na foret solum, sed haec simul accidenti damnant ad mortem. Hoc sanè ta-
men intelligatur, quandoquidem hominis inobedientia & prauaricatio
non dubitatur praecipua mortis hominum esse causa. Itaque primum est
iustitia diuinae prohibitionis. Dederat enim primo nostro parenti Deus praep-
ceptum in paradiso, dicens: *Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientia
boni & mali ne comedas. In quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris.*
Non autem tunc Eva creata erat, quando hoc dedit praecipuum Deus. Vnde
colligitur, si Eva licet ex marito didicisset praecipuum datum, tamen ad con-
siliium serpentis suasa & inducta comedisset sola de ligno prohibito, nec A-
dā illi cōsensisset, mansissemus omnes in originali iustitia incorrupti, iuxta
sententiam Augustini super Genesim, dicens: Si vir non peccasset, huma-
num genus minimè peccatis corruptum perisset. Iam fieri potuisset, vt
Dominus non prohibuisset edere de ligno scientiae boni & mali. Quod
si ita factum fuisset, vt non esset prohibens, non fuisset etiam delin-
quens. Vbi enim non est lex, ibi non est etiam prauaricatio. Sinè le-
ge enim peccatum mortuum erat. Dicendum igitur, si Deus non prohi-
buisset, Adam prauaricari non potuisset. Verum hic obijcere quis possit:
Ergo Deus fuit causa mortis. Si enim non prohibuisset Deus, homo non
peccasset. Dicendum, Deum constituiisse hominem liberum in paradiso, ita
vt omnia illi permitteret, vno solo praecipuo dato quo esum ligni illius pro-
hibebat, in quo quomodo obedientiam Deo exhiberet, probaretur. Non en-
nim poterat subditus esse Deo, nullo accepto praecipuo, in quo Deo obedi-
ret. Non igitur Deus causa fuit peccati, nec occasionem praebuit delicti,
quamuis homo sibi occasionem sumpserit ruinae. Nam quod ad probatio-
nem Deus instituerat hominis, homo sibi vertebat in ruinam: & vnde su-
mere ex obedientia sibi debuerat occasionem coronae, ibi prauaricando sibi
occasionem sumpsit ruinae. Quod ergo bonum erat, prauaricando fecit
sibi malum homo. Non igitur causam Deus praebuit, quae induceret ad pec-
candum hominem, sed homo sibi ipsi usurpauit transgrediendi temerita-
tem. Nam sicut scriptum est: *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in
manu consilij sui: adiecit mandata & praecipua sua, si volueris mandata conseruare,
conseruabunt te in perpetuum. Apposuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris, porri-
ge manum tuam. Item quae: ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod pla-
cuerit ei dabitur illi.* Quapropter sicut Augustinus ait, non est Deus inuentor
mortis, sed iudex. Mortis enim autor peccator est. Secundum quod accessit
& cooperabatur homini ad mortem, fuit malitia diabolicæ fraudis. *Inuidia
enim diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Dedita enim opera hostis noster
primo circumuenit Eua fraude: deinde per Eua tētauit etiam virū. Tertiu-
m quod cooperatū est ad mortem, est stultitia foeminae conditionis. Variū
enim & mutabile semper genus est foemina. Itaque vidit mulier, quod bonum
est lignum, ad vescendumque suaue, pulchrum item oculis, aspectuque dele-
ctabile, tulitque de fructu eius & comedit. Non enim erat lignum malum in
paradiso, quod prohibuerat Deus, aut fructus malus, sed omnia erant bona.
A bono igitur Deus Adam abstinere praecipit, quo perfectior eius foret

obe-

obedientia. At ubi mulieri magis assentiri illi placuit, quam Deo, à diabolo captus est. Quapropter sibi fecit ipse, ut lignum illud rectè vocaretur lignum scientiæ boni & mali. Quamdiu enim præceptum non essent transgressi diuinum, nihil nisi bonum sciebant. Quamdiu, inquam, Deo obediebant, obediebant illis quoque omnia, nec eos creatura aliqua lædebat: postquam verò Dei mandatum transgressi sunt comedentes de fructu ligni vetuti, per inobedientem hunc gustum, Adam cum omni posteritate sua, sciuit per experientiam etiam malum. Sensit enim mox rebellionem carnis in se, concupiscentiã malam, & inclinationem ad peccata pronam ac vehementem. Quartum & hoc præcipuum, quod generauit mortem, fuit cupida assensio Adæ, ad acquiescendum mulieri, quum illud sciret malum, & à Deo prohiberetur, licet illud fortasse veniale sperauerit. Vnde reuera Adam non est seductus, nisi in hoc quod venialem & leuiorem quam accidit, hanc transgressionem putabat. Mulier autem seducta est, quæ serpenti credidit. Itaque habes hic quatuor, quæ induxerunt nobis mortem, quam Deus Adæ, antequam peccaret, interminatus est. Parum autem fuisse, si Adæ peccatum fuisset personale tantum, quo solus ipse, non autem eius posteritas damnationis & sententiæ diuinæ particeps fuisset. Sed modo peccatum fuit quidem per illum commissum, sed in eo nihilominus vitata quoque est tota natura humana, & lux transgressionis nos omnes fecit participes, quo quot de eius semine propagati nascimur. Fuimus enim, dum peccaret, omnes virtualiter in eo: ideo peccatum per Adam pertransiit in omnes. Quod Apostolus dicens: *Sicut inquit, per vnum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors pertransiit.* Illa mors est amara peccatoribus & iniustis, sicut Ecclesiasticus dicit: *O mors quam amara est memoria tua hominibus pacem habentibus in substantijs suis.* Porro iustus & Deum timentibus non est formidabilis. Propterea ibidem sequitur: *O mors bonum est iudicium tuum hominibus iniquis & iniustis.* Est autem mors hæc sæpenumero meditata. Facit enim delectationes carnis & mundi languescere, & in nulla re gaudere temporali. Est alia mors spiritualis in hac corporali morte significata, quæ est mors animæ, & illa inferitur per peccatum, sicut scriptum est: *Anima qua peccauerit, ipsa morietur.* Quomodo enim mors corporalis est separatio animæ à corpore, ita mors animæ est separatio animæ à Deo. Sciendum autem per corporalem hic mortuum adolescentem significari mortuum in anima, qui cecidit in peccatum mortale opere & consensu, is scilicet, qui manifestus est peccator, & prodit elatus in publicum ut sepeliatur, id est, induretur. Hunc autem quatuor efferunt portatores ad sepulchrum obstinationis & indurationis. De quibus sepulchris loquitur Dominus, cum dicit: *Va vobis scribæ & Pharisæi, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omnium spurcijs.* Itaque primus portator ad sepulchrum, hoc est, ad obstinationem, desperationem, obdurationem ac impenitentiam, est consuetudo peccandi. Iterando enim peccatum conscientia hebetatur stimulus, & minus læditur, id est, indies minorem sentit læsionem, ac dolorem, siue vulnus. Inde, fit, ut Dei timor paulatim in homine, totusque tandem pereat. Quo extincto sequitur caligo & cæcitas, ut non horreat peccator quod dicit perpetratio.

Lignum paradisi cur dicitur sit scientiæ boni & mali lignum.

1. Timoth. 2.

Genes. 1.

Rom. 5.

Eccle. 4.

Mortis frequentatio quam sit vtilis.

Mors animæ quomodo inferatur.

Ezech. 18.

Portatores spiritualiter mortui effectores qui sunt.

Matth. 23.

Sepulchrum animæ mortuæ quod.

Consuetudo peccandi.

Peccati de-
fensio.
Genes. 19.
Persuasio ad
malum.
Prouer. 1.
Prouerbi.
Psalm. 51.
Portatores a-
lij quatuor.
Fuder confi-
tendi peccata.
Timor faci-
endi opera
penitentia.
Matth. 11.
Iob 6.
Spes vana
diuturnioris
vitae.
Sapient. 1.

re malum. Secundus portator ad sepulchrum est peccati defensio. Cuius-
modi sodomitae fuere pessimi: ubi peccatum adeo inoleuerat, adeo erat cõ-
mune, adeo denique propugnabatur, vt Loth viro iusto impios illos rogã-
ti ne peccarent, responderet: *Habitate venisti, non leges dare*: magisque repre-
henderetur vitiorum accusator, quàm parrator. Quamdiu enim peccator
sua defendere nititur peccata, nullũ habet animũ penitendi. Tertius por-
tator est persuasio ad malum. Sunt qui se peccatores agnoscunt ac gemunt,
neminem tamen volunt alium in eadem peccata, aliave pertrahere. Do-
lent sese, quod non valent superare, alijs tamen bene consulunt. Hi ad con-
uersionem & penitentiã magis sunt vicini. Verũ contra sunt alij, qui-
bus satis non est se peccare impiequẽ viuere: sed corrumpunt alios etiam &
seducunt, quos socios volunt habere peccatorum. Quibus tamen tanquam
contagiosis & pestiferis non est acquiescendum. Hos quoque Sapiens præ-
uidens hortatur cauendos, dicens: *Fili mi si relinquerim peccatores, ne acquies-
cas eis: Si dixerim: Veni nobiscum, insidiamur sanguini, abscondamus tendiculas con-
tra insipientem frustra, omnem preciosam substantiam reperiemus. & cetera quæ in*
Prouerbijs sequuntur vsque ad id: Mar sapientum vnum sit omnium nostrum. Pedit
enim corũ ad malũ currũt. Quartus portator, est gloriatio in peccato De qua
in Prouerborum quoque libro dicitur: *Lætantur cùm malefecerint, & ex-
ultant in rebus pessimis.* Eorum cuidam dicitur in Psalmo: *Quid gloria-
rũ in malitia, qui potens es in iniquitate.* Possunt item alij quatuor portatores as-
signari, qui animam peccatricem ad sepulchrum impoenitentiaẽ efferunt.
Nam primus est pudor confitendi. Obscena enim ac turpia ac iniuerecunda
peccata, non audent confiteri, quæ ausi sunt in oculis Dei cernẽtis pa-
trare. Sunt enim qui inter pocula audent sua turpia iactare, quæ non au-
dent in secreto confessionis fateri. Hic pudor multos opprimit, vt loqui nõ
possint, & sic in peccatis perseverant impoenitentes. Secundus portator est
timor aggradiendi faciendiq; opera penitentia. Nemo sibi vim vult infer-
re, cùm tamen Christus (vt scitis) dixerit: *Regnum calorum vim patitur, & vi-
olenti rapiunt illud.* Sed continger nobis iuxta scripturam: *Vt qui timet prui-
nam, irruat super eum nix.* Superbus libenter abrenũciaret honori aut of-
ficio: sed timet humiliari aut vilisẽ haberi. Auarus comparitur egeno, sed
non potest à nummo separari, quem tribuat. Libenter quoque ageret pen-
itentiam, sed non potest ablata aut non sua restituere. Manet igitur perse-
uerans in peccatis suis. Pari modo luxuriosus vellet à turpitudine peccati
desistere, sed grauatẽ fert, vt voluptate careat, & formidat tentationibus
vri. Gulosus vellet ieiunare, sed timet pati famem. Hoc modo quia con-
cupitis nolimus carere, & molestias fugimus ac grauamina, idcirco perse-
uerantes in peccatis, portamur ad sepulchrum. Tertius portator est vana spes
diuturnioris vitæ, promittens peccatoribus longum viuendi delinquen-
diq; spacium, quod ad penitendum nihil de tempore cogitent præsentem,
sed futura semper tẽpora penitentiaẽ tribuant. Dicunt enim illud Sapientia:
Venite fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creaturæ tanquam in iuuentute celeriter.
*Coronemus nos raris; & cetera quæ nihil aliud sonant, quàm modo quam-
diu possumus, expleamus desideria nostra, & faciamus delectationes nos-
tras:*

fras: cum recedendum hinc fuerit, tunc à peccatis cessabimus. Quod nihil
 aliud est dicere, quam postquã diutius peccare non possumus, cessabimus.
 Non aduertentes scriptum esse: *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.* Di-
 cunt enim qui eiusmodi sunt, circa vitæ extrema se dicere velle cum la-
 trone: *Domine memento mei.* Dicunt scriptum: In quacunq[ue] hora ingemue-
 rit peccator, peccatorum illius non velit Deus esse memor amplius. At ti-
 mendum est eos fallendos, puta qui dicere cum latrone hæc verba possunt:
 Domine memento mei, & cætera, non tamen pari corde, nec eodem spiri-
 tu, quo hæc latro dixit. Quid enim tibi hæc verba proderunt (quisquis es)
 dicere, si compuncto animo & contrito, humiliato, pœnitentiq[ue] corde
 non dixeris? Nemo igitur hæc verba vt latro, salubriter dicit, nisi cui
 singulari fuerit id gratia datum è celo. Quocirca dum sanè viuitis filij, au-
 dite Ecclesiasticum dicentem: *De propitiatu peccatorum nolite esse sine metu, neque
 adiciat peccatum super peccatum, & ne dicas: Misericordia Domini magna est, multi-
 tudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proxi-
 mant, & in peccatores cito respicit ira illius.* Quartus portator est desperatio
 veniz. Dum enim peccata peccatis cumulantur, dum non sit peccatorum
 per confessionem euacuatio, dum gloriuntur etiam in peccatis suis impij,
 nec abstinere volunt à peccatis, nec frangere, vincereq[ue] sua praua deside-
 ria, fit vt tandem obruentibus simul omnibus peccatis, spem nobis tollant
 veniz hostes nostri, qui donec nos pertraxerint ad peccandum, leuia om-
 nia & remissibilia mentiuntur. At vbi in profundum malorum duxerint,
 abducunt in desperationem, peccata nostra etiam aggravantes: Domini
 verò misericordiam ab oculis & à corde nostro vbique auertunt. His ita-
 que portatoribus defertur anima mortua ad impœnitentiam, ad sepul-
 chrum desperationis & obstinationis. Vestrum autem est filij, vt nunquam
 perseveretis in aliquo peccato mortali. Quando enim in mortali estis pec-
 cato, in potestate estis diaboli, & diuina misericordia permittente, iuste
 vos ille mox ad tartara secum sumeret sed benignitas Dei, vos ad pœnitent-
 iam expectat. Verùm, videre ne vobis thesaurizetis iram grauiorem in die
 iudicij, perseverando in peccatis vestris, & contumelijs Dei. Ah filij agnos-
 cite misericordiam Domini nostri Iesu Christi. Non erit difficile ei vestri
 misereri. Pronior est ad miserendum, quàm vos esse potestis ad peccandũ.
 Non erit quoque difficile vobis saluari. Petite ex toto corde veniam à pi-
 sissimo Domino nostro Iesu Christo Salvatore, pro peccatis vestris, & ea-
 dem lugere. Stabilitate voluntatem vestram ad non peccandum denuo, &
 pro gratia hac adiutorioq[ue] vobis à Deo conferendo, eundem indefinen-
 ter obsecrate, & procul dubio salui eritis sperantes in eo. Si senseritis vobis
 displicere peccata vestra, & volueritis ab his deinceps contineri, & quan-
 quam nota sit vobis fragilitas vestra, non tamen vultis denuo ad eadem
 scianter & temere redire, sed Deo in omni eius beneplacito seruire: & si præ-
 terea ad hoc perficiendum confiditis in auxiliũ diuinæ pietatis, credite mi-
 hi, Dei misericordia, si vos circa finem ita inuenerit, saluabit vos in Chri-
 sto Iesu Domino nostro, qui est benedictus in secula, Amen.

Lucæ 15.
Ezech. 18.

Ecclesi. 9.

Desperatio
veniz.Peccati mor-
talis pericu-
lum quantiũ

Roman. 1.

Saluari que-
modo non sit
homini dis-
ficile.

T VI
21

Obscuro vos ego vincitus in Domino, ut dignè ambuletis vocati-
one, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudi-
ne, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti
seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus
spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestra. Vnus
Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus, & Pater omnium, qui est
super omnes, & per omnia in omnibus nobis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ephes. 3.

Superioris Dominicæ lectio in eadem epistola ibi finiebatur, vbi hodi-
erna die præfens nunc incipit. Scripserat nanque Ephesijs diuus Paulus,
quantum rogaret Deum, genua sua flectens ad eundem pro illis, illisq;
vt implerentur omni plenitudine Dei, optaret. Verùm quia sciebat non ita
sua dona homini infundere Deum absque conatu, labore & desiderio ho-
minis: idcirco hortatur nunc Ephesios his donis, quæ illis quotidie præsta-
batur ipse, sese, qui dona hæc Dei cuperent, dignos idoneosq; præstare.
Itaque dicit: Obscuro vos ego vincitus in Domino. Dum hæc scriberet Paulus
Ephesijs, Romæ tunc erat vincitus catenis, & in carcere seu custodia. Pro-
pterea dicit se vincitum, non propter furtum aut homicidium, sed in Domi-
no & propter Dominum, hoc est, pro amore Domini. Sed vide quid obsce-
rat, id est, per sacra rogat: Obscuro, inquit, vt dignè ambuletis vocati-
one, qua vocati estis. Ambuletis quomodo vocationem vestram decet, vt mori-
bus sanctitateq; vitæ, id quod Christi seruum oportet, præstetis. Am-
buletis autem ad cælestem tēdentes patriam cum omni humilitate & man-
suetudine. Vide quomodo humilitati mansuetudinem, hoc est, mititatem
coniungat: quas quisquis Dei esse vult seruus aut discipulus, non negligat
oportet, cū Dominus dicat: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Cum
patientia supportantes inuicem, quo alter alterius onus iuuat portare: in cha-
ritate, hoc est, non propter inanem gloriam, non propter cuiuscunque im-
portunitatem, nec propter quodcunque aliud, sed solum propter charitatem.
Inter aduersa, quæ vicissim suffertis, estote solliciti seruare vnitatem spiri-
tus, vnanimitatemq; voluntatis, vt sit vobis cor vnum & anima vna in
Domino, in vinculo pacis, quo pax animorum, in exteriori quæ homine cō-
cordia, sit inter vos vinculum quoddam & nexus vnitatis spiritus. Vnum
corpus estis mysticum in Christo, qui eodem spiritu viuificat. Vnus enim Spi-
ritus est sanctus, qui vos viuificat, docet, ducit & regit, sicut multa membra
eiusdem corporis corporalia anima vna fouet, eiusdemq; vitam præstat.
Sitis igitur hoc modo vos quoque omnes in Christo vnum corpus per fidei
dilectionisq; vnitatem: & sit vobis vnus spiritus, vna mens, vna voluntas,
sicut omnes in vna spe vocationis vocati estis, & quomodo simul vnū patre
habetis, ad vnam patriam ambulatis, eandemq; remunerationem expe-
ctatis. Vnus est Dominus noster Iesus Christus, qui in libertatem de serui-
tute

Marc. 11.
Galat. 6.

A2or. 4.

Ioan. 8.

tute peccati vos liberauit. Vna fides, qua ei seruitur & qua colitur. Vnum baptisma, nunquam scilicet iterabile, quodque idem est, siue à bono siue à malo id seruo ministretur. Vnus Deus & Pater omnium. De quo Esaias dicit: *Pater noster es tu: nos vero lutum. Et factor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.* Ita vnus Deus & pater omnium qui est super omnes exaltatus & supereminens, vbique & per omnia diffusus & in omnibus nobis omnia implens, omnia possidens, omnia gubernans, & per gratiam suam in omnibus nobis, quotquot hanc vnitatem seruamus, quotquot in vnitatem spiritus viuimus, habitans.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE XVII.

post Dominicam Sancte Trinitatis, Luca XVIII.

Non vno duntaxat, sed varijs tentabat modis Dominus Iesus Saluator noster animas, propter quas saluandas in mundum venerat, ad patrem reducere. Ideo pro his orabat saepius, pro his vigil noctu in monte, aut alibi solus orando frequens morabatur, pro his synagogam accedebat Iudaeorum, pro his de castello ad castellum praedicaturus ibat. Postremo ad conuiuia quoque eorum, quos sui nouit obseruatores & sibi amulos, ire non recusat. Nihil enim omisit, quod ad animarum salutem prodesse potuit. Omnia autem faciebat propter electos. Vnde est intelligendum, quod hi soli non erant in domo pharisaei qui Christum obseruabant, & qui liuido animo Christum inuitantes, aliquid inuenire deprehendere in Christo quaesierunt, quo accusarent eum: sed fuisse etiam ibi bonos, qui ex verbis Christi instruerentur, & ex eius edificarentur sermone. Propter quos praecipue iuit, alioqui fortasse ad solos malos non iturus. Dicit igitur Euangelista:

Cum intrasset Iesus in domum cuiusdam principis pharisaeorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

Non bono corde & sincera dilectione putamus hunc pharisaeum Dominum inuitasse, sed more suo pharisaico, qui erat magnam sanctitatem externa exhibitione ostentare, in consuetudine humana opera promittere iustitiae: latenter vero & in animo plenum esse odio, auaritia & hypocrisis. Hoc modo pharisaeus quoque hic noster Dominum tractauit: Inuitauit quidem illum ad prandium, sed subdola id videtur mente fecisse, Nam sequitur: Et ipsi obseruabant eum: In conuiujs solet homo esse loquacior, liberior ac familiarior. Quare Christum quoque sperabant pharisaei in aliquo excessu, quo illum notarent accusandum. Quamuis autem Christum obseruantes pharisaei, non sunt in eo edificati (hoc enim non quaerebant) non tamen Christus, sed inuidia & odium eorum eos scandalizabant. Nos vero benignitate & patientia Christi instructi confortamur, ut illius exemplo aduersarios, insidiatores ac calumniatores nostros non deuitemus, ubi pro gloria Dei aliquid agendum: sed inter malos quoque discamus boni viuere, sicut luminaria in hoc mundo. Intrauit autem Iesus domum illius pharisaei sabbato manducare panem. Non de solo pane loquitur Euangelium, sed quomodo vetus quoque testamentum per panem significat cibos.

MMMM cibos

T. VI
21

Paupertas Christi.

Humilitas Christi.

Sinceritas Christi.

cibos alios quoscunque, ita hic quoque per panem manducandum, refectio-
nem intelligit paratam. Vtitur enim scriptura nomine panis pro refectio-
ne, propter significandam sobrietatem, quæ in refectioe quaerenda est. Di-
sce hic Christi Iesu paupertatem, qui nihil in hoc mundo tanquam propri-
um habere voluit, qui quasi egenus & verè pauper aliorum hominum est
ministerio refectus, ad alienas aedes inuitatus. Disce hic quoque Christi hu-
militatem, quia neminem spreuit, sed ad obseruatores & æmulos quoque
suos accessit. Disce postremò Christi sinceritatem. Nam licet ad domum
huius esset pharisei inuitatus, nõ tamen à veritate aut rectitudine declinavit,
quo minus diceret aut taceret, quod erat dicendum, aut palparet dissimu-
laratque veritatem.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

Quare Chri-
stum obser-
uauit pha-
risæi.

Math. 23.

Christi per-
fectio quæta.

Obseruatio
triplex quæ.

Philipp. 3.

Prelatus quæ
do suum ob-
seruare de-
beat subditu.

Non immerito quis suspicari hic possit hydropicum hunc pharisæo-
rum studio, qui quaereret sanitatem à Domino, procuratum, quamuis id
nesciret infirmus, sed inuidia pharisæorum ita actum, vt tunc sabbato cu-
randus veniret, quo obseruarent an sabbato curaret. Erant enim pharisei
audivissimi laudis humanæ, & à vulgo æstimabantur (quia sic æstimari qua-
rebant) singulari quadam sanctitate præditi. Inde igitur, quia gloriam, ho-
minumque opinionem amabant, inuidia moti sunt contra Christum. Quæ
videntes turbæ longo interuallo anteire pharisæorum sanctitatem, putam
sapientia, in eloquentia, in virtute miraculorum & fama, Christum neg-
lectis pharisæis sequebantur. Ideo obseruabant eum, quæstionibus quæren-
tabant, simulantes humilitatem duplici corde. Quærebant autem hoc præ-
cipue, vt in Christo quippiam inuenirent reprehensibile, quo eius deni-
grarent famam. Quo nos vehementer exultamus & gratulamur Christi
perfectio, quod ne ab aduersarijs quidem illius, licet multum insidi-
antibus & infestis, potuerit in eo inueniri quicquam, quod vel haberet
mali speciem. Quia verò diximus sæpius, quòd pharisæi obseruauit do-
minum Iesum, dicendum triplicem esse obseruationem. Prima est humi-
lilitatis & charitatis, propterea quod alium obseruans optimè sentiat de il-
lo, & cupiens eius operibus ac moribus instrui ac edificari, ideo obseruet
illum. De huiusmodi obseruatione seruidæ voluntatis, Paulus dicit: *Ob-
seruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.* Alia est obseruatio,
quæ fit per alium propter illius imperfectionem. Et hæc fit vt sicut magi-
ster suum obseruat discipulum: quem vbi in arte defecerit, quaerit instru-
ere, ita quisque obseruet alium in moribus, quem benignè erudire, corrigi-
re, seu illum vult monere, vbi deficere aut perperam agere considerauerit.
Et hæc obseruatio ex charitate venit. Tertia obseruatio contingit ex in-
uidia, qua quispiam quaerit & nititur inuenire aut explorare aliquid, quo
alium, cui non fauet, confuset. Hæc est prorsus contra charitatem, vt pote
obseruatio inuidiæ. In duabus enim primis aut is qui obseruat, aut ille qui
obseruatur, quaeritur fieri melior. In tertia ferè semper latet inuidia: hoc
casu excepto, vt dum prelatus obseruat suum subditum, pro quo rationem
reddere tenetur, aut contra quem accusationes & quærelas audiuit: quia
hæc obseruatio non pertinet ad tertiam, sed ad secundam conditionem.
Non

Non debet tamen praelatus, ubi nihil accusationis nihilve suspectum ad-
 uerit, ex sola curiositate inuestigare ac quærere quod corrigat in subdito:
 sed tunc solum debet corrigere quando aliquid denunciatur aut percipit,
 aut quando admonetur, vel ab interna inspiratione, vel ab hominis us vi-
 gilare seu accusati alicuius vitij veritatem explorare. Scriptum enim est: *Prover. 14.*
Non quæras iniquitatem in domo iusti, nec vases iræ quem etus. Itaque qui nullius *Observatio*
 habet rei curam sibi commissam, non rectè obseruat alium, nisi (vt supra di- *charitatis*
 xi) id fiat ex singulari charitate, qua timet suo fratri confusionem, ignomi- *que sit.*
 niam aut ruinam. Itaque Dominus habens hydropicum ante se, cuius infir-
 mitas orabat, dixit, vt sequitur.

Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & phariseos, di-
 cens: Si licet sabbato curare?

Quid responderit (inquit) Dominus, mirum est, qui nihil fuit interro- *Responso*
 gatus. Verùm est, nil ad phariseorum verba, sed ad eorum cogitationes & *Christi ad*
 corda respondit. Nouit enim quid in illorum ageretur cordibus. Sentiebat *cogitationes*
 eos ad murmurandum, perperam què iudicandum paratos, si sabbato cura- *phariseorū.*
 ret. Ideo quo minus illi scandalizarentur, qui ex cecitate sua scandalum sibi
 sumebant, non ex Christi operibus, eorum respondit cogitationibus dicens,
 interrogando eos, antequam in sabbato curaret languidum, atque eos ne
 scandalizaretur præmonere, seu rationem reddere volens, dicit: Si licet sab-
 bato curare? Licet ne (inquit) hominem sanum facere miraculosè atque po-
 tentia diuina? & hoc in sabbato? Hoc enim modo curare nihil est contra sab-
 batum agere, cum sit opus diuinum, pium, cum sit opus charitatis, quod ad
 Dei fiat honorem, quod Dei omnipotentia contemplationem, deuotionem,
 ac Dei amorem excitet. Huiusmodi opera à Deo non sunt prohibita, vt eti-
 am præcepta sint fieri in sabbato, & ad huiusmodi sit opera institutum sab-
 batum, siue celebritas sabbati, qua diuinis operibus contemplandis va-
 cemur.

At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum, sanauit eum,
 ac dimisit.

Non interrogauit Iesus phariseos, quid liceret dubitans, sed eorum cõ-
 futare cupiens errorem ac temerarium iudicium interrogauit. Ipse enim
 nouit quid sentiebant. Verùm nihil respondentes pharisei, tacuerunt. Non
 enim habuerunt quid responderent. Nec latuit eos sapientia Christi, vt quic-
 quid respondiissent, aut imperfectum, aut ineptum aut temerarium id fuis-
 set. Tacebant igitur, sed retinebant nihilo minus suam obstinatam cæcã
 opinionem de Christo, quod curare hominem violatio esset sabbati. Atq;
 ideo non verbis, sed opere quid liceret, Dominus illis ostendit. Siquidem
 infirmum manu apprehendens sanauit sine verbo, sine oratione, sola sua
 voluntate imperante. Sanatum verò dimisit, hoc est, abire fecit, quo vide-
 rent omnes perfectè illum curatum. Post hoc quia vider eos in cordibus
 suis murmurare sequitur:

Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum bos aut asinus
 in puteum cadit, & non continuo extrahet illum die sabbati?
 Et non poterant ad hæc respondere illi.

Viso hoc tam grandi miraculo, nihil ædificati sunt pharisæi, sed fatue iudicabant Christum violasse sabbatum. Arque ideo ad illorum cogitationes iterum respondens Dominus, dixit: Cuius vestrum bos in puteum cadens sabbato non extrahitur? Si licet iumento subuenire grandi cum labore in die sabbati, subuenire homini non licet? Quasi dicat: Auaritia excæcat vos vestra, qua res vestras perire non vultis, vt non videatis multo magis misericordiam faciendam homini, puta rationali creaturæ, quam iumento. His pharisæis similes sunt quidam pastores Ecclesiarum aut prælati, quibus maior est cura pro animalibus, pro iumentis & equis suis, quam pro animabus subditorum. Aegrotat equus, & quæritur remedium: periclitatur subditus, & dissimulatur. Quotidie vident subditos delinquere in ebrietatibus, impudicijs, blasphemijs, & impijs iurationibus: & adeo non arguunt, vt etiam se inter illos quasi delinquentium capita constituant. Itaque quando è faucibus diaboli extrahere animam alienam contenderent, qui suas proprias venditant diabolo animas, aliasque suo seducunt exemplo? Hoc dictum sit ad illos, qui plus dolent (si infirmetur) pro oue aut pro porco, quam pro anima subditi. Nostrum tamen è filij non est de alijs iudicare. Nescimus bona eorum, etsi videamus mala. Nam quales sint adhuc futuri, ignoramus. Ingemiscamus igitur & compatiamur alienis peccatis. Quod autem ad Christi verba respondere non poterant pharisæi, mirum non erat. Conclufi enim erant vt aliter sentire aut contradicere non possent vtentes ratione, licet eos ad alia stimularet inuidia. Videbant enim omnia secreta sua Christo (quod ex verbis eius senserunt) nudata & patefacta. His itaque in hoc confutatis, ad curationem spiritualis eorum hydropifis, hoc est, ad curandam illorum superbiam se conuertit.

Pharisæis
iis similes
qui sint.

Respondere
cur non po-
tuerit Chri-
sto pharisæi.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit ab illo inuitatus: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.

Auiditate honoris & ambitionis quærebant pharisæi primos accubitus in conuiujs. Quos arguere volens Dominus Iesus, vsus est parabola, intendens stimulare ambitionem, & ad humilitatem eos reducere. Admonet igitur eos honestatis, ne supremum quærant locum, vnde postea cogantur descendere (quod turpè esset) ad locum inferiorem. Vult enim magister humilitatis mensuram nos nostram agnoscere, ne ingeramus nos ad honores, sed optemus potius nesciri, & non reputari. Quod si alij nos honorare voluerint, non est nobis importunè nimis resistendum, nec pertinaciter abnuendum. Si enim inuitus fueris honoratus, nihil te lædit honor, in quo non delectaris. Laudatior igitur est, qui verecundè & humiliter acquiescit, indignum sese interim honore agnoscens, nec de honore quem tolerat magis quam acceptat, sibi quicquam ascribens, quam ille qui importunè renitens alios contristat. Modestiam hanc Salomon quoque commen-

Mensuram
quomodo
sua agnos-
cere debeat
homo.

Honor quem
non laudat.

dant

dans circa honoris appetitum, eadem quæ hic Christus suadet, dicens: *Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est ut dicatur tibi: Ascende huc, quam ut humiliaris coram principe.* Prou. 25.

Sed cum vocatus fueris, vade & recumbe in nouissimo loco: ut cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

Non putandus est Christus nos velle docere, quomodo efficiatur gloriosi, sed honestatem atque ciuitatem docet. Quid autem hanc modestiam ac ciuitatem sequatur, indicat dicens: Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

Non igitur nos humiliare debemus, ut gloriam inueniamus (quod est hypocritarum & adulatorum) sed quod iustum & honestum est, honestè & iuste faciamus. Ad Dei igitur honorem & contemptum nostri sumus ferentes, & in nobis ipsis tam in cognitione, quam in affectione humiles. De gloria autem nihil nobis vendicemus, sed fugiamus potius honores. Quod si (ut scriptum est) fugientes gloria nos sequatur, hoc ignorantia & benevolentia tribuamus hominum, qui aliquid nos existimantes, cum nihil sumus, honore quærunt nos afficere. Debet autem nobis magis certa esse nostra notitia, quam ut aliena existimatione efferamur. Loquitur tamen etiam hic Christus, hoc modo phariseos arguens, quod gloriam non solum indignè, sed etiam ineptè & stolidè quærerent, quasi diceret: Si gloriam hominum quæritis, imprudenter agitis, constituendo vos in superiori loco, unde maior vobis oritur ignominia. Despicit enim vos vnusquisque aduertens ambitionem vestram, poteritque fieri, ut turpiter humiliemini in omnium aspectu. Sed si gloriam quæritis, honestius facietis humiliter agendo, ut gloria magis vos, quam vos gloriam, quærat. Honestius enim audies ad honoratiorem locum te vocantem, quam ut audires de superiori ad viliozem te deducentem.

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Non dicit, Omnis qui exaltatur, humiliabitur, sed qui se exaltat, hoc est, qui magnus vult esse, æstimari ac præferri, hunc etiam sua temeritas humiliabit. Superbia enim in omni homine est detestabilis. Et qui se humiliat, exaltabitur. Non intelligendum est nec consultum, ut se quis humiliet propterea, ut exaltetur, hoc enim duplex foret superbia. Non est autem dubium eiusmodi inueniri homines, qui propterea humilitatem fingant. Scriptum namque est: *Est qui nequiter se humiliat, & interior a eius plena sunt dolo.* Hic bis est superbus, quia superbus est & fingens se humilem, cum non sit. Est etiam hypocrita. Moses superbiam, quam sit exosa Deo, indicat, dicens: *Anima qua per superbiam aliquid commiserit, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.* Humilitas ficta vult duplex superbia. Eccl. 10. Num. 15. Superbia quæ fit Deo exosa.

Fugite igitur superbiam, quoniam vbique in sacra scriptura eos maximè legimus Deo & eius iustitia vindice humiliatos. Adam quia per obedientiam Deo se noluit subijcere, nonne humiliatus est? Dathan & Abiron qui Genes. 1. Reg. 18.

T. VI
21

Num. 16.
Esaia 36.
Iudith 9. 11.
Daniel 4.
1. Mach. 15.
2. Mach. 6.
In humilitate
te quomodo
fruiendum.

Mos imperium contempserunt, nonne terra deglutiuit Absolonem contra patrem suum David insurgentem, quomodo Deus humiliavit Deinde vide Sennacherib, Holofernem, Nabuchodonosor, Nicanorem, Antiochum & superbissimos quosque, quibus sunt ignominijs & supplicijs detriti. Stare igitur in veritate, vt omnis qui se exalcat, humilietur, & qui se humiliat, exaltetur. Estote igitur filij charissimi viuentes in humilitate, altiora & mensuram vestram quæ excedunt, non appetatis. Optetis esse magni, perfecti, sancti & sinceri in oculis Dei, non in oculis hominum. Diligatis sanctitatem, non appetatis magnitudinem. Operate vt inter omnes homines Deum maximè diligatis, vt sitis fidelissimi obedientissimiq; eius serui. Et hocideo, vt illi propterea placeatis: non vt præ alijs excellentes sitis aut appareatis. Amat Deus deuotionem, amat feruorem, amat charitatem, non amat singularitatem aut extollentiam. Dominus noster Iesus Christus hæc eadem aliaq; cuncta, quæ à nobis requirit, nobis quoque largiatur, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

De multiplici genere conuiuiorum, & de institutione sabbati.

Euangelij
lucis
instituti-
ones
piæ
quæ
sunt.

Cum intrasset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Lucæ XIV. Multa sunt quæ in hoc nobis Euangelio innuuntur, instruuntia nos ad pietatem. Nam quod Dominus intrat domum principis pharisæorum manducaturus panem, monstrat non esse illicitum ire ad prandium, cenam seu conuiuium, si tamen illud fuerit honestum & moderatum. Quantum autem Dominus se humiliauerit æmulis suis, ex hoc liquet, quod ad prandium non recusatire pharisæorum: eorum scilicet, qui inuidi obseruabant eum. Omnia enim sustinuit propter animas. Est autem nobis occasio hic quædam dicendi de conuiujs, quæ sub multiplici contingunt differentia: quorum quedam probanda sunt, quedam vituperanda. Primo enim quedam sunt conuiuia ex naturali dilectione, cuiusmodi conuiuia permittit exerceri in domibus filiorum suorum sanctus Iob, qui filios suos benedicens, sollicitus erat, ne forte quicquam agerent, quò offenderent Dominum. Et hoc similiter laudatur in parabola de prodigo filio, cui pater ex naturali dilectione paternâ instaurauit conuiuium ad gratulandum ex perditione redeunti. Secundum est conuiuium, quod ex benigna exercetur pietate, cuiusmodi sanctus Tobias contribulibus suis ac pauperibus non raro parauit conuiuium. Solus enim ægre manducabat vir religiosus, non ob aliud, nisi vt dona Dei egenis quoque participaret. Et tu relinque magnos diuites, optimatesque extra domum tuam. Illi enim in domo sua habent comedere. Qui si tecum prandent, tantum impensarum propter illos absumentur, vnde viginti pauperes alios aut triginta refecisses, ne dicam centum. Nonne dulcius tibi foret, vt eisdem impensis seruas, imò nullo penitus alio sumptu exhibito, Christum loco diuitum centies tecum haberes in mensa, quam vt ingentem adeo inutiliter in conuiuia profundas pecuniam pro gratia & fauore hominum conquirendo? Sed, inquis, amicitia hominum egeo: non reprehendo. Vt nam pro charitate aut necessitate fierent moderata & licita conuiuia. Sed aliud

Conuiuium
dilectionis
naturalis
quod.
Iob 1.
Lucæ 15.
Conuiuium
pietatis q.
Tob. 2.

Pauperes cur
potius ad
conuiuia
vocandi
sunt quam
diuites.

aliud est conuiuium, pro quo ab hominibus recipis mercedem temporalem, aliud est, quod Christi contemplatione, aliud quod propter homines facis. Vt tamen dixi, honesta moderataque conuiuia non obiurgo: ad alia autem (cuiusmodi Tobias fecit, filioque suo facienda mandauit) etiam hortor & precibus inuito. Cuiusmodi, inquis, sunt? Vt de his, quæ cum tua familia, nullis alijs additis impensis, eras manducaturus, impartias simul vni alteri ve peregrino, aut pauperi, aut viris religiosis Deum timentibus, gaudeasque verè & ex animo lateris, Christum te habere in mensa tibi assidentem. Nam Christum certissime habes, si in paupere Christum contemplaris, si Christi amore pauperem pascis, si Christi denique nomine pauperi benefacis. Non te fallere potest veritas, dicens: *Quicquid vni ex minimis meis fecistis, hoc mihi fecistis.* Vtinam assuesceres, vtinam hunc tibi morem induceres, quem sancti quidam Dei amici sibi induxerunt, licet diuites, quo solus prandium nunquam sumeres, ad mensam nunquam sederes, nisi pauperem aliquem virum, quem Dei amore tecum reficias, habeas. Eadem sunt impensæ, idem sumptus, eadem coquendi & parandi opera, quibus Christus reficeretur & seruus. Quamobrem si vis iucunda habere vitæ extrema, hoc consilium amplectere, vt pauperem tecum, cui de cibis tuis impartias, habeas semper in mensa. Tertium est conuiuium, quod ex liberalitate & honesta amicitia offertur, cuiusmodi discipuli duo euntes in Emaus fecerunt Christo. Et hoc quoque laudabile est, vbi offert occasio aut necessitas pro seruanda charitate. Hoc modo non improbantur recreationes ac cœnationes licitæ vicinorum & artificum in diebus festis, vt simul tunc ad nutriendam inter se dilectionem donis Dei reficiantur. Non tamen opus est hic magnis impensis, quia vbi tenuitas est, ibi etiam iuxta hoc sunt epulæ paratæ, ne magis comestatio queratur, quam charitas. Solent enim pauperes suo modo conuiuari, vt vicinus ad vicinum suum, quem sibi parauerat cibum comportet, illeque quam Dominus dederit benedictionem amico ad se venienti apponat. Itaque si absque ebrietate, absque lasciuia & gratuitis impensis honestè de his quæ parauerat sibi comportatis vicini commanducarent, non posset improbari, quia charitas in huiusmodi quandoque læsa redintegraretur fouereturque, ne tanta esset inuidia inter eiusdem artificij professores. Verum, vt dixi, sobria, moderata, atque honesta hæc debent esse conuiuia, non ad detractiones, sed charitatis instaurationem instituta, in quibus Deo non carni, non mundo, nec diabolo seruitur. Quartum est conuiuium, quod ex honore, hoc est, quod animo honorandi exhibetur. Hoc modo Leui Christo exhibuit conuiuium. Huiusmodi conuiuium etiam si homini exhibeatur, licitum est, puta vt quod Apostolus monet, cui honorem, honorem, id est, cui debes exhibere honorem, impendas honorem, modo nihil in hoc sit conuiuium, vnde offendatur Deus. Quintum est conuiuium ex consuetudine, vt fit in nuptijs, vbi coniuges cum gaudio & festiuitate quadam coniunguntur. Hoc conuiuium etiam sanctorum fuit, sicut legitur de iuniore Tobia senioris filio, cui Angelus Raphael, vt Samaritanam Raguelis filiam in vxorem acciperet, persuasit, propterea quod illi ex lege debebatur. Vbi pro viriisque coniunctione narratur con-

Tob. 2. 4.
Christus quomodo ad mensam sit recipiendus.

Matth. 25.

Conuiuium liberalitatis quod.
Luc. 14.

Conuiuium honoris quod fit.
Matth. 23.

Conuiuium consuetudinis quod.
Tob. 7.

T. VI
21

Ioan. 7.
Conuiuium
ostentationis
quod sit.
Liber 7.
Conuiuium
voluptatis
quod sit.
1. Reg. 5.
Luc. 6.
Conuiuium
ambitionis
quod sit.
1. Reg. 1.
Conuiuium
malignitatis
quod.
2. Reg. 17.

Exod. 16.
Sabbatum
vltimo mo-
do in veteri
testamento,
& alio modo
in nouo ob-
seruatur.

Genes. 1.

Qui ascendit
a quibus sit
peccatum in
die festo.

Festitates
ad quid insti-
tute & quo-
modo sancti-
ficanda.

uiuium in domo Raguelis seruatum. Huiusmodi autem conuiuia aut solen-
nitates quam non displiceant Christo, quamdiu tamen hæc intra fines suos
sefe continent, palam est ex hoc, quod Christus in nuptijs eiusmodi interfu-
rit conuiuio, vinumq; ex aqua mutauerit. Sextum est conuiuium, quod fit
ex ostentatione magnificentia. Et hoc modo rex Assuerus grande fecit con-
uiuium, vt in Esther legitur. Hoc modo hodie quoque sumptuosa nimis
multa sunt conuiuia, ad ostentationem solam pertinentia. Et hoc conuiu-
um non laudatur in scriptura. Septimum erat conuiuium ex voluptuositate,
quale erat conuiuium Nabal & epulonis diuitis in Euangelio: & hoc
quoque reprehenditur in sacra scriptura. Octauum est conuiuium ambitio-
nis, quod Adonias instante electione regis fecit, inuitatis optimatibus de
curia patris sui Dauid, per quos ad se regnum ducere querebat. Nonum con-
uiuium legitur Absolonis fuisse, quod erat malitia, in quo fratrem suum
occidit Ammon. Ad hoc namque ordinauit conuiuium, vt Ammon ubi tem-
peratus esset, armatis obrutus occideretur in vltionem Thamar violata
sororis suæ. Hæc quatuor vltima conuiuia fuerunt mala. Priora enim aut
laudata, aut saltem toleranda. Vestrum erit si filij ex his secundum eligere
conuiuium, quo Tobiam imitemini sanctum, eiusque antecessores, patri-
archas sanctos.

Secundum quod in Euangelio nobis innuitur, est de violatione aut ob-
seruantia sabbati. Cuius obseruatio quæ esse debeat vt sciatur, animadu-
tendum de obseruatione sabbati præceptum nobis à Deo esse datum: quod
alio tamen modo in nouo, alio in veteri testamento obseruabatur. In vete-
ri enim testamento erat vt figura Christi quiescentis in sepulchro, & erat
præceptum ceremoniale, quo post sex dies qui mortalibus concessi sunt ad
operandum temporalibusque lucris insistendum, septimam Deus instituit
diem, quæ esset requies & cessatio ab omni labore. Quæ requies, vt dixi, præ-
figurabat requiem Christi post laborem passionis, & post hominis recrea-
tionem in sepulchro quiescentis. Sicut enim sexta feria creatus est homo, ita
rursus sexta feria recreatus, redemptus, renouatusque est homo. Hoc modo
in veteri lege, quantum ad hoc quod ceremoniale erat, transijt vt hoc mo-
do nos non obseruemus sabbatum. Porro quantum ad alium modum per-
tinet, quo est morale præceptum, manet etiam in nouo testamento, quo
iubemur abstinere ab omni opere seruili, vt sunt quæ fatigatione inducunt,
quatenus Deo quis liberè vacare non possit, siue hæc sint in opere naturali,
siue in occupatione terrena: cuiusmodi est negotiatio venditionis, elocatio-
nis, iudicia, quæ sitis pro rebus temporalibus, hastiludia, ludi illiciti, & re-
liqua id genus, tam externa, quæ interna alia, quæ animam detinent, ne se ad
Deum leuare possit, nec eidem vacare aut coniungi mente. Ab illis omnibus
est abstinendum. Qui autem non abstinent, à Deo puniuntur, & ferè etiam
in hac vita. Si quidem per inopiam manent miseri, nec prodest eis vllus la-
bor vllus quaestus, vllumve lucrum, quod die quæruat festiua & illicito
modo. Est enim sabbatum maximè in nouo testamento institutum, vt tunc
fortiatus à laboribus homo, & à studijs lucrorum temporalium, tempore il-
lo ad Deum se conuertat, animæ suæ statum expendat, peccata quæ in se re-
perit, coram Deo plangat, cauendi post hæc peccata voluntatè suam insta-
ret,

ret, h
audi
accep
nim
oper
um in
sabb
serue
alio d
bati
gandi
uari
dant
tur se
qua se
retur
iustit
hoc sic
puta n
scrip
nec co
quam
Potest
tem qu
reliqu
nit me
liam f
esse de
nitaten
tur sol
exord
in mor
eduxit
fuit di
dies ef
pro pe
rum su
cunt qu
que mi
cimo,
Hierus
Spiritu
co Chr
honor
bati so
perpet

ret, Dei praecepta, leges & beneplacita inquirat, monita sacra & Dei verbum audiat, missae & oblationi altaris assistat, Deo se commendet, pro beneficijs acceptis Deo gratias agat. Ad haec similia quae alia studia se conuertat. Haec enim sunt, ad quae sabbatum, id est, festiuitates sunt ordinatae. Ab illis igitur operibus, quae huc impediunt sancta exercitia, ne fieri possit vt quis cor suum in habitaculum offerat Deo, abstinendum est. Hoc modo sabbatum aut sabbati praeceptum perseuerat etiam in nouo testamento. Nam licet non seruetur dies sabbati, seruetur tamen sabbatum, id est, requies & vacatio in alio die, puta in Dominica, quam ne cum Iudejs videamur Iudaizare, in sabbati locum nobis celebrandum instituit Ecclesia, cuius occasione interrogandi sunt haeretici nostri, qui nihil quod Ecclesia instituit, volunt obseruari (quamuis sua faciunt statuta, & eadem obseruanda tradunt, quo ostendant se non esse Ecclesiam, quam non audiendam volunt) nisi sacra cogantur scriptura. Dicant igitur cum ipsi Dominicum diem obseruet nobiscum, qua scripturae autoritate haec mutatio facta sit, vt sabbati festiuitas vertetur transferretur ve in Dominicam. Quae scriptura, inquam, praecepit aut iussit hoc fieri? Nonne Ecclesia sine scriptura Spiritu sancto docta tantum hoc fieri iussit? Quod si vnum potuit Ecclesia, aut si vnum Ecclesiae hoc licuit, puta mutare sabbatum, transferre festiuitatem eius in diem solis absque scriptura, quare Ecclesiae alia non pari modo quae secundum Deum sunt, nec contra scripturam pugnant instituere licet? Potest reuera hoc Ecclesia: quam qui non audierit, sit tibi, inquit Christus, sicut ethnicus & publicanus. Potest, inquam, non solum Ecclesia, sed & praelati Ecclesiarum: maxime autem qui est vniuersae Ecclesiae pastor, salutaria instituere, cum illi maxime reliquisque pastoribus a Domino dicatur: *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit*. Si quaeris quare sabbatum potius in Dominicam quam in aliam sit diem translatum, respondetur, diem illum in signibus operibus Dei esse decoratum. Quamobrem non iniustum fuerit sabbati, in illum solennitatem transferri? Primo namque hac die, quae apud paganos dies vocabatur solis, Deus creauit caelum & terram. Sumpsit itaque in hac die mundus exordium. Secundo, vt quidam autumant, arca Noe hac die stetit quiescens in montibus Armeniae. Tertio, in hac die Dominus populum suum Israel eduxit de Aegypto in manu forti, vt quidam volunt. Quarto, hic primus fuit dies quo manna Deus pluit de caelo escam filiorum Israel. Quinto hic dies est quo ex virgine natus est matre. Sexto eodem die circumcisus est pro peccatis nostris, primo fundens sanguinem. Septimo in illo die signorum suorum fecit initium, aquam in nuptijs mutans in vinum. Octauo, dicunt quidam hoc die Christum quoque baptizatum. Nono, satiauit quinque millia hominum Christus de quinque panibus & duobus piscibus. Decimo, introductus est Dominus Iesus cum honore & ramis palmarum in Hierusalem. Vndecimo, hoc die Christus resurrexit. Duodecimo, hoc die Spiritum sanctum misit. Ob tanta igitur beneficia, quae nobis in die Dominico Christus exhibuit, ob tanta magnifica opera, quibus hunc diem Christus honorauit, recte meritoque in nouo testamento in diem Dominicum sabbati solennitas est translata: quo etiam die resurrectio nostra atque laetitia perpetua significatur. Si quaeris, quibus operibus vitatur seu transgreditur

NNNN festi-

Sabbatum
cur in Domi-
nicam diem
mutatum sit
in nouo te-
stamento.

Ecclesiae eius-
dem praelatis
licitum esse
salutaria in-
stituere.

Matth. 23.
Luc. 10.
Dominicam
diei preroga-
tiua singularis
quae.

Gen. 1.

Gene. 8.

Exod. 12.

Exod. 16.

Luc. 1.

Ibidem.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Ioan. 6.

Matth. 21.

Marc. 16.

Act. 1.

T. VI
21

Festiuitas
quibus operi-
bus vitetur,
& quibus no.
Festiuitates
laboribus
manu viola-
ri.

festiuitas sabbati aut dominicæ, dicendum est: Primo, labore manuum, propter præceptum quod à seruuili iubet opere abstinendum. Excusatur tamen labor multiplex iuxta sententiam doctorum piorum. Primo si labor fuerit modicus, qui scilicet non diu nec vehementer impedire possit quietem in Deo. Ille enim labor, qui anîmi quietem & spiritus tollit libertatem, interdicitus est à Deo. Secundo si labor fuerit necessarius. Est autem hæc quæ excusat necessitas, quâdo labor operatiove sine rei periculo præueniri aut differri non potest, vt in messe contingit, vbi fruges inuehi necesse est interdum die festiuo. Nam iacentibus segetibus in agro, aut sceno, dum imminet, tempestas, licet, ne periculo exponantur & pereant, in die festo eadem inuehere. Simile hoc obseruatur in vindemia, si frigus ingruerit, & in captura halecum. Pistores quoque, lanij, molitores & coci, quando necessarium est, aut vt aliter prouideri non possit de alimentis hominum, puto excusantur, si in die festo sua faciant officia. Quamuis hæc omnia sint intelligenda, vt festiuitati, quantum potest nihilo minus tribuatur, & quam fieri potest, festo minus derogetur, quo manè scilicet audiatur missa & verbum Dei. Hic colliguntur quoque pharmacopolæ, medici, chirurgici, qui hominem iuant arte medicinæ, nec propterea violatur sabbatum. Quod Christus quoque confirmat, dicens pharisæis in Euangelio hodierno: Cuius vestrum bos aut asinus in foueam cadet, & non extrahet eum die sabbati? Tertio excusari potest labor pietatis, vt si pro pauperibus aretur aut metatur gratis propter Deum purè & non spe vlla remunerationis aut fauoris, nec aliqua affectione id fiat carnali ac sensuali, sed Dei puro intuitu. Quarto, propter publicam utilitatem, vt si labor tempore fiat quo est necessarius, vt sit tempore obsidionis, & in bellis quando muniri infirma, & reparari lapsa oportet. Quod & Machabæi fecerunt, statuentes pugnam non detrectare in hostes, vbi necesse foret, in die sabbati. Secundo, fit transgressio festiuitatis placitando. Neque enim in festis iudicia debent seruari, cum in his quoque diebus, quando legitima seruantur ieiunia, iudicia & placita sint interdicta. Tertio, transgreditur festiuitas in mercando. Non enim ad quæstum & lucri causa venales debent tunc merces exponi, nec requiri, nisi fortasse quia alio tempore non possunt inueniri aut haberi, aut quia iam sunt necessaria, vt infirmis & viatoribus contingit, qui eo tempore & loco quo possunt, coguntur emere. Secus est tamen de alimonia hominum, vt supra dictum est, pane, carnibus, vino, quæ post auditum officium diuinum possunt vendi. Quarto, fit transgressio festiuitatis in peccando. Et hoc modo, pro dolor, omnes festiuitates nostræ profanatae sunt, infectæ sunt, Deoque odibiles sunt. Nunquam enim plura sunt peccata, quam in festiuitatibus, peccatum autem præcipuum est, quod requiem & festiuitatem, quam anima debet habere in Deo, prorsus tollit & perimit. Tertium quod nobis hic inuenitur, est benignitas & pronitas Christi ad miserendum. Nam non obstante hoc quod pharisæi iniquè essent Christum iudicaturi, quod illum operaque eius forent calumniaturi, nihilo secius hydropicum hunc curat & abire sinit, malens à pharisæis iniquè iudicari, quam misero non misereri. Quartum est Christi sinceritas arguentis pharisæorum superbiam, arrogantiam & ambitionem, idque cum esset in eorum conuiuium inuitatus: quo ostenditur,

1. Mach. 2.
Placitationi-
bus festum
diè violari.

Mercatura
festum diem
violari.

Peccando fe-
stum diem
violari.

Benignitas
Christi quan-
ta.

Sinceritas
Christi in ar-
guedo.

DOMINICAE XVIII. POST TRINITATEM.

657

ter, quam noluit illis nefarie blandiri. Quintum, eruditio atque consilium de humilitate amplectenda, quo fit ut apud Deum exaltetur, quisquis se humiliaverit. Nec solum apud Deum, sed etiam apud homines humiliantem se sequatur gloria. Vestra autem gloria alia non sit quam filij a vobis quaerenda, quam nosse diligereque Christum, eique placere, qui est benedictus in secula, Amen.

Gloriam fugientem sequi.

Gloriam quam sola quaerenda sit.

DOMINICA XVIII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli I. Corinth. I.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, qua data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus revelatione Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine in die adventus Domini nostri Iesu Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Si Pauli animus scribentis, & populi ad quem scribit animus conditionesque considerentur, nihil erit mirum, si in eadem epistola Corinthios nunc laudat, nunc vituperat, nunc arguit, nunc obsecrat, omnia pertectans ut proficit, ut vincat, ut triumphet in Christo Iesu. In civitate vnius populi, in plebis vniuersitate possibile non est, quin offendas quod laude, quod nem contra sit reprehensione dignum. Quapropter in hac lectione perfectis quos laudat loquens, paulo post ad imperfectos sermonem conuertit, illos quoque in eadem epistola reprehensurus. Hac, ut dixi, ad eiusdem civitatis populum scribit vnumquemque sibi manifestans, quo vel notatum ac reprehensum, aut laudatum & in bono confirmatum se sentiat. Itaque hic dicit: Gratias ago Deo meo pro vobis, semper exhilaratus in gratia Dei, quae data est vobis. Aut, gratias ago Deo meo pro vobis, propter gratiam quae data est vobis, non in Petro aut in Paulo, sed in Christo Iesu: quia in illo & per illum omnium bonorum donorumque spiritualium divites facti estis. (Nihil enim deest timentibus eum) in omni verbo, hoc est, in dono omnium linguarum: quia & huiusmodi qui hoc donum habebant, inter eos erant. Aut in omni verbo, hoc est, in omni eruditione & exhortatione verbi, quia scitis eum, qui lapsus est, erigere & stabilire verbo Dei, & in omni scientia intellectuque scripturarum sicut testimonium Christi, quo testatus est credentibus dona se vberiora daturum post resurrectionem & ascensionem suam, in vobis confirmatum & impletum est. Aut ita: Vos abundantis verbo & scientia, quo non solum vobis nihil desit in omni scientia, sed etiam alios possitis fulcire confortareque in fide: ita ut testimonium Christi, quod omni homini a vobis id poscenti debetis reddere de fide & spe, quae est vobis in Christo Iesu, adeo in vobis confirmatum est, ut nihil vobis desit in vlla gratia ad vestram salutem, aut ad aliorum aedificationem vobis necessaria. Vobis, inquam, magno desiderio expectantibus revelationem

1. Cor. 13.

Esai. 40.

1. Pet. 3.

T. VI
21

Domini nostri Iesu Christi, in iudicio extremo futuram, vobisque ad eandem anhelantibus, ac dignè paratis, quam impij timent, & hanc futuram (si fieri possit) nollent, qui sua gratia interim confirmabit vos vsque ad vitz vestræ finem, quo perseveretis in virtutibus, sine crimine vllò, aut lethali peccato: qui finis erit in die aduentus Domini nostri Iesu Christi, siue ad iudicium is sit vniuersale in fine mundi, siue ad iudicium cuiusvis animæ singulare per mortem hinc egredientis, & quo ad animam suam iudicium recipientis.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ XVIII.
post Dominicam S. Trinitatis, Matthæi XXI.

Quomodo Christus nunquam destitit docere & benefacere quibuscunque potuit sine acceptione personarum, ita tam Saducei quam pharisæi nunquam deserunt Christum persequi, tentare & calumniari. Omni enim tempore & odio perpetuo insidiabantur ei. Nam antequam pharisæi illum accederent, narrat Euangelista, quod illum Saducei fuerant adorti, putantes illum posse sermonibus constringi ac conclusi, ne quod responderet, haberet. Proponebant enim mulierem quæ post primi mariti mortem iuxta legem nupsit germano defuncti: quo pariter mortuo alteri nupsit fratri, & ita succedentibus sibi maritis, accidit vt septem habuerit maritos fratres. Quibus omnibus defunctis, demigravit hinc tandem & mulier. Interrogant igitur, quem sit mulier illa post resurrectionem habitura virum ex his, quos olim habuit. Aut ergo septem fratres habitura est viros, arguunt, vbi resurrectio corporum creditur, quod deforme est, aut nullum: per hoc probatum esse volentes, nullam esse resurrectionem. Quibus Christus Dominus respondit, dicens: Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent: neque nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei in cælo, & reliqua quæ sequuntur. Cæterum, vbi pharisæi considerauerunt Saduceis impostum silentium, de quo vt de aduersariis sibi incommodo seu confutatione licet credantur delectari, in Christi tamen persecutione fuere concordēs. Quapropter illis recedentibus, pharisæi conuenerunt inter se vt Dominum accederent. Sic enim dicit Euangelista:

Accesserunt ad Iesum pharisæi: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege?

Chryso. Multitudine quidem conuenerunt, per vnum tamen solum interrogant: qui si Christum vinceret, omnes viderentur victores. Si verò vinceretur, vel solus portaret ignominiam. Præter enim gloriam & opinionem hominum nihil querere videbantur pharisæi aliud. Veruntamen quod hic legis doctor dicitur Christum tentasse, cui Christus, secundum alium Euangelistam dixerit: Non longè es à regno Dei, mirum est, quomodo non longè fuerit à regno Dei, qui Christum iniqua intentione tentauerit. Dicendum: Si idem est legis peritus, seu doctor, cuius apud alios quoque Euangelistas sit mentio, tunc mala intentione ad Christum tentandum accessit. At vbi Christum

Christum audiuit respondentem, mutatus est, dilectatusque in Christi response, laudavit Dominum, quod optime responderit: Cui deinde quod Dominus dixit. Non longè es à regno Dei. Vnde cognoscitur immutatus. Quem admodum & hi qui missi furant à principibus sacerdotum & senioribus Iudaeorum, ut Iesum captum ad se adducerent, audientes Dominum populo loquentem mutati sunt. Redeuntesque in seculo negotio, cum quare Iesum non adduxissent, interrogati fuissent, responderunt: Nunquam si locutus est homo ut loquitur iste. Posset tamen dici, quod vbi dicitur, tentans eum, non sit acceptum hoc verbum tentans in malam partem, sed tentare voluerit Iesum ut ignotum, & experiri, verè ne in illo esset perfectio tanta quanta dicebatur.

Ioan. 7.

Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum.

Interrogauerat legis doctor de primo & maximo mandato, quod illud esset tanquam primum, potissimum, maximeque necessarium. Et respondit Dominus præceptum hoc esse dilectionis. Erat enim varietas opinionum hac de re disceptantium, quibusdam hoc, alijs aliud supremum esse mandatum dicentibus. Ideo hic legisperitus, cum illius esset opinionis, puta, præceptum charitatis esse primum atque præcipuum, volens experiri quid Dominus quoque sentiret, interrogavit. Responsum autem accepit: Diliges inquit. Quare non dicit timebis? quia diligere magis perfectius est quam timere. Illud enim filiorum est, hoc seruorum. Timor enim poenā habet, quam charitas foras mittit: porro dilectio fiduciam præstat.

1. Ioan. 4.
Timor sanctus & filialis quis.
psalm. 118.

Non ignoro tamen quendam esse timorem, qui coniunctus charitati, qui vocari solet timor reuerentialis & sanctus, de quo scriptum est: *Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi.* Hic nanque timor etiam in futura vita non peribit. Ad cuius similitudinem & modum timent filii ingrati inueniri aut esse parentibus, timent offendere, timent contristare. Timet autem non propter se, id est, ne sibi propterea malè contingat, sed timet propter parentes, ne quod illos contristet, ne, quod illos molestat aut quod dedecet, faciant. Hic timor crescit cum charitate, tantum abest, ut minuat expellatur ve.

Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ut omnes cogitationes tuas in Deum reflectas. Ex tota anima tua, ut omnes affectiones tuas in Deum conuertas. Ex tota mente tua, id est, ut omnes sensus tui Deo vacent. Alius enim est amor cordis, alius animæ. Amor cordis quodammodo sensualis atque carnalis, quia sensibilis est. Amor animæ non sentitur, sed intelligitur, quia amor hic in iudicio animæ constituitur. Tantum enim diligit Deum, quanti æstimat illum. Qui credit apud Deum omne bonum esse, & extra Deum nihil boni, hic diligit Deum ex tota anima. Tota verò mente diligit, cuius omnes sensus Deo vacant. Aut ita: Corde toto diligit Deum, qui diligit tota voluntate: tota diligit mente, id est, intellectu. Diligit tota anima, qui memoria alijsque potentijs animæ diligit. Hoc est primum, præcipuum, & maximum mandatum. Maius est enim diligere Deum, quam hominem,

Quomodo diligendus sit Deus ex toto corde, ex tota anima & ex tota mente.
Chrysostrum.

NNNN 3. minem,

T. VI
21

minem, præsertim cum ille diligatur propter se: hic autem propter alium, hoc est, propter Deum.

Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Aduerte quod præceptum de diligendo proximo dicit simile præcepto de diligendo Deo. Simile, inquam, dicit, non par, quia minus est dignitate. Quadrifariam autem homo est proximus noster. Primo natura, quia eadem natura conditi sumus. Secundo origine, quia ex vno patre sumus progeniti. Tertio hereditate: eadem enim hereditas nobis omnibus promissa est, quotquot credimus in eum, & quotquot potestatem accepimus filios Dei fieri. Quarto proximus noster dicitur lege: eadem enim lex nobis præcipitur, eadem nos lex ligat omnes ad obediendum Deo. Hic proximus noster nusquam in scriptura non declaratur diligendus: Nulla enim scriptura necessitatem hanc nobis tacet. Nam in Leuitico scribitur quod hic, & in Luca quoque habetur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Et in Ioanne dicitur: *Hec est præceptum meum ut diligatis inuicem*. Adeo autem vult proximum diligere nobis Deus, ut se non æstimet amari, nisi diligatur & proximus. Vnde in epistola Ioannes, *Si quis, inquit, diligit Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere?* Deinde ratio quoque nos cogit ad diligendum. Aut enim proximus noster est bonus, aut malus. Si bonus, hac ratione quia bonus est, diligendus venit. Est enim filius Dei, ut Ioannes testatur: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus*. Est præterea Christo omni genere necessitudinis coniunctissimus. Quod ipse palam Christus fateretur, dicens: *Qui cumque fecerit voluntatem Patris mei qui in calis est ipse meus frater, soror, & mater est*. Itaque qui bonus est, & Dei filius, Christi que frater, soror, & mater, quomodo diligendus non est? Porro, si malus est, adhuc tamen diligendus est triplici respectu. Primo, propter Deum. Si enim diuitis filij diligis quando sanus est, quomodo non diligis quando infirmus est? Hoc modo tu Dei filium, Dei plasma, Christi fratrem, quem ignoras cuius sit apud Deum futurus meriti, dilige, & dum sanus est mentis, & dum vesanus est: non quia vesanus est, sed quia Deus te & illum fecit. Quare tu etsi steteris etiam, non iudices, non contempnas cadentem, sed compatiaris, sciens quod potens sit Deus erigere illum. Secundo, diligendus est propter seipsum. Maiori enim compassione prosequendus, & maiori est fouendus dilectione, dum infirmus ægrotat, quam quando exultat sanus. Tertio, propter teipsum. Plus enim lucraberis amando proximum te non diligentem, aut tibi contumeliosum, quam quando amas beneuolum. Inde enim Dei efficieris filius, Christo dicente: *Diligite inimicos vestros, ut sitis filij Patris vestri qui in calis est*.

Proximi nostrum esse 1. omnem quadrifariam. Ioan. 1.

Scriptura ubique testatur ubique proximum esse diligendum. Leuitic. 19. Luc. 10. Ioan. 15.

Ratio ut cogat hominem ad diligendum proximum. 1. Ioan. 3.

Matth. 12.

Mose esse diligendos triplici respectu.

2. Corin. 10.

Matth. 5. Luc. 6.

Præceptum dilectionis vtrum sit vnum tantum vel duo. Rom. 13.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & propheta.

Videtur vnum (dicit aliquis) duntaxat esse præceptum, dicente Apostolo: Qui diligit proximum, legem impleuit. Dicendum: Ratio diligendi proximum est Deus, quem nemo non potest non diligere, quisquis illius intuitu hominem diligit. Plus enim semper diligimus eum, cuius nomine

ac me-

ac merito, aut ob cuius gratiam diligimus alium. Nam qui seruum diligit propter dominum, magis diligit dominum quam seruum, quem diligit tantum propter dominum. Inde tamen simul quoque intelligere nos necesse est, non omnem dilectionem legem implere. Nam si aliter, aut alio fine diligit proximum, quam propter Deum, iam non legem implēsti, nec præceptum obseruasti charitatis. Naturalis enim amor, socialis, ciuilibus, inhonestus, carnalisue nihil de charitatis implere potest præcepto. Quando igitur proximum diligit iubemur sicut nos ipsos, non est intelligendus ille amor, quo nos perperam, illiciteque diligimus, vt eodem diligamus & proximum: sed sicut nos ipsos in Deo diligimus & propter Deum, ita etiam eadem charitate proximis optemus salutaria, quæ nobis optamus, aut optare debemus. Eadem illis faciamus, quæ iuste nobis optamus fieri. Diligere enim alium, est ei bene uelle. Voluntas autem bona haudquaquam otiosa est. Quare si vera est, procedit in opus. Et quia charitas est, fit etiam vt dilectio proximi malum non operetur. Plenitudo itaque legis dilectio est Dei & proximi. Siquidem omnium virtutum origo, regina, nutrix & finis est charitas, qua Deus amatur & proximus. Et quamuis duo sint præcepta charitatis: vna est tamen charitas, qua Deus, proximusque diligitur. Eo igitur amore quo Deum & quo nos secundum Deum diligimus, diligamus oportet proximum. Verbi gratia: Dicit Christus: *Qui amat animam suam, id est, qui diligit & fouet vitam sensualem, perdet eam.* Hoc modo male te amas, nec simili modo proximum te conuenit diligere. Scriptum item est: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Hoc salubre est odium charitatis & hoc odium extendere se debet etiã ad proximum, vt scilicet illi negentur ea desideria, quæ sunt ei detrimentum animæ.

Dilectio
quæ nã legẽ
impleat, &
quæ non.

Proximũ fo-
ut seipsum
diligere, quo-
modo fit in-
telligendum.

Roman. 13.
Dilectio quo-
modo fit ple-
nitudine legis.

Ioan. 12.

Ibidem.
Odium cha-
ritatis (salu-
tate ad proxi-
mum etiã ex-
tendendum:
est.

Psal. 139.
Lucã 10.

Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid videtur vobis de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

Quid sibi velit, quod dicit: Congregatis autem Pharisæis, fortasse miraris, cum sub initio Euangelij dicantur Pharisæi conuenisse. Dicendum, quod antequam Dominus interrogaretur tentandus, conueniant Pharisæi (sed hoc erat latenter tantum) vt tractarent inter se, qua illum arte tentarent. Et quia putabant illum latere posse, quæ ipsi in silentio simul musitabant, signum est, quod nihil prorsus de diuinitate eius credebant, sed ne suspicabantur quidem. Solutio igitur eorum concilio & conuentione, paulatimque illis separatis, alius post alium accessit ad Christum, & interim legis doctor suam fecit interrogationem. Omnibus itaque congregatis ad Christum Pharisæis, qui tunc presentes aderant, interrogat eos Christus, quoniam (vt dixi) de Domino Iesu nihil augustius, quam de homine sentiebant, cuius esset filius.

T. VI
21

futurus Messias Christus. Cui dum facilliter ac verè (quo ad humanam naturam) responderent, Dauid hunc esse filium (neque enim ignorabant Dauid esse promissum, vt de semine eius federet super solium eius) iterum obijcit Christus, quomodo Dauidis Christus possit esse filius, quem in spiritu, seu spiritali ac prophetali intuitu Dauid cernens, ait: *Dixit Dominus Domino meo*, hoc est, dixit Dominus Pater Domino meo Christo, *sedes à dextris tuis*. Quæ verba si de diuinitate intelligantur, sensus est: Esto mihi æqualis. Si de humanitate: Esto mihi vicinior in potioribus bonis meis præ omnibus creaturis & participibus tuis. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. hoc est, donec plene tibi omnes subijciã inimicos tuos, qui te contempserunt: quod erit in die iudicij, vbi potestate & virtute plenus apparebit Dominus Iesus iudicaturus omnes suos inimicos cum diabolo ad ignem perpetuum. Itaque concludens: Si, inquit, filius est Dauidis Christus, quomodo eum Dominum vocat? Aut si eius est Dominus, quomodo vocari potest filius? Nemo enim in hominibus esse Filium iudicat Patre maiorem.

Psal. 109.

Matth. 23.

Nemo poterat ei respondere verbum, neq; ausus fuit quispian ex illa hora eum amplius interrogare.

Nihil ad hanc quæstionem, quæ supra captum eorum erat, respondere poterant. Nam Christum credebant, expectabantq; hominem tantum. Quare quomodo Dauid suum vocaret Dominum, non intelligebant. Nam si intellexissent, facilis fuisset illis responsio. Dixissent enim duas in Christo fuisse naturas, vnam personam. Fuit enim Christus Deus & homo, vnus Emanuel. Itaque iuxta naturam humanam, quam ex Dauid suo habuit patre, filius erat Dauid. Iuxta verò naturam diuinam, qua Patrem habuit Deum, Dominus fuit Dauid. Cum itaque non possent respondere (quod superbis solet mentibus euenire) ignominia ducunt se magna affectos, propterea quod indoctiores Christo non poterant respondere. Retrocedunt igitur, nec ausi sunt amplius eum interrogare. Potius Dei sapientiam agnouissent, Christumq; se humiliassent, petentes ab eodem se illuminari. Sed rarum est aliquid, vt superbi & magni in oculis suis illuminentur. Propterea Christus confitetur Patri suo, quod cælestis vitæ mysteria, Ecclesiæq; ac fidei arcana absconderit quidem a sapientibus & prudentibus huius sæculi: reuelauerit autem ea paruulis, id est, humilibus.

Christus quomodo filius & Dominus sit Dauidis.

Matth. 11.
Lucæ 10.

Sapient. 1.

Intellectum suum quomodo captiuum tenere debet a homo.

Quæstiones curiosæ quomodo abigendæ sint.

Ad vos igitur pertinet filij charissimi, sentire de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querere illum. Quapropter subijcite intellectum vestrum in obsequium Christi, atque captiuum tenete intellectum vestrum, ne aliter sapiatis, quam vniuersa Ecclesia catholica sapit. Si quid vestrum exuperat intellectum, vt capere nesciatis, quid credendum, quid ve sic tenendum, fidem vestram communi vniq; fidei societis Ecclesiæ. Atque constantè quod Ecclesia credit, credere vos astruit. Nolite discutere, aut inuestigare velle, vt ea, quæ sunt fidei, intelligatis. Sed potius dicite: Quicquid Ecclesia credit, credo ego quoque & palam & tacite. Non tamen quero rationem vt credam, quia satis est mihi annunciatio per Christum, cuius ob honorem, ob reuerentiam, & auctoritatem credo, quicquid credi debet. Hoc modo omnes scrupulos & quæstiones curiosas abigite. Dominus autè noster Iesus Christi

Christus vos illuminet & dirigat ad salutaria, qui est in secula benedictus,
Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

*De charitatis & amoris carnalis differentia, & de modo
ordineque diligendi.*

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. XXII. Cum Ioannes dicat Apostolus: *Qui non diligit, manet in morte*, quam necessaria sit charitas, inde liquet quod vitam non habemus spiritus, vitamque gratiæ, nisi diligamus Deum. Mortui, inquam, sumus in anima, quam primum Deum non diligimus. Circa hanc dilectionem & diligendi modum multa hic dicenda sunt. Primo nanque consideranda veniunt, quæ sint quæ teneamur diligere, & quo ordine. Itaque primum, præcipuum & maximum, quod diligendum est, est Deus, qui hic iubetur diligi ex toto corde, & super omnia. Tunc autem diligitur eum ex toto corde, & super omnia quædo omnes motus animæ tuæ ad Deum refert, continesq; cor tuum, ne ad illam creaturam inclinatum sit contra Deum. Sunt autem quatuor affectiones cordis, quas in Deum esse oportet conuersas, sicut timor, amor, spes & gaudium. Vis scire quomodo eas ad Deum conuerti oporteat? Primo, ut nihil timeas, nisi Deum. *Nolite inquit, timere eos, qui occidunt corpus: sed eum time, qui potestatem habet mittere corpus & animam in gehennam ignis.* Nam qui corpus occidunt, cum iam expleuerint quod volunt, quid amplius facient? Nihil possunt vltra, quam quod hominem alioqui moriturum ex hac miseria, & ex ærumnis eripiunt multis. Vitam nobis auferre possunt temporalē, quam nihilominus, ut debemus Deo sumus resignaturi. Sed nunquid propterea eos, qui potentatum habent in terris, timebimus, ut propter ipsos quid illiciti vel minimum contra Deum faciamus? Nequaquam, sed magis quæ hominem timeamus offendere Deum. Quem ne offendamus, non timeamus quemcunque offendere hominem. Deo enim magis oportet obedire, quam cuius homini. Occidat, qui vult occidere, spoliat bonis, qui vult spoliare, modo Deo nos non spoliat: & tunc semper triumphabimus diuites. Melius est enim (ut Augustinus ait) Deo dilecto emori, quæ offenso viuere. Secundo, ut nihil diligas, quam Deum, aut propter Deum. Quicquid amabile non est propter Deum, cuiusmodi est peccatum, hoc noli amare. Quicquid vero amabile, aut tolerabile est, aut amari licet, non debet aliter amari, quam in Deo, aut propter Deum. Tertiò, spes tua reducenda est in Deum, ut nulla super te veniat tanta calamitas, nulla tentatio, quæ spem & confidentiam tuam extinguat in Deum. Sed dic cum Iob. *Etiā si occiderit me, sperabo in eum.* Quarto, gaudium tuum in solo Deo sit. De nulla igitur re alia post Deum gaudeas, nisi quæ te viciniorem facit Deo, aut quæ coniungit te Deo. De illo enim, vnde non places, sed displices Deo, non est gaudendum.

Secundum quod tenemur diligere, est anima. Animam tuam diligere debes, & animam proximi tui, tanquam Dei imaginem. Imago nanque alicuius rei diligitur propter hoc, cuius est imago. Ita hoc modo anima pro-

OOOO pter

pter Deum est diligenda, tāquam Dei imago, & sicut thesaurus preciosus, pro quo Christus omnia dedit sua, vt illum compararet. Quomodo enim Deus omnem excellit creaturam, sic anima omnem corpoream dignitate superat creaturam.

Animæ dignitas & excellentia quanta.

Imo totus mundus vnus animæ precio non potest æquari. Neque enim pro vniverso dedisset mundo Christus, quod pro anima dedit. Hæc itaque diligenda abs te est, ne ipsam inquines, neve fordidus polluas peccatorum.

Psal. 10.

Si enim peccatis animam polluis, haudquaquā diligis animam tuam. Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Magis autem consentire te decet, vt omnia bona corporalia pereant, quam vt tua vel cuiuspiam alterius anima pereat. Imo, vbi animā vel tuam, vel alienam à peccato seruare aliter non possis, portus corporis est amittenda vita, quam anima. Qui enim aliter im-

1. Ioan. 3.

pleremus Dei mandatū, nisi vt vitam pro fratribus ponamus? Non iuberis vitam tuam corporalem pro alterius vita corporali ponere, sed iuberis pro anima fratris conseruanda, aut eruenda a morte, corporalem vitam (si aliter illi subueniri non potest) in mortem tradere. Tercio loco tenemur corpora nostra diligere, ne eadem destruamus. Tenemur ea in sanitate & integritate, quo ad Dei manent seruitium idonea, fouere & conseruare. Itaq; si deuotionem sentis spiritus ac feruorem, ita illum exerce, ita tempera, ita rege, ne destruas, sed regas, humilitesq; corpus tuum: quo destructio necesse fieret etiam, vt deuotio periret. Bonum itaque corporis, hoc est vita corporalis, anteferenda est rebus caducis & externis. Quarto loco temporalia, vt vtilissima bona, sunt diligenda, tanquam adminicula, sine quibus non viuunt, nec Deo potest serui. Possunt igitur eatenus diligi, quatenus ad amorem conducunt Dei. Secundo sciendū est, quando dicitur, Diliges Dñm Deum tuū ex toto corde tuo, hoc præceptū nō perfecte posse impleri in hac vita, nisi dicatur perfectū, quando tantū ibi est de perfectione, quantum potest obtineri. Nō enim potest obtineri tāta perfectio in hac vita, vt, iuxta quod verba sonāt, dilectionis præceptū in hac vita possit impleri. Quocirca hoc, quod in infimo gradu est perfectionis, videtur satisfacere præcepto. Verbi gratia, vt hic in charitatis præcepto dicamus præuaricationem te euitare, si nihil sit in corde tuo, quod contra aut supra dilectionē sit Dei. In hac namq; vita ex parte cognoscimus, & ex parte etiam diligimus. Propterea nō minor in nobis esse debet charitas, quam vt Deū diligamus super omnia, hoc est, nihil Deo æqualiter, nihil supra Deum, nihil contra Deum diligamus. Dicit enim Bernardus: Ego sanè puto non ante perfectē impletum, vt diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, quousque iam cor non cogatur cogitare de corpore, & anima iam desinat curæ corporis intendere, in administrando vires, potentias, motus & actus. Nec præceptum hoc: vt dictum est, constituit nos transgressores. Nam quod minus habet imperfectio conuersationis nostræ, supplet humilitas confessionis. Magis enim vult Deus sibi à nobis exhiberi humilem defecionem, quā superbam completionem. Propterea enim mandauit mandata sua custodiri nimis, vt videntes imperfectionem nostram in implendo hoc mandatū, id est, cum id, quod debemus non valeamus implere, fugiamus ad eius misericordiam, decentes: *Quantum melior est misericordia tua super vitas.* Potest tamen nihilominus dici quod

Corpus suum qua ratione teneatur homo diligere.

Bona temporalia quatenus diligenda.

Dilectionis præceptum vitam in hac vita possit impleri.

1. Cor. 13.

Bernardus.

Psal. 119.

Psal. 64.

quod insufficientis, imperfectaque expletio, huius præcepti transgressionem non constituit, sed contemptus. Quamvis enim arduum, imo impossibile sit hoc præceptum in hac vita impleri, aut ad illius perfectionem attingi, transgressionis tamen culpam euadimus, si vel infimum gradum attingerimus charitatis. Sic enim dicit Psalmista: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur.* Ac si dicere: Imperfectionem meam, qua non impleo charitatem, in illa, vt deberem plenitudine ac perfectione, viderit oculi tui: non tamen mihi desperandum est, quoniam quisquis habuerit charitatem, licet non in plenitudine qua deceret habeat, nihil secius tamen in libro tuo, hoc est, in libro vite omnes scribentur, qui vel infimum habent gradum. Est itaque impletio huius præcepti in hac vltima, sublimique perfectione ad salutem non prorsus necessaria. Alioqui nemo maneret in statu salutis, quia nemo huius perfectionem in hac vita implebit. Diligamus igitur filij Deum, non verbo tantum aut lingua, sed opere & veritate. Vultis nosse an diligatis Deum? Interrogate corda vestra, interrogate linguam vestram, interrogate sensus, actus & corpora vestra, verè ne diligatis Deum. Videte, si in omnibus quaeritis Deum, si cuncta referatis ad illius gloriam, ne de illorum sitis numero, de quibus dicit Apostolus: *Confitentur se nosse Deum, factum autem negant.* Et iterum alibi in Epistola Ioannis: *Qui confitetur se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est.* Et Christus dicit in Evangelio: Vos amici mei estis. Quando? Si feceritis, inquit, ea quæ præcipio vobis. Qui itaque esse vult Euangelicus, in hoc sit Euangelicus, vt Dei Euangelijque præcepta perficiat. Porro si in vita tua caro tantum viuat, & carni tantum seruitur, quid prodest tibi nomen Euangelicum, cum sis carnalis torus? Quomodo ergo Christus dicit: *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me, si tu sine mandatorum impletione Deum diligis?* Quæ, inquis, sunt mandata? Quæ hodie de dilectione Dei & proximi recensentur. Præcepta enim Dei sunt ea, quæ ad Dei pertinent cultum, in prima tabula Mosis scripta, de vno adorando, colendoque Deo, de nomine eius in vanum non assumendo, de sabbatoque sanctificando. Reliqua quæ in secunda tabula scripta erant digito Dei, erant quæ ad iustitiam & dilectionem proximi pertinent. Quæ omnia (vt Apostolus ait) in vno verbo instaurantur: *Diligas proximum tuum sicut teipsum.* Qui enim proximum diligit, non occidit illum, non furatur, non cum illius vxore adulteratur, non illius rem concupiscit, & alia scelera, nefariaque, quæ charitas non tolerat, & lex vetat, non admittit. Tertio, non est tacendum nonnulla esse, quæ considerata ad Dei inducere possunt dilectionem. Est enim iustum pariter ac dignum diligere à nobis Deum. Primo, quia Deus ipse bonus est. Bonum autem solum est amabile & acceptum voluntati. Vnde quicquid optat voluntas, non aliter illud appetit, optat, aut vult, quam sub ratione boni. Deus igitur quum sit summè bonus, summè est amabilis & immenso diligendus amore. Proinde Christus: *Nemo, inquit, bonus, nisi solus Deus.* Secundo, hoc iustissimum est, quia prior dilexit nos. Quod Ioannes testatur in Epistola dicens: *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam prior ipse dilexit nos.* Et Hieremias: *In charitate perpetua dilexisti te, Adco te dilexit, vt dilecta omnia relinqueret, & sua omnia in tuos*

T. VI
21

Ierem. 12.
Esaie 11.

vsus effunderet. De quo iterum Hieremias: *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam*, id est, Angelos caelestes haeredes caeli. *Et dedi dilectam animam meam in manus inimicorum.* Vide iam si diligis amicum qui pro te effudit sanguinem? Si diligis qui rem aliquam vilem pro te exponeret, quanto magis is tibi est diligendus, qui pro te dedit in mortem animam suam? Quod pensans diuus Bernardus, dicit: O quam vehementer amplexatus est me in cruce, in qua effluxit aqua de latere, manauit sanguis ex corde, recessit anima ex corpore.

Bernard.
Ioan. 9.
Charitas nostra quanta debeat esse ad Deum.

Quarto, si queras quanta esse debeat charitas tua ad Deum, dicendum ex Bernardo: Modum ponere charitatis, est ponere modum sine modo. Primo namque cum sit Deus infinitus & immensus, ideo infinito est amore diligendus. Propterea enim nullus amori est praefixus terminus, finis aut mensura. Quamuis autem nulla creatura ad infinitum se possit extendere, cum sit omnis actio creaturae finita & limitata: voluntas tamen, desiderium & affectus in creatura ad infinitum se potest extendere. Secundo, cum infinito nos Deus ipse quoque dilexerit amore, ideo absque mensura, & sine fine est diligendus. Tertio, quia infinita nobis bona tribuit: ideo infinitos ei tenemur offerre affectus charitatis. Ideo sanctus Thomas: *Causa, inquit, diligendi Deum est diuina bonitas, quae est infinita. Non est modus in charitate ultra quem non oporteat progredi.* Et Hugo: *Quantum potes, tantum dilige. Mensura tua sit potestas tua.* Quarto, quia infinita nobis ex Deo utilitas accidit. *Quam magna*, inquit Psalmista, *multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te.* Si timentibus te, inquit Augustinus, quid tunc diligentibus te? Seruorum enim est timere, filiorum vero diligere. Quinto, pensandum est, quam multiplici differant modo amor carnalis & amor diuinus, licet in multis etiam assimilentur. Primus modus, quo amor carnalis a spirituali differt, est, quod qui diligit Deum, semper habet praesentem quem diligit. De quo non incongrue dicit Psalmista: *Si ascendero in caelum tu illic es, & si descendero in infernum, ades.* Porro, amor carnalis minimè habet quem diligit. Exerit enim se amor ille saepenumero inutiliter ad ignorantem, ad eos qui redamare spernunt, & ad absentes. Secundus est modus, quod amor carnalis non diligit confidenter. Qui enim alium diligit carnaliter, nescit an redametur. Multos enim (vt dixi) diligitur, qui nos e regione non redamant. Multos diligimus non amantes. Verum de Deo hoc aliter est. Iesum enim cum diligitur, non possumus ambigere, quin rursus nos quoque diligit ipse. Dicit namque in scriptura: *Ego diligentes me diligo.* Tertio, amor carnalis diligit nescientes. Hoc enim amore diligitur eos quoque qui non sunt, aut quos nunquam vidimus, ex fauore alicuius virtutis, vel gratulatione alicuius nobiscum similitudinis. Verbi gratia: Pugnax diligit pugnantem, iracundus iracundum, & in narrationibus quas audimus aut legimus, vbi sui quis audierit similem, mox natura arridente, illi plus, dum huius adhuc rationem ignorat, saepenumero afficitur. Itaque diligitur saepe quis ignorans se amari. Verum de Deo secus est. Nemo illum diligit potest ignorantem. Omnes enim in homine animi motus intentionemque considerat. Minimè igitur latenter potest amari. Quarto, in amore carnali contingit saepe falli, vt putes te ad gratiam dilecti facere, gratiamque illius

S. Thom.

Hugo.

Psal. 30.

August.

Amor carnalis & amor diuinus quomodo differant.

Psal. 118.

Bequet. 1.

illius nem mens terp nim inter quic solu ablu mar que nihi lis n quan in do vt D non tes, susti beri, atter pref ratur hlin est, q tiam fertu temp Nam dilec tia m nulli filij, Omr ceatit cicias sur

illius te propterea mereri, vbi contra impetras offensionem & indignationem. Fauente namque licet animo tu feceris quid in gratiam amici: ipse tamen, quia cor tuum non videt, multifariam aliter hoc accipere, aliter interpretari, aliter quæ iudicare potest. Hoc non habet Dei amor. Quicquid enim simplici & recto corde feceris, non rejicit, quia diligit simplicitatem & intentionem considerat sinceritatis. Quare non potest ei non placere, quicquid simplici illi corde obtuleris. Quinto, amor carnalis odit corruale: solus enim vult amare & amari. Idcirco inuidet alijs simul amantibus. Sed aliter est in amore Dei. Quisquis enim Deum diligit, ille non solus cupit amare, sed quoscunque potest vt Deum diligant, hortatur, suadet, inducit atque inuitat. Delectatur ac gaudet, quod secum multi ament Deum. Scit enim nihil sibi perire, nec minus à Deo propterea se amari. Sexto, amor carnalis non potest sustinere præter se quempiam plus amari. At verò Dei amor, quamuis Deum super omnia amet, potest tamen bene sustinere alium sibi in donis, beneficijs atque in ipso amore præferri. Potest inquam, sustinere, vt Deus alium plus quam se diligit. Scit enim Deum esse iustum, & aliter non posse quam iuste agere, nulli iniuriam fieri, vbi omnes malè operantes, & non nisi sibi damnationis viuimus, & per misericordiam Dei solam sustinemur. Septimo, carnalis amor non sustinet se contemni, aut post haberi, aut sibi alios præferri. At amor Dei, quia nihil quærit nisi Deum, cuius attendens excellentiam, suamque vilitatem, non miratur, nec ægrè fert, si præferantur sibi alij. Satis illi est, imo in hoc consolatur se, quod Dei numeratur locaturque inter amicos, quamuis vilior alijs, aut inter viliores vilissimus. Octauo, differt amor Dei ab amore humano, quia amor Dei, hoc est, qui Deum amat, certus est se amari, nec Dei dilecti perdere posse amicitiam, nisi suo ipsius vitio. Nunquam enim Deus deserit amantem nisi desertus. Nunquam prior ab amico recedit, sed expellitur & abijcitur contemptus. Verum amor carnalis, seu humanus prorsus alio se habet modo. Nam iuxta arbitrium suum vel diligit, vel non diligit se amantem: nec qui dilectus est, amanti se respondet semper amore. Quapropter nulla amicitia melior, nulla suauior, nulla fidelior, nulla constantior, nulla securior, nulla denique felicior, quam ea quæ est in Deo. Hanc igitur solam quærere filij, hanc amate. Felices, qui in Dei estis amicitia, qui in eius gratia viuistis. Omnem creaturam potius deserite & contemnite, quam vt Christo displicetis aut Christum non diligatis. Illum rebus cunctis anteferte. Eius amicitiam quamdiu tenetis, nec diabolus, nec homo, nec quid vniuersis aduersum vos valebit mundus. Hoc vobis charissimi largiatur Dominus noster Iesus Christus, qui se diligi iubet, vt nostri iuste misereatur, nobisque iuste beneficiat. Qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Amicitia omnium felicissima quærenda quæ sit.

T. VI
21

DOMINICA XIX. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Ephesios IIII.

Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate & ueritate. Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare diabolo. Qui fur ab aere, iam non fitur. Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Psalm. 4.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Quomodo nusquam non alibi, ita hic quoque Ephesios admonet Paulus de exuendo homini uetere, & induendo nouo. Dicit igitur: Renouamini spiritu mentis uestrae, hoc est, ad priorem nouitatem, quam Adam pater uester olim habuit antequam peccauit, quando ad imaginem sui creatoris fuit creatus, redite: quam nouitate mentis per peccatum amissam, in se ipso Christus nobis reduxit. Renouari itaque spiritu mentis, est induere (ut alibi idem Apostolus monet) Dominum nostrum Iesum Christum, id est, eius assumere similitudinem & uiuendi formam. Propterea sequitur: Et induite nouum hominem, cuius formam & imaginem in se uobis expressit Christus. Huius conuersationis conformitate uos perinde ac indumento contegite, quo nihil Christo dissimile, aut contrarium in moribus uestris appareat. Itaque hunc nouum hominem Christum induite, qui secundum Deum, id est, sola uirtute Dei, & potentia Spiritus sancti creatus est, in iustitia uera, ueraque sanctitate, absque ulla peccati contagione. Eam ob rem ut illum induere, ad eius similitudinem uiuere, ipsiusque vitam in uobis exprimere possitis, hoc agite, ut deponentes omne mendacium, id est, desistentes mentiri, loquimini unusquisque ueritatem cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra, quorum alterum fallere non decet alterum. Quod si ueristatis & de pristinis moribus quippiam in uobis deprehenderitis, irascimini uobis ipsis. Agite poenitentiam, & nolite deinceps peccare. Aut ita: Irascimini quidem motu irae naturali, ac subito rationem praueuiente (hoc enim permitto, quia ab huiusmodi ira non estis liberi) sed tamen nolite eo usque consentire huic passioni, nolite huic uicio tantum locum dare, ut propterea quicquam agatis, uelitis, aut loquamini, quo peccetis. Sol non occidat super iracundiam uestram. Tantisper nolite iram seruare, ut in crastinam uobiscum perseveret, sed ante uesperum, ante solis occationem, ad tranquillitatem, animique serenitatem redite. Aut ita: Sol iustitiae Christus Dominus non occidat, ac subtrahatur uobis per iracundiam uestram. Non adeo iram finatis uobis dominari, ut lumen diuinae gratiae, aut intelligentiae sol uobis obtenebrescat. Et quia ira malum cogitat, & quomodo

Genes. 1.

Rom. 15.
Renouari spiritu mentis quid sit.

modi
modi
tis fug
barur
Nec a
quod
habeat
mofy
da. I
fiater
E
A
dorm
perau
Euang
rum,
tesq
tuerer
eis. P
ret mi
mare
didici
quod
ta fan
rere,
sentia
rum in
lant,
stus re
Et hin
A
uitate
Red
lax, n
Nazar
sum in
ceptus
quod s
tem su
non eu
Videtur

modo perficiat, meditatatur, vos nolite locum dare diabolo, qui per huiusmodi ostium in vos nititur intrare. Si nititur autem intrare, si eius consenseritis suggestionibus, aut si ad iniquitates pristinas redieritis. Idcirco qui furabatur, aut aliud quid peccati huiusmodi exercere solebat, iam non furetur. Nec aliena tollat: quin potius ipse quoque laboret manibus suis, operans quod licitum ac bonum sit opus, unde non solum se honeste nutriat, sed habeat etiam unde tribuat egeno, aut necessitatem patienti. Est enim elemosyna, non de male acquisitis, non de alienis, sed de iuste acquisitis danda. Ideo hic dicit: Operetur quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Elemosyna
unde facien-
da sit.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE XIX.

post Dominicam S. Trinitatis, Matthaei IX.

Ante hoc Evangelium praesentis huius Dominicae scribit Matthaeus, quomodo cum discipulis ascenderit Iesus in nauculam, & de Galilea se contulerit in regionem Gerazenorum, in nauisq; adhuc constitutus dormierit: orta vero tempestate à discipulis excitatus surrexerit, ventis imperauerit, factaque sit tranquillitas magna. De illa profectioe habuimus Evangelium post octauas Epiphaniae. Itaque cum esset in terra Gerazenorum, occurrerunt ei duo viri habentes daemonia saevi & crudeles, habitantesq; in monumentis, hominibusq; infesti, adeo ut eadem via homines metuerent transire. Veruntamen occurrentibus illis, Iesus eiecit daemonia ab eis. Porro daemonibus petentibus, ut gregem intrarent porcorum, quo fieret miraculum euidentius, concessit: totusq; ilico grex porcorum praecipit in mare currens, submersus est. Quamobrem cum haec oppidani ciuitatis illius didicissent, ad vnum ferè omnes egressi, rogauerunt Iesum ex humilitate, quod creditur, à sinibus suis ut recederet. Aestimabant enim indignos se tanta sanctitate. Potuit tamen nihilominus fieri, ut maluerint Iesu potentia carere, quam stare sub periculo amissionis temporalium rerum per eius praesentiam. Huiusmodi enim timorem colligebant ex miraculo gregis porcorum in mare merforum. Hoc modo hodie sunt multi, qui à se remittere malunt, atque praesentia Iesu carere, quam suos porcellos, id est, illicitos quosque relinquere. Itaque, inde descendens Iesus, redire statuit in Galilaeam. Et hinc sequitur Evangelium hodiernum.

Matth. 9.

Ascendens Iesus in nauculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.

Rediens Dominus ex regione Gerazenorum per fretum seu mare Galilaeae, nauicula transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Si ciuitatem Christi Nazareth quis velit hic nominari, dicere posset primo quidem diuertisse Iesum in ciuitatem Nazareth, quae ciuitas Christi dici poterat, quia erat ibi conceptus & educatus, postea vero se contulisse in Capharnaum, vbi miraculum quod sequitur, fecerit. Nihil enim scribit hic Euangelista, nisi quod in ciuitatem suam venerit, & deinde miraculum in paralytico fecerit: quod tamen non euestigio, sed inde abiens in Capharnaum facere potuit. Probabilius tamen videtur esse, quod communiter sentiunt doctores, ut Capharnaum hic dicatur ciuitas

Nazareth cur
ciuitas Christi
dicitur.
Luc. 1. 2.

OOOO 4 uitas

T. VI
21

Capharnaum
cur dicatur
ciuitas Chri-
sti.

uitas (vt textus habet) sua, hoc est, Christi, non aliam ob causam, nisi quod frequens ibi morabatur, multisque signis & miraculis illam nobilitauerit.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.

Marc. 1.

Audito reditu Iesu, paralyticum quendam Capharnaicæ ad eundem curabant introferre, quem credebant à Domino pijsimo sanandum. Erant autem viri quatuor portantes eum in grabato, siue in gestatorio lecto, vt pauperibus sterni solet. Cum verò ad domum venirent, vbi prædicabat Iesus, nimiam inuenerunt populi multitudinem, adeo vt præ turba non potuerint Iesum accedere. Confortati igitur & excitati fide, ascenderunt super domum, & fracto tecto, seu aperto, submiserunt paralyticum funibus de alto ante pedes Iesu. Nihil enim dubitabant infirmitatem supplicaturam pro misero. Nouerant quoque Dominum misericordissimum, & ad huiusmodi beneficia prouum.

Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Aduerte quia Dominus Iesus dicitur vidisse, hoc est, attendisse fidem offerentium: vt intelligas non parum prodesse fidem alienam, maximè autem, vbi quis vel per ætatem aut insaniam, aut per infirmitatem sui parum compos est, vt queat habere fidem. Adeo autem huic profuit fides aliena, vt ad infirmitate per illam curaretur: quamuis verisimile sit infirmum quoque habuisse fidem ad Christum. Quomodo enim alioqui se permisisset per tectum submitti, nisi auidus sanitatis sperasset hanc se assecuturum à Christo?

Fides aliena
quomodo
profit infan-
tibus ad salu-
tem.

Hoc modo infantibus & fatuis natis prodest fides parentum, siue offerentium ad baptismum, in quorum fide paruuli baptizantur, mundantur, filij que Dei ac cælestis regni efficiuntur hæredes. Coafide, inquit, fili. Obserua misericordissimum Dominum, vt miserum hunc hominem, quem pharisei dedignarentur aspicere, filium vocat, ipsum erigens ad confidentiam erga se, & dicens: Confide fili, nam recipies sanitatem, cui maiora quoque, quam est sanitas corporis, conferrentur. Remittuntur enim tibi peccata, quo sanitatem consequaris etiam animæ. Hæc autem verba dicens Dominus Iesus creditur displicentiam, contritionem que peccatorum (sine qua adultis non remittuntur peccata) infudisse paralytico. Nemini tamen hic videatur mirum, quod homini, paralytico & quærenti sanitatem peccata primum remiserit, quam ab ægritudine liberauerit corporis. Voluit enim nos docere peccata nostra haud raro multorum, puta aduersitatum, infirmitatum que nobis esse occasionem & causam. Antequam igitur plenam illi contulit sanitatem corporis, & propulsata manifesta infirmitate, prærogauit illi animæ (quæ potior erat) sanitatem, instar medici boni, qui primo data purgatione vitiosorum humorum, sanitatem paulo post introducit.

Peccata no-
stra multo-
rum malorū
sæpe occasio-
nem.

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Audierunt scribæ & pharisei Christum dixisse: Remittuntur tibi peccata tua. Quæ verba, tamethi alius quispiam dixisset homini, potuissent in meliorem partem interpretari, vt sensus esset: Remittuntur tibi peccata tua, scilicet

scilicet
& pl
dia
sibi
cata
mi
guit
Se
hu
tem
vno
bene
Chr
Dei
qui d
luit
sequ
tatio
agar
cata,
tiqu
E
gita
mit
N
esse
oper
mini
dubi
man
tion
cere
cata
bere
vesti
cord
mit
vtru
nita
tere
di, &
V
terr
tuū,

scilicet à Deo. Verum nihil moderatum de Christo sentire poterant scribæ & pharisæi, sed omnia ad calumnias verba eius trahebant. Mox enim invidia stimulante Christum insimulabant præsumptionis, arrogantia quæ, qui sibi cum purus ac solus esset homo, diuinitatem ascriberet remittendo peccata, quod esset blasphemia. Quis enim peccata potest, inquit, dimittere, nisi solus Deus? Credatis igitur scribæ Christum Deum, & non erit ambiguitas aut murmur.

Sciendum hic, blasphemiam committi posse triformiter. Aut Deo attribuendo quod Deo non conuenit, vt est peccare, ignorare, errare, impotentem esse, &c. Aut ab eo remouendo, siue in eo negando, quod ei competit, vt negando eum summè bonum, Omnipotentem, &c. Aut creaturæ ascribendo, quod solius est Dei. Et hoc tertio modo putabant scribæ & pharisæi Christum blasphemare. Credebant enim eum solum hominem, qui quod Dei est proprium, sibi arrogaret. Legerant enim de Deo scriptum: *Ego sum qui deo iniquitates tuas propter me.* Verum duplici argumento probare se voluit Dominus Iesus non blasphemare. Primo enim ostendit sibi in hoc vt sequitur, inesse diuinitatem, quia notas sibi esse monstrabat aliorum cogitationes, quod nihilo fecius solius erat Dei. Quis enim nouit quid in corde agatur hominis, nisi solus Deus? Deinde quod rectè dimiserit homini peccata, per sequens probat miraculum, quo eum ab infirmitate liberat, sanitateque restituit.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula?

Non credebant scribæ & pharisæi Dominum Iesum aliud quam purum esse hominem. Idcirco scandalizabantur sæpius in Christi sermone & eius operibus. Veruntamen scandalum hoc sibi ipsi sumebant. Fecerat enim Dominus Iesus, & ostenderat illis tot signa & virtutes, vt merito non possent dubitare, sed asserere etiam cogere, nisi inuidia illos excecasset, non humana, sed diuina virtute illa fuisse patrata. Itaque Christus eorum cogitationes detegens, dicit: Vt quid mala cogitatis in cordibus vestris? Quasi diceret: Me dicitis blasphemantem, qui dico paralytico: Remittuntur tibi peccata tua, cum solus peccata remittat Deus. Si non creditis me potestatem habere dimittendi peccata, dicite mihi, qua potestate ego cogitationes cordium vestrorum cognosco secretas, cum æque Dei sit solius peccata dimittere, & recordis intueri secreta? Quid est facilius, id est, minoris potestatis, dicere: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? Aequè virtutis sanè est vtrunque. Vtrunque enim diuinam exigit virtutem atque potentiam infinitam, nisi quod in hoc differentia est. Nam in corporali miraculo aduertere potestis eius potestatem, per remissionem autem peccatorum, cuiusmodi, & an sequatur effectus, aut virtus, ignoratis.

Vt autè sciatis, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam.

PPPP Vt vo-

Blasphemiam committi triformiter.

Isaia 41. Argumento duplici probat Christus se non blasphemare.

1. Reg. 16.

T. VI
21

Vt vobis certum sit licere filio hominis, hoc est, filio virginis (nullum enim habuit patrem in terris Filius Dei) absque blasphemia dimittere peccata, videbitis quod facturus sim miraculum, quo cognoscatis non humana virtute, sed diuinitate me niti. Mandat itaque paralytico, dicens: Surge, tolle lectum tuum. Quare tolli lectum iubet? Ne phantasticum puretur miraculum: & vt lectum tollere possit atque portare, qui à quatuor viris huc fuerat portatus. Probat autem bifariam hoc miraculo se esse Deum. Primo, quia propria virtute illum infirmum curat, quod solius Dei est. Secundo, quia infirmum hunc sanauit in testimonium diuinitatis suæ, quo murmurantes conuinceret, non falso sibi diuinitatem arrogasse, sed verum se dicere, nec blasphemare, si dicat se Deum, aut si etiam peccata dimittat. Hoc namque miraculum non potuit esse nisi à Deo, cum per naturam hæc infirmitas hoc modo, id est, tam subito & nullo adhibito medicamine, profus fit incurabilis. Et cum ipsum miraculum fieret in testimonium diuinitatis Christi, quo probaret se verè esse Deum, veraciter esse quæ prædicabat, ideo non potuit non verum testari. Alioqui Deus, qui in huius rei testimonium & confirmationem verborum & operum Christi hoc fecit miraculum, astruxisset (quod impossibile erat) mendacium, aut mentienti suffragium præstitisset.

Deum se esse
pt. bat. Chr.
sus bifaria.

Videntes autem turbæ timuerunt & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Turbæ timebant videtes Iesum peccata dimittere, videntes eum secreta cordium manifestare, & in horum testimonium confirmationemque videntes eum non orando, sed imperando morbos incurabiles fugare. Fuit hic timor reuerentiæ. Siquidem hinc mirabilem Christi perpenderunt sanctitatem, dignitatemque. Et quamuis nondum crederent ipsum Deum, crediderunt tamen illum sanctissimum virum diuina virtute plenum, quomodo Nicodemus de illo sensit, dicens: *Scimus quoniam à Deo venisti magister*, scilicet nobis missus. *Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo.* Fatebatur Deum per illud operari, non fatebatur eum esse Deum. Sic turbæ præ illius reuerentiæ & admiratione timebant, & glorificabant Deum, gratias & laudes illi offerentes, quod tantam potestatem, vt hæc tria, quæ paulo ante dixi, Christus potuisset, dedit hominibus, id est, Christo, quem hominem tantum putabant. Ex consideratione itaque sanctitatis Christi, ex consideratione magnitudinis eius resiebant in considerationem quoque suæ paruitatis, vilitatis & iniquitatis: quare etiam diuinæ iustitiæ contra se rigorem non immerito formidabant. Et de hoc hæc tenus.

Timor reuerentiæ
erga Christum.
Ioan. 3.

Cæterum, quod in Euangelio hoc & miraculo ante peccata dimisit infirmo, quam illi corporis restituerit incolumitatem, non ociosum est. Haud dubium namque, si non aliud vel hoc significatur nobis, multa, quemadmodum Psalmista ait, flagella esse peccatoris, & misericordissimum Patrem se exhibere Deum, quando hic flagellat. Siquidem ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Et Paulus: *Flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Quocirca & hic paralyticus, & alij item multi quotidie doloribus, infirmitatibusque ex-

Peccata cur
dimisit
Christus.
Infirmitas an-
tequam sani-
tate restitu-
eretur.
Psal. 111.
Tob. 3.
Hebr. 12.

erant
cuius
ferua
mule
tur m
pecca
candi
mar
rum
mens
post
Deus
tū, v
fa ylt
sara s
obedi
num
agnit
super
vexat
fratr
mode
quod
dari a
tione
stres
rodes
corro
quoc
tio, in
dit ce
Christ
tem e
eius p
man
Qu
solor
lat me
men
sed ad
disced
tus in
bia, au
tur, n
Qui
lius in

ercentur, ut ab illis delectationes, desideriaq; separantur peccatorum. Quod cuiuscunque id fiat, salubriter fit, & gratias agat clementissimo Patri, qui non seruat illi vindictam in diem extremæ vltionis. Est tamen aduertendum, Infirmis tribulationum causa multiplex.

multiplicem esse causam infirmitatum, aut tribulationum, quare indignatur mortalibus. Primo namque id contingit in vltionem, ac purgationem peccatorum, puta ut eruantur delinquentes à mala voluntate, libidineq; peccandi. Hoc in Osea per adulteram mulierem nobis insinuat, quæ relicto marito suo post amatores suos cucurrerat, & per tribulationes, miseras, arumnasq; compulsa ad primum redire statuit maritum, figuram in se exprimens animæ peccatricis, quæ relicto, spretoq; Deo, vadit post desideria, & post concupiscentias suas. Veruntamen saepenumero misericordissimus Deus, illi miseretur, & sepius viam eius spinis tribulationum & infirmitatum, ut etiam volens ire post peccata sua, non possit, donec in se tandem reuersa vltro dicat: *Reuertar ad virum meum priorem*, cui scilicet in baptismo despõsata sum, *quia magis tibi* (ut Propheca dicit) *bene erat tunc*, quando scilicet Deo obediens ei adhæsi, quam nunc, dum sequor concupiscentias meas, & denonum studia imitor, illis seruiens. Hoc modo Nabuchodonosor ad sui est agnitionem per calamitates reductus, ut daret gloriam Deo, contra quem superbus se erexerat. Hoc modo Manasses in carcere penituit, deditq; illi vexatio intellectum. Hoc deniq; modo Maria soror Mosis, quæ detraxerat fratri, lepra percussa respuit, manifestam Dei plagam in se agnoscens. Hoc modo Ozias quoque rex præsumptionis atque temeritatis pœnas dedit: & quod speratur, correctus est. Secundo, contingit infirmitates, aut supplicia dari ad vltionem peccatorum, ad exterminium scilicet hominis, & inchoationem æternæ pœnæ. Hoc modo Dathan & Abiron, quos rebelles, detractores, contumacesq; Deo illis iusta reddete terra deglutiuit. Hoc modo Herodes per elationem, alijsq; facinoribus delinquens, percussus est à Deo, & corrosus vermicibus expirauit. Similem exitum Antiochus habuit. Pharaon quoque inter flagella nõ melior, sed durior factus, tandem malè periit. Tertio, infirmitas inducitur ad gloriam Dei manifestandam. Huiusmodi accidit cæco à natiuitate, quem Dominus illuminauit. Nam interrogantibus Christum eius discipulis, an hic peccasset cæcus, an eius parentes, quamobrem cæcus nasceretur: respondit Dominus Iesus, neque hunc, neque parentes eius peccasse, seu peccando id commouisse, ut cæcus ille nasceretur, sed ut manifestaretur gloria Dei.

Quarto, infligitur aduersitas ad humiliationem, cuiusmodi Paulo Apostolo accidit, qui de seipso confitetur, dicens: *Ne in ignitudo reuelationum exolat me, datum est mihi stimulus carnis meæ angelus Satana, qui me colaphizat*: quæ tentatio, ut illi accidisse intelligeretur, non ad illius destructionem, sed ad edificationem, sequitur mox: Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet à me, & dictum est mihi: Sufficit tibi Paule gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Quid est virtus in infirmitate perficitur Superbia, aut complacentia propria ex bene actis rebus, seu in donis Dei humiliatur, ne bona quoq; nostra & dona Dei nobis sint in animæ iacturâ seu ruinâ.

Quinto afflictiones, calamitatesq; eueniunt homini, ad ostendendam illius innocentiam, ad patientiam commendandâ. Huiusmodi fuit Iob, cuius

T. VI
21

Iob 1. innocentia, simplicitas, perfectioque vt omnibus nota fieret, probari ac manifestari illum oportuit ad nostram adificationem, quo nobis exempla quoque virtutum in eo latentium erumperent, atque ad imitationem nos inuitarent.

Aduersitates Quocirca vos filij estote patientes & mites absque murmuracione in omnibus aduersitatibus, quæ veniunt super vos. Accipite eas de manu benignissimi Patris. Nolite infirmitates corporum importunè deprecari, magis orate Deum, vt vobis patientiam & fortitudinem ad sustinenda aduersa tribuat, quam vt à calamitatibus omnibus eripiat. Pro peccatis vestris eadem,

Pro peccatis nostris quid Deo offeramus.

quæ ille pro vobis passus est, eidem offerre. Quæ vos autem patimini, non tanti aestimeris, vt digna sint, quæ pro peccatis vestris illi audeatis offerre. Nimis enim est modica in his virtus. Quare, vt dixi, indigna iudicate, quæ pro peccatis vestris in satisfactionem Deo offeratis: sed, vt dixi, eius satisfactionem sufficientem ac dignissimam illi pro vobis offerre. Si verò bonialiquid agere vos contigerit, aut mali pati quippiam, hoc Deo ad eius gloriam, ad eius honorem, ad eiusque beneplacitum offeratis. Diues est enim Deus in miserationibus, hic tamen nos liberos nusquam citius à peccatis faciet, quam in sanguine suo, in morte sua, in vulneribus suis, in penis ac virtutibus suis. Hoc nobis omnibus piissimus Dominus noster Iesus Christus concedat, qui cum Patre & Spiritu sancto Deus viuunt benedictus in secula, Amen.

Ephes. 2.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

De penitentia, confidentia & cogitationibus malis.

Matth. 4.

Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit & venit in ciuitatem suam, Matthæi IX. Dominus Iesus, qui Petro concessit, vt ambularet super mare, ipse nauicula vti voluit, quo per fretum seu stagnum maris transiret. Docere quoque in hoc nos voluit, qui in patriam nostram redire nitimur, vt hoc æuo, quo viuimus, & quo non aliter, quam in mari sumus, transfratantes nauicula debeamus vti penitentis, qua transuehamur ad patriam seu ad ciuitatem nostram. Hæc est ciuitas, cuius Apostoli, alijque Sancti non fuerunt hospites & aduenæ, sed ciues & domellici Dei: ad quam sumus nos quoque creati, ad quam sumus per Christum redempti, cuiusque vt sumus ciues, sumus adoptati. Hæc est illa ciuitas, quam futuram inquirimus, non habentes hic interim aliam ciuitatem. Quia autem omnes peccatores sumus, ideo cunctis etiam nobis penitentia est necessaria.

Nauicula penitentis nobis ad patriam esse transfratandum. Ephes. 2. Hebr. 13.

Matth. 9. Marc. 1.

Hæc penitentia in omni loco, in omniq[ue] statu agi, seruariq[ue] potest, nisi quispiam sit status, officiumve aut ministerium, quod absque peccatis exerceri non possit: hunc statum relinquere oportet, sicut Matthæus telonarij reliquit officium. Quamuis autem penitentiam facere in omni statu licitè (vt dixi) quis possit, difficile tamen est eandem, præsertim quo ad dignos fructus penitentis, rectè impleri in seculo, & in conuersatione hominum, vbi eorum inueniuntur ante, qui à penitentia retrahant, quam vnus qui adhortetur. Omnes enim, qui pie vo[nt] viuere in Christo, penitentiam patientur. Et hoc quidem olim ante mille quingentos annos ita scriptum est, quando feruebat deuotio, quando ardebat charitas in omnibus. Quid hodie.

Matth. 9. Penitentia cur in seculo difficile possit rectè impleri. x. Tim. 2.

hodie fit, ubi ex diametro san&is institutis bene viuendi repugnatur? Quis volens sua pauperibus distribuere, & Christum pauperem sequi, non deridebitur, dehortabitur? & si perseverauerit, non ut insanus despicietur? Tanta est nunc malitia temporum, ut magis, qui abstinet mundo, reprehendatur ac subfannetur, quam qui seruit. Quamobrem cum Dominus dicat: *Vident homines opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in calu est* (quod tamen de operibus bonis necessarijs, & ad quos tenemur, maxime intelligendum est, non de singulis arbitrarijs aut supererogatorijs, quae propria quis sibi deuotione praescribit) hodie tamen tanta est hominum corruptio, tanta corruptorum multitudo, ut penè dicendum sit: Abscondita sint opera vestra bona coram hominibus, ne videant, & derideant, persequantur, scandalizentur & peccent. Dixi igitur inter homines difficulter poenitentiam posse obseruari. Fuerunt eam ob rem ad poenitentiam olim instituta monasteria, quo tam à gloria mundana, quam à mundi persecutione liberi poenitentes Deo seruirent. Sed hic status quoque hodie persecutionem patitur. Quem certè quisquis nunc quaerit, quando contemptus est status ille mundo, maiori est praerogatio laudandus, maiorisque deuotionis sperandus futurus, quam si olim quis monachatum, quando is tum erat status gloriosus, petisset. Vbi igitur monastice adhuc viuere licet, atque Deo seruire, ibi tranquillo magis animo Deo seruitur. Neque enim, ut apostatae monachi quidam statui illi detraxerunt (qui impudenter illum quoque reliquerunt) ibi caeremoniae solae sunt. Nam in monasterijs bene institutis vigilatur, ut sit pax animi, fratrum concordia, charitas, corporum maceratio, mortificatio vitiorum, puritas cordis, salus animarum, & exornatio virtutum. Ibi namque certatim boni monachi pro virtutibus, puta pro humilitate maiori, pro mansuetudine, pro deuotione ac pietate in Deum contendunt, ibi magis proficere indies conantur. Ibi se denique Deo ac propter Deum hominibus subijcere quotidie magis satagunt.

Ad huiusmodi aliquod monasterium tibi properandum foret, qui pro peccatis tuis poenitentiam agere instituisti, aut qui vitam tuam omnem cupis Deo sacrificare. Quod si obtinere tibi non contingat, in domo tua ab illis hominibus separatus monachum age, fuge loca publica, & hominum, quantum potueris, ceteris, vitae ab hominibus & curis abstractus: parum aut vix loquere, studio & orationi insiste: delectationibus sensuum repugna, ac voluptates, quae necessariae non sunt, naturae proscinde. Et in hoc modo viuendi tanquam in neuicula persevera. Bonum quidem est in monasterio ac religione viuere, in qua, ut diuus Bernardus expertus dicit, homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cauius, quiescit securius, irroratur frequentius, purgatur citius, moritur confidentius, remuneratur copiosius. Sed bonum est etiam, cui religionis monasticae status, aut non quadrat, aut non conceditur in domo sua abstractam vitam ab hominibus solitariamque agere, & sanctis exercitijs Deo vacare. Sic igitur prima haec eruditio Euangelica, ut per poenitentiam transiremus in ciuitatem, & patriam nostram: decundo, instruat nos quod Christus monuit paralyticum ut confideret. Multa namque & magna impetrare potest confidentia ad Deum. Scindendum tamen confidentiam esse triplicem. Prima enim mutata est confidentia,

Matth. 19.
Marc. 16.
Luc. 15.
Marc. 10.
& 11.
Malitia istorum temporum
quanta.
Matth. 5.

Monasteria
cur salubriter
instituta sint.

Religiosi
bonorum vita
qualis sit.

Poenitentiae
fructus dignos
facere
volentibus
quid agenda
sit.

Bernardus.
Religionis
praerogatio
quae sit.

Confidentia
triplex quo
modo diste
rat.

T. VI
21

Eccle. 1.
Psalm. 16.
Sapient. 17.
Confidentia
presumptuo-
sa quam mul-
tos fallat.

cum quis de Dei misericordia presumens, aut tam faciliter eam sibi promittens, vt super misericordia diuina peccet. Quia enim, vt Ecclesiastes habet, non profertur cito contra malos sententia, absque vilo timore filij hominum perpetrant mala. Hac confidentia multiplici modo fallit diabolus hominem. Aut enim Dei misericordiam tam magnam bonitatemq; promittit, vt iustus esse Deus definat, vindicetq; malorum. Aut sibi ipsi pollicetur poenitentiam se facturum, gratiam Dei se impetraturum, emendaturumq; omnia ante mortem. Hæc inquam, omnia inanis, humana, fallaxq; presumptio sibi pollicetur, quæ tamen nihil potest præstare, propterea quod in Dei dono & manu sint hæc omnia constituta. Nisi enim Dominus te ad poenitentiam induxerit, nisi contritionem infuderit, & gratiam emendandique contulerit voluntatem, frustra de te aliquid tibi, quod minime tua est facultatis, promittis. Mirum quoque est valde, quod tam stultam habemus confidentiam, cum milles, si volumus, ante oculos videmus, quam difficilis, quam imperfecta, quam desolata, quam diffidens, quamq; raro vera sit poenitentia, quæ differtur vsque ad finem. Quid ergo speramus, aut quid presumimus, cum aliter contingere ferè cernimus in omnibus, quam imparari scilicet ad moriendum, quam inuiti, quam tristes, & interdum amentes, & muti moriuntur? Si tibi, quod verisimile est, contigerit, vbi tunc erit presumptio tua dicens: In fine ego poenitebo? Modo igitur hoc cogita, modo noli esse securus de peccatis tuis, sed libera te ab eis, vt in securitate viuas, quanta à bona conscientia potest haberi, & moriaris.

Stultitia ho-
minum ma-
xima que sit.
Eccle. 9.

Cæterum malè agere, & securum interim esse, stultitia est stultius. De his loquitur Ecclesiastes dicens: *Sunt impij qui ita sunt securi, quasi insorium saltu habeant.* His certè nihil insipientius. Quid enim tam presumptuosum, quam malè viuere, & bonum finem expectare? De his autem loquor, qui poenitentiam hic renunt, qui conuerti ad Deum nolunt, emendationemque vitæ vsque ad mortem, hoc est vsque dum peccare amodo non possunt, differunt. Ad hanc fiduciam pertinet promittere sibi vitam longam, persuadere sibi dies multos, singulare robur & sanitatem, credereque se diu viuaturum. Quapropter in Sapientia libro dicitur: *Spes impij quasi lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma græuis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam hospitis vnus diei memoria prætereuntis.*

Sapient. 7.

Confidentia
fraudulenta.
Hierem. 17.
Psalm. 115.

Secunda confidentia est fallax & fraudulenta. Ea scilicet, quam quis habet in aliqua creatura, aut in aliquo dono naturæ, seu gratiæ gratis datæ. Scriptum namque est: *Maledictus qui ponit carnem brachij in suum,* hoc est, qui confidit in homine. *Bonum enim est confidere in Domino, quam confidere in homine.* Quando in homine confidis, in quo confidis? In eo profecto qui seipsum dum miser est, iuuare non potest. In eo, inquam, confidis, quem nescis, an crassina sit luce futurus. *Benedictus itaque vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* Nec gloriatur sapiens in sapientia sua, nec vir fortis in robore suo, sed in eo quod agnoscit, diligitque Dominum, in quem omnem suum iactat cogitarum. Porro si in diuitijs confidis, scito te esse stultum, quia diuitiæ te non liberabunt in die mala. Et ideo dicit Sapiens: *Qui confidit in diuitijs, corruet.* Et in Baruch scribitur: *Vbi sunt qui argentum thesauri-*

Hierem. 17.
Hierem. 9.
Psalm. 54.
Prou. 11.
Baruch 3.

L. ANS.

ant. & aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum, Sequitur autem post pauca: Exterminati sunt & ad inferos descenderunt, & alij in loca eorum surrexerunt. Tertia confidentia seu fiducia est sancta, bona & commendata, qua omnis alia fiducia abijcitur, vt in Deo solo confidatur. Beati igitur omnes, qui confidunt in eo. Nemo enim in eo confidens vnquam derelictus est. Ideo hortatur Psalmista dicens: *Spera in eo & ipse faciet.* Et Ecclesiasticus: *Respicite filij nationes hominum & scitote quis nullus sperauit in Domino & confusus est. Quis enim permansit in mandatu eius, & derelictus est?* Extendit autem hęc co. fiducia se ad quatuor. Primo, vt confidas Deo de temporali provisione, vt Psalmista monet: *Lacta cogitatum tuum in Dominum, & ipse te enutriet.* Et Petrus: *Omniem, inquit, sollicitudinem vestram projicientes in eum, nam ipsi cura est de vobis.* Idcirco miro studio hortatur nos veritas, vt ab inutili illa sollicitudine abstinemus, dicens: *Nolite solliciti esse, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim Pater vester celestis quia hu omnibus indigetis. Quarite autem primum regnum Dei, & omnia haec adicientur vobis.* Porro diuinam prouidentiam cui confidamus, praesolari nos conuenit, considerantes tria in Deo. Primo eius paternam conditionem: pertinet enim ad patrem prouidere filijs suis, vt in Luca Christus dicit: *Si vos cum filiis mali, nolite bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester bona dabit peccantibus se?* Item quę: *Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se.* Secundo, considerando Dei solitam benignitatem. Ita enim de patribus nostris legimus, quod illorum curam habens necessaria in omni defectu illis administravit. Nam quis precepit coruo vt pasceret Heliam, adferens ei carnes & panes, iuxta torrentem Carith? Aut quis torrente exiccato apud mulierem viduam religiosam illum sustentauit in Sarepta Sidoniorum, nisi is qui dixit: *Precepi enim mulier vidua, vt pascat te?* Nonne filijs Israel, deficiente farina quam secum sumpserant ex Aegypto prauit manna, quo illos pasceret de celo? sicut scriptum est. *Angelorum esca nutriti populum tuum.*

Tercio, pensando Dei liberalissimam dispensationem, qua homines & iumenta pascit, volucres caeli, & pisces maris: *Respicite, inquit, volatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester celestis pascit illa.* Et adiciens: *Nonne, inquit, vos plures estis illis?* Hęc fiducia seu confidentia modum ponit atque resistit auaritię & tenacitati, suam sollicitudinem abigit, diffidentiam castigat, prouocatque ad dandam elemosynam. Confidentia enim non timet defectum. Contra verò, qui confidit in diuitijs suis corrumpit, vt dicit Sapiens. *Nimia enim sollicitudo id agit vt plerumque careamus necessarijs. Quia enim prudentię & curę nostrę nimium fidimus aut tribuimus, sicut Deus aduersa omnia occurrere, quo videamus, quam nihil nobis nostra sollicitudo conferat, nisi Deo autore & direttore.* Secundo, confidas Deo pro obrinenda peccatorum venia. Ad quod hodie quoque in Euangelio hortatur Christus paralyticum, dicens: *Confide fili renittitur tibi peccata tua.* Ad hanc fiduciam inuitat similiter, nosq; roborat tris consideratio. Primo, ingenita bonitas, atque naturalis misericordia Christi, qui ore suo benedicto dicit: *Miseri, ordiam volo, & non sumisum.* Ipse namque ad dandum & parcendam est promior, quam nos ad accipien-

ibidem.

Confidentia
sancta quę
psalm. 2.

psalm. 36.

Eccle. 2.

Fiducia in

Deo ad quę

quatuor se

extendat.

psalm. 54.

1. Pet. 5.

Math. 6.

Fruentia

diuinā prę-

solantibus

uia confida-

randa esse.

Lucę 11.

Psalm. 102.

1. Reg. 17.

ibidem.

1. Cor. 16.

Num. 11.

Sapient. 14.

Math. 6.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

ibidem.

T. VI
21

1 Timoth. 3.
Ioan. 2.
Luc. 9.
Eti. 10.
Rom. 2.
Psalm. 98.
Fiduria in
Deo habenda
in tenta
tione ex qui
bus tribus
augetur.
Psalm. 54.
Ioan. 3.
Psalm. 6.
Genes. 15.
2. Corin. 10.
Hebr. 10.
Beatus in
futuram ob
tinendi fidu
tiam ex qui
bus tribus
fulcitur.
Matth. 19.
Matth. 20.
Luc. 12.
Hebr. 10.
Gene. 4.
Ioel. 2.
Confidentia
sancta quam
firmabile do
nam & qui
eam habet

dum. Secundo, Dei incarnatio, quæ aliud nobis non loquitur quam veniã & misericordiam, vt ad Timotheum scribit Paulus dicens: *Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Et Christus: *Filius hominis non venit in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* Et in Luca: *Filius hominis non venit homines perdere, sed saluare.* Tertio patiens Dei expectatio. Vnde Esaias: *Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri.* Et Paulus: *An ignoras, quia benignitas Dei ad penitentiam te adducit?* Tertio, confidas Deo pro ereptione in tentatione. Quapropter in Psalmo dicit Dominus: *Clamauit ad me & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.* Iacta igitur cogitatum tuum in Dominum, & ipse te enutriet. Augeri autem in nobis & crescere debet confidentia illa pariter ex tribus. Primo, ex hostium depressione, de qua Christus discipulis loquitur, dicens: *Confidite, quoniam ego vici mundum.* In Christo igitur confide & vices, eius victoria tua est, eius virtus tua est, eius innocentia salus tua est. Secundo, ex tui protectione. Dominus enim *protektor vite meæ à quo trepidabo.* Qui ad Abraham loquens: *Noli, inquit, timere Abraham. Ego protektor tuus sum.* Tertio, ex diuina bonitate. Adeo enim bonus est Deus, vt ultra vires tuas nolit te grauari, sicut Paulus dicit: *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt postea sustinere.* Quarto, confidas Deo in gloria expectatione, omniumque bonorum remuneratione. Idcirco Hebræos Paulus admonet dicens: *Nolite amittere confidentiam vestram que magnam habet remunerationem.* Hæc autem confidentia futuræ beatitudinis simili modo fulcitur ex tribus. Primo, ex cõuentione seu promissione. Ita enim nobis Dominus promisit, nam interroganti se quid faceret, vt vitam æternam possideret, respondit: *Si vñ ad vitam ingredi, serua mandata Dei.* Item de his quos in vineam conduxit Dominus, in parabola Euangelica dicit *Conuentione autē facta ex denario diurno, misit eos in vineam suam.* Item ad Apostolos: *Vos qui permansistis mecum in tentationibus meis, sedebitis mecum in regno meo super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Secundo, fulcitur, augeturque ex nostra redemptione, hoc est, ex Christi passione. *Habemus enim, vt Paulus dicit, fiduciam in intronu sancto: um in sanguine Christi.* Quæ enim est alia fiducia nostra, aut quæ spes, quæve cõsolatio, quam in sanguine Christi, qui melius efficaciusque pro nobis ad Patrem clamat quàm sanguis Abel? Tertio, fulcitur hæc confidentia ex oratione nostra. Siquidem *quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Sciendum tamen confidentiam sanctam nobilissimum esse donum quod nec fallere, nec falli potest, vt pote bonitati soli diuine innitens, quamuis nulla confidentia debeat dici sancta in eo, qui Dei mandata cum possit, non vult obseruare, nec in eo, qui Dei licet seruet mandata, in obedientia tamē sua, hoc est, in sua perfectione confidit, huicque inicitur: sed tantum ille veram habet confidentiam, qui quantum nouit, quantum potest, Deo placencia agit, in his tamen confidentiam suam non ponit, sed in meritis ac passione Christi tantum confidit. Pro hac confidentia debemus Dominum continuo atque perseveranter orare. Tertio ac postremo instruat nos, quod Dominus reprehendens scribas: *Vt quid inquit, cogitatis mala in cordibus vestris? Si cogitationes malæ non essent peccata, non eas Christus reprehenderet,*

DOMINICAE XX. POST TRINITATEM.

673
Cogitationes
malæ an sint
peccata.
Matth. 15.

ret, Nam cum Pharisei discipulos Christi notarent, propterea quod non laubant manus suas manducaturi, Dominus illos excusans, dicebat. Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem: sed ea quæ de corde exeunt, hæc sunt quæ coinquinant hominem: & exempli gratia multa, quæ de corde exeunt coinquinantia hominem recensens, nominat etiam cogitationes malas. Sunt igitur cogitationes malæ cauendæ. Quæ, inquis sunt malæ: Hæc scilicet, quorum opera si fierent, essent mala aut damnabilia, horum etiam cogitationes sunt noxiæ & malæ, non quia sunt nudæ cogitationes tantum & phantasiæ, quantum attinet ad actum cogitandi, sed ut sunt peccatorum cogitationes, quarum res cogitatæ delectant, tamen si cõsensu repugnet ad operandum, non tamen repugnat in cogitationibus rerum cogitatarum ad delectandum, seu ad corde voluptuandum in illis. Prohibet autem adeo Dominus peccatum, ut nolit seruos suos neque opere, neque lingua, neque affectu, neque delectatione consentire per rationem peccato. Iterum dico, adeo tibi Deus prohibuit peccatum, ut nolit non solum ut agas peccatum, sed etiam nolit, ut tu illud velis, optes aut diligas: imo nolit ut sponte sinas affectu tuum esse inclinatum peccato, aut ut in peccato, hoc est, ut in re cogitata quæ peccatum est, sponte delecteris voluptuerisque, ut sic sæpe in his qui carnalia meditantur. Potest tamen fieri, ut tentatio carnalis, aut in carne, aut in imaginatione & affectu te inuitum molester, imo etiam secundum rationem inuitum sensualem appetitum tuum delectet, & sis nihilominus absque periculo mortalis peccati. Non potest autem (ut doctoribus sanctis placet) fieri, ut quis voluptatis aut delectationis animi gratia in peccato mortali cogitato (etiam si nolit illud facere) delectetur animo delibato, & in delectationem rei cogitatæ consentiat absque periculo mortalis peccati. Quod à nobis auertat Iesus Christus, Dei Filius in secula benedictus, Amen.

Cogitationes
quæ nam sint
malæ.

DOMINICA XX. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Ephesios V.

Videte quomodo caute ambuletis. Non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini Spiritu sancto, loquētes vobismetipsis in Psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo Patri subiecti inuicem in timore Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

An te monuerat Apostolus Ephesios tenebrarum operibus non communicare, nec horum participes fieri: magis autem ea redarguere. Hic autem admonet, ut cauti ambulent atque prudenter, dicens: Videte, ac sagaciter vobis prospicite, quomodo prudenter & caute ambuletis, circumspiciendo vobis in omni loco & opere, quomodo teneationum insipientes.

Ambulandis
quomodo
sit caute &
prudenter.

QQQQ dias,

T. VI
21

1. Theff. 5.

Tempori ea
ascribi quæ
sunt in tem-
pore.

Matt. 6.

1. Mach. 12.

Proverb. 20.

Prover. 19.
Ebrietas spi-
ritus, sancti
& sobria.

2. Cor. 1.

Rom. 12.

Matt. 23.

Eccle. 4.

diæ, peccatorumque euitetis occasiones, ne aut vestris, aut aliorum vitio inquinemini. Non quasi insipientes, ut hi faciunt, qui quamuis nulla peccandi voluntate trahantur, à specie tamen mali non abstinere, quod est insipientiæ, dum alijs occasionem præbent scandalis: sed ambuletis, inquit, ut sapientes, quorum conuersatio tam in interiori, quam exteriori homine coram Deo & hominibus irreprehensibilis sit: recuperantes tempus aliquando infructuose transactum, aut redimentes illud, ne ociose transigendum amittatis, quo nunc eo sitis feruentiores, quanto olim negligentiores fuistis, quoniam dies mali sunt: Non quod dies in se sint mali, sed quod ex tempore homo facillime sibi materiam occasionemve, nisi prudenter circumspiciat, sumat delinquendi. Ascribuntur enim tempori, quæ sunt in tempore. Inde est quod Christus dicit: Sufficit diei malitia sua. Et in Machabæorum libro: Videns Ionatas quia tempus eum iuuat. Sequitur: Propterea nolite fieri imprudentes, indiscreti, aut non circumspecti, ne multa negligentis faciendæ, neque negligendæ faciatis, sed intelligatis quæ sit voluntas Dei, quid à vobis ille requirat, quidve illi placeat. Non vinum moderate sumptum, sed ebrietatem vobis prohibeo, ex quo luxuria generatur. Ita enim dicit: *Nalite inebriari vino in quo est luxuria.* Idcirco quoque dicit Sapiens. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicumque his delectatur, non erit sapiens. Porro, luxuria ubi fuerit, ibi commorari non potest Spiritus sanctus. Ideo monet, dicens: Sed impleamini Spiritu sancto, qui vos diuino salubriter inebriet amore, mentesque vestras ab amore temporalium ad æternorum desiderium transmutet. Applicat autem similitudinem ad sanctam hanc ebrietatem spiritus, eorum consuetudinem qui calicibus student epotandis, interimque nugantur simul iuxta vinum confabulantes & cantantes. Ideo impleamini, inquit, non vino in quo est luxuria, sed Spiritu sancto, in quo sobria est ebrietas mentis. Colloquentes vobisipsis alterutrum in Psalmis, in hymnis ac laudibus Dei, & in canticis spiritualibus, quæ futura gaudia cælestiumque bonorum memoriam præcludunt: cæcantes & psallentes in cordibus vestris Domino tanquam hi qui diuino amore suauitate eius memoria sunt ebrii, & gratias agentes Deo, non ad horam, sed semper pro omnibus eius beneficijs, pro omnibus quoque hominibus, quorum consolatio & gaudium vestra debet esse consolatio & gaudium, sicut membra sibi gratulari vnus corporis decet. Neque enim si oculus doluerit, & dolore recedente sanitati fuerit restitutus, minus gaudebunt singula alia membra, quam si ipsa fuissent afflicta, & denuo liberata. Ideo monet pro omnibus nos gratias agere Deo Patri misericordiarum, & totius consolationis, idque in nomine Domini nostri Iesu Christi, per quem hæc omnia nobis dantur, in quem quoque si agnoscimus hoc, resultat omnis laus & gratiarum actio, quam Patri offerimus per Filium seu per nomen Domini nostri Iesu Christi. Itaque hæc omnia agentes, estote ergo vos inuicem quoque humiles & subiecti, alter alterum honore præueniens, alter alteri deferens, portans, dissimulans, tribuens, ignoscens, & minorem vilioremque vnusquisque se omnibus sentiens in timore Christi, qui dixit: *Qui maior est vestrum, sit sicut minister vester.* Et Ecclesiasticus: *Quanto maior es, humilia te in omnibus.*

EXEGE-

EXEGESIS EVANGELII DOMINICAE XX.

post Dominicam Sanctae Trinitatis, Matth. XXII.

Vbi Christus Dominus noster palmis, honoribus, ac laudibus in vltimo suo aduentu Hierusalem aduenerat, & illa die duobusq; sequentibus a mane vsque ad vesperam praedicationi intendens, multas diceret parabolas, quibus praecipue Iudaeorum ingratitude[m] taxabat, gentis Iudaicae desertionem & electionem gentium, tandemque suae necis meditationem ac machinationem pungens. Quae omnia contra se intelligentes sacerdotes summi, pharisaei & scribae, ira debacchati sunt in eum libenterque occidissent, nisi timuissent plebem, quae Dominum Iesum vt prophetam colebat. Inter multas itaque parabolas, quas ibi Dominus dixerat, vna earum haec fuit, quae hodie recensetur ab Euangelista Mattheo dicente Domino.

Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

Regnum caelorum hic non pro futura beatitudine accipitur, sed pro Ecclesia presenti militante: ac & diceretur: Negotium & status militantis Ecclesiae assimilatur homini regi, hoc est, Deo Patri, qui propter clementiam suam homo dicitur: propterea vero quia gubernat omnia potenter ac sapientissimè vocatur rex. Hic fecit nuptias filio suo, vel dum in vtero virginis illi coniunxit naturam humanam, vel dum illi praedicanti desponsauit Ecclesiam, cuius & amore Christus mortuus est: vel dum animam quamcumque sanctam tanquam sponsam per fidem & charitatem illi coniunxit. De hac vltima desponsatione loquitur Dominus per Oseam, dicens: *Sponsa habet mihi in fide*. Haec nuptiae celebrantur in baptismo, vbi Deus coniungitur animae: celebrantur etiam nihilominus, aut potius reintegrantur in conuersione peccatoris. Habet enim anima post baptismum peccans speciem adulterae, quae relicto viro suo fornicatur cum amatoribus alienis. Hanc tamen Deus benignè iterum recipit redeuntem, sibi que reconciliat, quamuis per prophetam dicat: *Mulierem quae semel spreuerit maritum suum, & ab eo recesserit, denuo non redieturam ad illum, hoc est, non iterum a priore marito recipendam*. Tu tamen, inquit, o anima peccatrix tamen me reliqueris & fornicata sis cum amatoribus multis aliquotiesque reconciliata, iterum atque iterum reliqueris, reuertere ad me, & suscipiam te: tantum abest, vt benignissimus animarum amator DEVS animam spernat redire volentem, vt dicat etiam Angelis Dei fore gaudium super vno peccatore poenitentiam agente. Haec autem nuptiae celebrantur in thalamo conscientiae tuae vbi Deo anima tua desponsatur. Crede autem hoc Deo tuo, nunquam fuit aut erit tam castus, tamque feruens amor sponsi ad sponsam, quam est Dei ad animam. Tui apud illu[m] est iugis memoria. Ipse etiam Christus filius eius sponsus tuus ne tui obliuisceretur, hoc est, ne in ipso venire obliuionem te putes, tibi dicit: *In manibus meis descripsite*. Reuera in manibus Christi descripti sumus, quia cicatrices, quinq; vulneru[m] quibus nos redemit, sibi tenuit, & ipse memor est.

Regnum caelorum pro presenti Ecclesia sumptum.

Nuptias quae fecerit Deus filio suo.

Osee 2.

Adulterae speciem habet anima peccatrix.

Luc 15.

Amor Dei ad animam fidelium quaerit.

Luc 19.

Vulnerum quinq; cicatrices cuius Christus tenuit.

QQQQ 2 set,

T. VI
21

set, & Patri intuenda signa eadem ostenderet, quibus quanta pro hominibus passus esset, illum (vt sic loquar) admoneret.

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & volebant venire.

Per hos seruos prophetas intelligit priores veteris testamenti ad Iudæos missos, qui clarius Christum quam lex prædicabât, & hortabantur plebem ad expectationem Christi, vt crederent in eum venturum, quomodo nos credimus in eum qui venit. Sed volebant venire, hoc est, volebant prophetarum monitis acquiescere. Iudæi namque pro bona parte fuerunt semper duri, increduli ac inobedientes. Quam duritiam rectè Stephanus illis exprobrauit, dum Christo testimonium mox lapi dandus ferret, dicens: *Dura ceruice & inireuunci cordis & auribus, vos semper Spiritui sancto resististis, sicut & patres vestri, ita & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuunciabant de aduentu iusti. Moses quoque Iudæorum populo loquens, dixit: Ego scio contemtionem & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuent me & ingrediente vobiscum, semper contemto egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero?* Nolebant igitur venire.

Act. 7.

Deut. 10.

Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis: Ecce prædium meum parauit. Tauri mei & altilia mea occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias.

Alii serui missi, sunt posteriores prophetæ & Apostoli seu successores Apostolorum. Hi dixerunt inuitatis, hoc est, Iudæis, qui per legem inuitati sunt, quomodo rex mandauerat: Ecce prædium meum parauit, ecce mysterium incarnationis homo factus perfecti, fidem institui, credenda ordinavi, sacramentum Eucharistiæ dedi, scripturæ alimenta proposui, & gratiarum dedi chrisinata. Tauri mei, inquit, & altilia mea occisa sunt. Vt sancti quidam doctores exponunt, tauri patres sunt veteris testamenti, qui inimicos suos seueritate iustitiæ persequebantur: altilia verò patres noui sunt testamenti, qui veluti altilia gratiarum pinguedine satiati, & gratia contemplationis quasi pennis quibusdam subleuati, in altum volant. Hi, inquit rex, pro nuptijs filij mei sunt occisi, & propter fidem incarnationis, tam hi qui sub lege fuerunt, quam qui tempore Euangelij vixerunt, propter prædicationem & fidem incarnationis mortui sunt, & omnia parata sunt. Quicquid enim ad salutem homini est necessarium, puta adoptio, sanctificatio, baptisimus, poenitentia, infusio quæ gratiæ, ianuæ cælestis apertio, per Christi passionem ac meritum est consummatum, & vobis sumentis fructus, sumenda refectio, percipienda quæ horum utilitas offerretur, nihil restat nisi vt veniat & ingrediamini. Venite igitur fide & moribus ad nuptias.

Gregor.
Tauri mysticè quid.
Altilia quid.

Illi autem neglexerunt. Et abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam. Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.

Sub triplici differentia monstrat eos, qui inuitati erant, fuisse. Primi enim neglexerunt bona cælestia, beneficia Dei parui pendentes. Pro nihilo enim, vt Psal-

vt Psalmista ait, habuerunt terram desiderabilem. Alijs, hoc est, qui secun-
do hic loco recensentur, magis cordi fuit cura rei temporalis. Quamobrem
illorum quidam in villam, qua dominatio terrena significatur, abierunt vt
ambitiosi. Alij verò in negotiationem suam abierunt, vt auari, per quæ stu-
dia occupati nuptijs sibi possibile interesse non videbatur. Tertij fuerunt
Deo magis ingrati, qui non solum noluerunt venire, sed etiam seruos ad se
missos, scilicet prophetas, occiderunt, & qui ad ipsos vocandos venerant,
multi ex prophetis occisi sunt, sicut Christus alibi Iudæis quoque imprope-
rat, dicens: *Hierusalem, Hierusalem que occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te*
missi sunt. De Apostolis quoque in Actis legitur, quod in carceres positi sunt,
quod flagellati sunt, & quod ibant à conspectu concilij gaudentes, quod di-
gni habiti sint pro nomine Iesu contumeliam pati. Præter autem prophetas
qui ante Christum occisi sunt, interempti sunt quoque de nouo testa-
mento à Iudæis multi, puta Ioannes Baptista, Stephanus, ex Apostolis Iaco-
bus, alijque multi, qui persecutionem passi aut occisi sunt, aut vt occideren-
tur, quod Paulo accidit, laboratum est.

Rex autem cum audisset, iratus est: Et missis exercitibus suis,
perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit.

Vox sanguinis innocentium occisorum nullo non tempore clamat in
caelum, vt occisio Abel testatur. Nihil enim Deum latet. Et vt dicit Sapiens,
Auris cæli audit omnia. Et Psalmista: *Qui fecit, inquit, aurem non audiet?* Est au-
tem effusio sanguinis innocentium de quatuor peccatis vnum clamantibus
ad Deum. Auditus itaque Dei eius est cognitio aut consideratio. Iratus ita-
que rex non passione aut appetitu vindictæ, sed zelo & voluntate iustitiæ,
qua malum erat non impunè dissimulandum, missis exercitibus suis (de fu-
turis hic Christus tanquam de præteritis loquitur, quia per parabolam lo-
quitur, cui secundum diuinitatem omnia præsentia sunt) missis, inquam,
exercitibus suis, Vespasiano, scilicet & Tito perdidit homicidas illos. Vnde
quia exercitus Romanorum nominat aut intelligi vult exercitus Dei. Hi e-
nim, quantum Dei iustitiam attinet, fuerunt exercitus Dei, quia seruierunt
iustitiæ Dei, inferentes vltionem peccatorum his, quibus voluit & quan-
do voluit Deus iuxta prouidentiam suam. Et quamuis illi alia prorsus in-
tentione hæc facerent, alijsque rationibus mouerentur quare hæc facerent,
& quare Iudæam vastarent, Dei vltiscentis voluntatem ignorantes: Deus
tamen in vltionem peccatorum illorum illam calamitatem Iudæis, quam
paterentur, ordinauit. Hanc calamitatem Iudæorum pijsimus Iesus præ-
meditans in die palmarum urbem ingressurus, fleuit super eam. Cuius ra-
tionem atque causam quoque assignans, ait: *Fletes & tu quoque: si transieres*
que tibi veniur a sumus, propterea quod non cognoueris tempus visitationis tue. Simili
modo regem olim Babylonie Nabuchodonosor Dominus seruum suum
vocat, quia virga furoris eius erat, qui castigaret eos qui castigatione erant
digni: seruiens tamen in hoc suæ tyrannidi atque crudelitati, Deo hanc in-
vltionem peccatorum vertente. Quod autem dicitur quod ciuitatem eorum
succendit, hoc pariter in illo excidio Hierosolymitano accidit, quia ciuita-
tem simul cum templo Romani combusserunt.

□□□□

Tunc

T. VI
21

Tunc ait rex seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni.

Nuptias dicit paratas, quia Christi sunt mysteria, quibus nos sibi desponsandos redemit, impletæ, puta incarnatio, passio, resurrectio, & Christi cum Ecclesia coniunctio. Sed qui inuitati erant, puta Iudæi, non fuerunt, inquit, digni interesse his nuptiis, quia vocationem licet multiplicem acceperint, fuere tamen semper ingrati ac rebelles, & resistere lumini, ne illustrarentur. Quare proelus tandem propter ingratitude[m] sunt relictæ. De hac re in Actis Paulus quoque obiurgasse Iudæos legitur, dicens: *Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis eterne vite, ecce conuertimur ad Gentes.* Huc enim adripulatur, quod mox Euangelium dicit:

Acto. 17.

Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.

Math. 10.

Mittit seruos suos, hoc est, Apostolos, in exitus viarum, id est, vltra terminos Iudææ. Ante enim suam resurrectionem Apostolis prohibuerat, in vias gentium, ne abirent, & ciuitates Samaritanorum ne introirent, sed ad oves tantum domus Israel. At hic videtur insinuare Christus, quod post resurrectionem suam Apostolis erat mandaturus: *Euntes in mundum vniuersum, predicare Euangelium omni creaturæ.* De hac autem Iudæorum reprobatione ac derelictione videtur apud Esaiam Christus fuisse locutus, vbi dicit:

Marc. 16.

Esaiæ 48.

Matth. 23.

Esaiæ 49.

Per exitus viarum quoniam defiguntur. Gregor.

*Hæc dicit Dominus formans me ex utero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur: per Iacob & Israel populum gentem quæ Iudæorum ex Iacob natam significans. Voluit ergo Christus Iacob, id est, populum Iudæorum congregare, vti testatur Dominus Iesus, dicens: Hierusalem, Hierusalem, quoties voluit te congregare, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Iacob igitur, id est, gentem Iudæorum voluit reducere, sed Israel, id est, idem populus congregari noluit. At verò de gentium vocatione conuersione quæ, quæ hic in eo significatur, quod seruos suos ad exitus viarum mittit, adiecit Esaias: *Et glorificatus sum in oculis Domini, & dixit: Parum est vti sis mihi ad tribus Iacob, & fides Israel conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vti sis salus mea vsque ad vltimum terræ.* Hoc est ergo dictum in Euangelio: Quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Quasi diceret: Cunctis gentibus Euangelium Christi prædicate, & ad Christi misericordissimam refectionem spiritus eas studiose adducite. Per exitus enim viarum vel cuiuscunque professionis ac conditionis homines, vel secundum Gregorium, in quacunque calamitate constitutos vult significari. Hi enim magis vt vocationi respondere idonei.*

Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt bonos & malos. Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

Lucæ 14.

Vel inde liquet Dominum in hac parabola loqui de Ecclesia militante, non triumphante. Hæc enim non recipit malos. Porro illa, puta militans recipit bonos & malos. Quocirca non eadem parabola, quomodo nec par signi-

significatio esse videtur, quæ de cena alibi dicta est, & quæ hic de prandio. Illa namque cena conuiuium significat caeleste. De illa nemo refertur, qui intrauerit, denuo eiectus, quia nemo malus illud conuiuium seu illam cenam intrat. Hic verò referuntur & boni & mali vocati ad prandium nuptiarum militantis Ecclesiae introducti. Similem habes parabolam de sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congregante, &c. Recipit itaque Ecclesia militans & bonos & malos: quos non tunc quando Ecclesia eos recipit, sed quando emittit, in fine Deus discernit. Dubitare etiam quis potest, quomodo de gentibus possit intelligi quod introduxerint bonos & malos. Quis enim gentium inuenitur, antequam ad fidem veniat aut antequam conuertatur ad Deum, bonus? Dicendum de bonitate naturali morali hoc intelligi: cuiusmodi inter gentes inueniebantur multi, quod Paulus dicebat, Rom. 2. qui legem non habentes, ea tamen quæ legis sunt facientes, sibi ipsi facti sunt lex. Erant enim inter gentes multi, qui bona indole pollebant, & virtutibus studio acquisitis. Hi suo modo dicebantur boni respectu malorum. Erant nihilominus inter gentes quoque nonnulli boni colentes Deum, vt Eunuchus Candacis reginæ, quem Philippus conuertit ad fidem. Et idem de Cornelio Centurione sentiendum est, quem conuertit Petrus. De Eutropo quoque, qui vnus fertur ex illis fuisse gentibus, qui dixerunt Apostolis, Philippo & Andrea: Volumus Iesum videre. Impletas itaque discumbentium nuptias dicit, hoc est, multitudinem & numerum ad nuptias vocatorum ex vtroque populo significat impletum, atque Ecclesiam in vniuersum orbem terrarum diffusam. Hoc autem perfecte continget in fine mundi, cum (vt Apostolus ait) gentium plenitudo intrauerit, & omnis Israel saluus fiet.

Math. 13.

Rom. 2.

Act. 8.

Act. 10.

Ioh. 12.

Rom. 11.

Intrauit autem rex vt videret discumbentes. Et vidit ibi hominem non vestitum, veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.

Intrat rex Deus Pater in nuptias, vt videat discumbentes, hoc est, vt videat Christianos positos ad mensam Euangelicæ doctrinæ. Intrat, non loci mutatione, sed iudicio & meritorum discussione. Hoc autem maxime, quo ad singulos, fit in morte. Tunc enim singulos iudicandos discutit, atque vnicuique iuxta sua merita reddit. Et vidit, inquit hominē non indutū veste nuptiali. Quæ vestis sit nuptialis, Gregorius explicat, dicens hanc esse charitatem. Hanc enim vestem Dominus habuit, dū ad sociandā sibi Ecclesiam in mūdum venit. Intra igitur in Ecclesiam qui fidem habet: sed sine veste nuptiali intrat, quisquis charitatē nō habet. Hac enim veste inter electos reprobosque discernitur. Itaque vbi hominem nuptialiter non vestitū vidit rex, dicit illi: Amice quomodo huc intraisti, non habens vestem nuptialem? Amice per fidem, & nō amice per charitatē. Amice per naturalem bonitatē, & non amice per gratiā. Omnia enim diligit Deus, quantum ad id quod sunt per naturā, sicut dicitur in libro Sapientiae: Diliges omnia quæ sunt, & nihil eorum odisti quæ fecisti. Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? hoc est, quomodo inter fideles apparuisti, & sacramentis quoque communicasti Ecclesiae, nō habens charitatē? Sed ille ad hæc verba obmutuit. Quid enim impius respōde-

Gregor. vestis nuptialis quæ sit.

Sapient. 11.

QQQQ 4 re po

T. VI
21

re potest Deo, quem propria conscientia damnat? Neque enim erit tunc locus impudentiæ, nec vlla recipi excusatio potest.

Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Non his ministris hæc dicit rex, quos ante miserat ad vocandos, seu introducendos ad nuptias: sed per ministros Angelos intelligit, qui executores diuinæ sunt iustitiæ. Ideo enim alibi Saluator dicit: *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.* Manus autem ligantur, cum bene operandi facultas tollitur. Pedes ligantur, cum desideria & affectus indurantur in malo. Post mortem enim omnis potentiæ bonorum operum productiue in reprobis ligantur, id est, cessant operari, & obstinata manet voluntas in malo. In tenebras, ait, mittite exteriores. Quo verbo duplices indicat tenebras. Sunt enim tenebræ interiores, in quas delinquentes cadunt per culpam. Sunt tenebræ exteriores, in quas proijciuntur damnati per poenam. Qui ergo mentis tenebras quas peccatum generat, cauere noluit, proijci iubetur in exteriores ignium tenebras vel inuitus. Ibi erit fletus ex tristitia & perpetua desperatione, & stridor dentium ex ira & impatientia damnationis.

Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Si de Christianis hoc fuerit solis intelligendum, tunc est sententia planè terribilis. Hos enim certum est esse vocatos, & venisse, licet non omnes habeant vestem nuptialem. Porro si de vniuerso hoc mundo intelligatur, vt nemo sit qui non sit vocatus, vel ad fidem Euangelicam, vel saltem (si ita dicere licet) ad conditionem aliquam viuendi, quo vel iuxta secretum iudicium Dei posset, si vellet, saluari, vt contingere posset multis in extremitate mundi constitutis, & à Christianis separatis, & qui nihil vnquam de Christo audissent. (Sunt enim arcana Dei iudicia multa nobis incerta & incognita, & misericordissimus est Pater noster omnium Dominus) vt contingit quoque nouo mundo iam pridem inuento, qui nescierant præter se alios homines esse in mundo. Itaque si (quod multi sunt vocati) intelligatur de vniuerso mundo, non mirum est, comparatione facta ad hominum vniuersitatem, paucos esse qui sint electi. At verò, si vt dixi, de solis est Christianis intelligendum, cum dolore & gemitu cordis est cogitandum, multos esse vocatos, paucos verò electos. Vos charissimi ita viuere, vt nulla disceptatione vobis opus sit ad inuestigandum, quæ sit huius verbi intelligentia, puta multi sunt vocati, pauci verò electi. Viuite puri & immaculati coram Deo. *Scrute Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Quod si desperationis tentatio vos inuasit, huic ex hoc Euangelio ediuerso opponatis, quod multis hic ad nuptias ingredientibus vnus tantum narratur, qui absque veste sit nuptiali repertus. Quo succurri potest consolandis, & dici de vniuerso mundo id intelligi, quod dictum est, paucos electos. Quamuis enim non vnus tantum, sed plurimi credantur damnandi: ex his tamen qui introierunt ad nuptias, id est, ex his qui Christianam fidem susceperunt, indicatur in hoc vno pauciorum esse inter Christianos numerum damnandorum, quam

Matth. 23.

Manus & pedes quo reprobis ligantur.

Tenebræ duplices quæ sunt.

Psal. 2.
Desperatio tentatio quomodo a bigenda.

quam saluandorum. Hoc, inquam, potest pusillanimitas suffragari ad consolationem, maxime cum & in parabola de decem virginibus adultis & ratione ventibus scriptum sit, quinque fuisse prudentes, & quinque fatuas, quod medietatem saluandorum significaret secundum litteram, exceptis pueris, & ante usum aut sine usu rationis decedentibus baptizatis. Veruntamen hoc soli notum est Deo. Nostrum est sentire de Domino in bonitate, & habere bonam voluntatem ad illum, multum que eius misericordiam confidere. Quod largiatur nobis Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Quae sint quae retrahant à Deo, & quae sint electionis Dei signa.

Misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, Matthaei XXII. Haud dubium de Patre hoc omnium caelesti intelligitur, qui Christo filio suo nuptias fecit, desponsando ei Ecclesiam, hoc est, omnium electorum animas. Ad quarum nuptiarum prandium, id est, ad paratam Euangelicam doctrinam, & sacramenta nouae legis, quae sunt epulae huius conuiuij, inuitauit multos: ad quos etiam ut venirent, misit seruos suos, tam prophetas quam Apostolos, sed venire noluerunt. Sciendum igitur primo, Deum hominem dupliciter ad se vocare, vel occultè, vel manifestè. Serui autem occulti, seu nuncij Dei, sunt aspirationes sanctae, quibus ad cor hominis loquitur Deus. Eam ob rem Psalmista dicit: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Et in Iob: *Porro ad me dictum est verbum absconditum.* Verbum absconditum est diuinæ inspirationis vox ad animam loquens. Exterior seu manifesta vocatio fit per praedicationem, per beneficia, per aduersitates, & huiusmodi. Verum hic dicitur, quod qui inuitati erant, venire neglexerant, quo indicatur multa suboriri impedimenta, quae hominem remorantur à Deo. Quibus tamen victis, spretis atque contritis coniungere nos debemus Deo, impedimenta que cuncta dirumpere.

Nuptiarum Dei prandium quod sit.

Vocatio hominem à Deo dupliciter. Nuncij Dei qui fiunt. Psalm. 84. Iob 4.

Impedimenta hominem à Deo retrahentia quae sunt. Voluntas propria quae dicitur & quae sit periculosa. Bernard.

Eccle. 10.

Negligentia quantum impeditur.

Inquirendum igitur quae sint, quae nos à Deo aut retrahunt aut impediunt. Et est dicendum, quinque inueniri. Primum est, propria voluntas. Nam hic dicitur, quia nolabant venire. Obedere nolens Deo satis indicat praefere se propriam voluntatem suam diuinæ. De voluntate propria quandoquidem hic accipitur, ut non est subiecta, sed aliena & contraria Deo, dicit Bernardus: *Quid odit Deus aut punit, nisi propriam voluntatem? Tolle propriam voluntatem, & infernus non erit.* Quomodo enim voluntas bona origo est virtutis, ita voluntas mala scaturigo est omnium vitiorum. Non potest autem dici voluntas bona propria, quia si est bona, iam non est propria, sed communis Deo & sanctis. Mala voluntas sola dicitur propria. Idcirco Ecclesiasticus monet: *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si praestiteris animae tuae concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis.* Caueto igitur filij, ne in vobis sit voluntas quae non consentiat Deo, quia haec est mala & propria. Quicquid enim in nobis malum est, hoc nobis proprium est, quia non à Deo, sed à nobis est. Secundum est impedimentum negligentiae. Ideo hic dicitur, postquam rex denuo misit seruos suos, illi autem neglexerunt. Inuenitur

RRRR nitur

T. VI
21

pediat hominem à Deo. Apocal. 3.

Tepiditas quam sit homini perniciosa.

Leo Papa.

Matth. 20.
Psalm. 100.
Superbia quantum impedit hominem.

Cupiditas quomodo hominem retrahat à Deo.

Eccle. 8.
Matth. 16.
Marc. 8.
Luc. 9.
Matth. 16.

Diuitijs quomodo ad salutem suam vitatur homo. Psal. 61.

Iob. 1.
Diuitiarum quomodo

nitur in hominibus quibusdam tepiditas, quæ Deo quoque nauseam prouocat, vt scribitur in Apocalypsi: *Vinam esses calidus aut frigidus, sed qui neque es calidus neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Nulla res adeo est homini perniciofa quam tepiditas, quia non habet hæc opera bona quæ Deo placeant, nec opera vehementer mala quæ dolorem penitentia inducant. Sunt enim ferè omnes tepidi, grandium siue malorum siue bonorum sibi nõ confej: quare nec stimulos quoque sentiunt conscientia remordentis, nec feruorem amoris. Hi plerumque rarius conuertuntur ad Deum, quam magni peccatores, cum nullum sibi suspicentur periculum. Verum non negligentibus, sed studiosis & operantibus prouenit regnum caelorum. Neque enim paterfamilias alijs voluit dare mercedem, quam in vineam conductis & mercenarijs. Ideo non dixit. *Voca negligentem aut fomiculosos, sed voca operarios & redde illis mercedem.* Tertium impedimentum est superbia, ambitioq; honoris seu potestatis. *Non habitabit, inquit Psalmista, in medio domus mea, qui facit superbiam.* Nolite ergo filij honores, gloriam & laudes hominum quærere, quia inquietudinem in hoc vobis procuratis maximam cordis. Quot enim suspitiones, quot timores, quot adulationes, quot inuidia monstra, quod denique plagas vulneraque ac passiones vobis inducitis, quot vitijs tandem vos seruire necesse est, dum vni putatis ambitioni superbiaeque vos seruientes? Imo & vix agnoscetis vos seruos. Superbia enim ipsam non iudicat. Superbia sese non arguit, quin etiam iniuriam sibi fieri putat superbus, si de se vel ab alio malè audierit sentiri. Nihil igitur dulcius requie humilium. Nihil suauius pace humilium & mansuetorum. Quartum impedimentum est cupiditas. Ideo hic dicuntur alij abijisse in negotiationes suas. Nonne vides eos qui diuitias seculi quærunt, quomodo nullum tempus illis prolixum est, vbi de lucris & negotiationibus suis tractant? Pendè dixissem negationibus Domini. Negant enim inter huiusmodi veritatem Christum. Porro opera sancta agere, & diuino interesse officio, hoc eos grauat, & vniuersum absumit tempus. Multa, inquit, alia habemus agere. Verè multa habetis agere, ne intretis ad nuptiarum prandium, aut ne intretis quomodo deberetis cum veste nuptiali, hoc est, cum charitate. *Multos, inquit Ecclesiasticus, perdidit aurum & argentum, Christus quoque: Quid prodest homini, si lucratur vniuersum mundum animam suam, & detrimentum patitur? Aut quam commutationem dabit homo pro anima sua?* Non tamen de omnibus diuitibus loquor: sed de his qui quærunt diuitias, qui volunt diuites esse aut fieri in hoc seculo. Dicitis fortasse: Si mihi à parentibus relicta sunt diuitiae, nunquid propterea diuitiae mihi sunt impedimenta ne saluer? Non sunt tibi impedimentum si volueris, sed sunt etiam occasio & auxilium vt salueris. Audi igitur consilium Psalmista quod facias: *Diuitie, inquit, si affluant nolite cor apponere.* Nolite in diuitijs superbiere, nolite exaltare, nolite propter illas quicquam, quod Deum offenderet, admittere, nolite illis aliter aut ad necessitatem (non ad voluptatem) aut ad Dei gloriam, aut ad proximi consolationem vti. Si ergo adsunt, nolite inde extolli. Si absunt aut à vobis recedunt, nolite contristari, sed dicite cum Iob: *Domnus dedit, Domnus austrulit: sit nomen Domini benedictum.* Diuitias si habes, ideo te habere credas vt earum sis dispensator, non seruus. Non illæ imperent tibi, hoc est, earum amor non impe-

imperet tibi, non prohibeant tibi ne se, id est, diuitias ad consolationem pauperum audeas exponere: sed imperet tibi Christi amor, vt in eius honorem, vbiunque potueris, gaudeas easdem erogare. In hunc namque vsum eas tradidit tibi Deus. Videt te delicatum, qui ferre non potes multa ieiunia. Adorationem indeuotus es, ad alia item mortificationum studia & exercitia ineptus. Quapropter in hoc tibi prouidit Deus, vt habeas quo à pauperibus, quorum est regnum cælorum, illud compares. Iterum dico fili, scito te diuitijs iustis (nam si iniuste sunt, ne ad horam quæso has ratineas) à Deo & honoratum & oneratum, propterea vt his qui non habent necessaria, subuenias, atque sic pie dispensando pro te & pro tuis & pro consolatione pauperum temporalia bona, compares æterna. Hoc modo & non alio, fac pro fit tibi diuitias habere. Quintum impedimentum est malitia, quæ ex hoc quoque presenti Euangelio, quantum non solum impediatur salutem, sed etiam salutem, imo & Saluatori resistat, liquet. Nam dicitur: Reliqui tenuerunt seruos eius, & contumelios affectos occiderunt. Quid miramini? Aspiciate hæc vestra tempora. Videtis ne hodie crudeliorem quoque exerceri malitiam? Nonne sanctorum vidistis corpora ac exuias, quos olim & in vita, & post mortem Deus miraculis fecit gloriosos, aureis ablatis tumbris ac thecis, aut in cineres cremari, aut in paludes abijci? Quid plus fecit Dacianus aut Decius? Nonne vidistis eos qui nefaria noluerunt sententiæ subscribere, & eos qui summo pastori Ecclesiæ dicunt obediendum, qui factentur denique sancto Petro, & eius successoribus, non cuius prophano homini dictum: Pasce oves meas, occidi? Nonne qui veritatem loqui audent, trucidantur? Exosi habentur omnes, quotquot loquuntur veritatem, persecutionemque patiuntur. Nec hi soli fugantur, qui prædicant veritatem Ecclesiasticam & Euangelium, iuxta catholicorum patrum orthodoxorum sententiam, sed etiam illi non sustinentur, qui nemini verbis, sed operantur & vita prædicant, hoc est, qui non verbis contendunt, quomodo viuere oporteat, sed vitæ suæ exemplo id commonstrant. Cuiusmodi monachi ferè vbi que nunc persecutionem patiuntur omnes: persecutio tamen Ecclesiæ in illis non finietur. A sanctuario quidem persecutio & plaga Domini incipit, sed paulatim in persecutores hæc reuoluetur. Beati autem qui nunc patiuntur propter iustitiam.

Beatus ille verus episcopus Ioannes Rossensis, qui verò martyrio propter Christum passus & coronatus est. Beati eius socij, qui veritatem Christi pluri quam hominum minas fecerunt. Quomodo inquis Rossensis aut socij eius pro Christo passi sunt, cum pro summi pontificis statu magis occisi videantur? Pro Christo, inquam, non pro pontifice passus est cum alijs Rossensis. Quia enim Christum Petro soli dixisse testatur est, eiusque successoribus: Pasce oves meas, quo Petrum eiusque successoribus Christus pastores constituit omnium ouium suarum, non quemuis regem, qui & seipsum subiectum summo debet se agnoscere pastori si vult inter oves Christi annumerari. Quod si inter Christi oves non vult agnosci, non mirum erit, vt neget pastorem, neget verba Christi, neget institutionem Christi, seque cum sit homo prophanus, animarum puta interficiendarum, se constituat pastorem, & temporalium (quod solum ei conuenit) se constituat rector?

RRRR 1 Pro

quis debet esse dispensator ieiunij.

Matth. 5.

Malitia hominum, quantum resistat Saluatori.

Ioan. 11.

Ezech. 9.

Matth. 5.

D. Ioannes Rossensis episcopus quomodo pro Christo passus fuerit. Ioan. 21.

T. VI
21

Pro hac itaque veritate Roffensis episcopus, vir Deo dignus, cum socijs suis passus est, vt sanguine suo restarentur illum ouem non esse Christi, quisquis Petrum aut eius successorem, pastorem à Christo sibi constitutum negaret, contemneret, aut in illius se locum ordine inuerso, neque vocatus à Deo, nec potestate accepta subrogaret. Mortuus est, inquam, Roffensis, vt restaretur hanc sententiam veram esse & Euangelicam, soli Petro eiusque in persona successoribus eius dictam: *Pasce oues meas.* Ab illo pastore quisquis se subtraheret, ouem se Christi non esse luce clarius confiteretur. Qui enim non agnoscat pastorem ouium à Christo sibi constitutum, ouem se negat Christi.

Ceterum quisquis Petrum & eius successores non agnoscere vult pastores, agnoscat Vigilantij, Vuicleffi, Hufsi, atque vetustorum hæreticorum successorem Lutherum. Qui, inquam, Ecclesie Christi ab Apostolis ad nos vsque deriuatq; non vult consentire aut communicare, in qua omnes sancti, omnes martyres, omnes miraculis insignes sancti doctores Ecclesie vixerunt, communicet & consentiat hæreticis: aut qui spiritu non vult regi illo, à quo regitur & fouetur Ecclesia sancta, quarat alium sibi spiritum, quo hæretici solent regi, pura spiritum dissensionis & diuisionis, qui spiritus est satanicus. Verum nunc de hac re satis. Veniet tempus quo non verbis, sed iudicio de eadem re disputabitur, quo potentes tunc potenter tormenta patientur. Interim qui iusti sunt, iustificentur adhuc, & qui in sordibus sunt, sordescant adhuc. Itaque vt redeamus vnde digressi sumus, eos, quos miserat seruos rex ad inuitatos vocandos quidam malitia ducti, non solum non audierunt, sed etiam occiderunt. Quo constat eos dedita opera fuisse malos. Posuerunt enim mala pro bonis, & odium pro dilectione seruis Dei retribuerunt. Sed dubitare haud immerito quis potest: Cum hic Dominus multos dicat vocatos, paucos verò electos: scriptum verò sit nescire hominem, an amore odiove dignus sit, an quædam sint signa, quibus agnosci quis possit aut consolari, quod Dei electus sit. Dicendum, hoc nulli certo constare posse, in gratia aut Dei amore se esse: possunt tamen indicia quædam & nonnullæ coniecturæ esse, quibus consolari possit homo Deo deuotus, sperareque se de numero esse electorum vnum. Dicit enim Bernardus: Si nullum esset signum ciuium cæli & ciuium inferni in hac vita, quæ tunc poterit esse consolatio inter spem & metum anxia sollicitudine fluctuantibus? Non igitur sine testimonio consolationis electos suos dereliquit. Itaq; primum signum est peccata in se derelictari. Rectè igitur dixit Hieronymus: Tunc peccatorum salus incipit, cum quis veraciter pro delictis ingemiscit. Contra verò lætari in delictis, sicut de quibusdam scriptura dicit: *Lætantur cum molestantur, & exultant in rebus pessimis, est pessimum signum.* Secundum signum electorum est libenter de Deo audire, aut delectabiliter audire verbum Dei. Quod pro signo Christus quoque Iudæis, quo se cognoscerent, vnde essent, dedit, dicens: *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non audistis, quia ex Deo non estis.* Hæc verba filij ad vos quoque applicate. Corda vestra excutite, an in templo vos delectet magis audire officium diuinum, & sermonem, seu prædicationem, quam de nugis, rumoribus seculi, & prophanis rebus vestris fabulari. Dicit autem Gregorius, certissimum esse signum prædestinationis, liben-

1. Cor. 14.

Sapient. 6.
Apo. 22.

Psal. 105.

Eccle. 9.

Bernard.
Electionis
Dei signa
quæ sunt.

Hieron.
Peccatorum
detestatio
quam sit bo-
num indicium
Pro. ...
Verbum Dei
libenter au-
dit signum
esse electo-
rum.
Ioan. 8.

Gregorius.

libe-
ver-
T
pau-
Apo-
omn-
Qu-
uer-
De-
cui-
pot-
nor-
am-
mi-
Quo-
qui-
De-
om-
me-
eod-
mi-
bir-
gifi-
tari-
est
xin-
Est
um
epi-
ab-
est
cur-
m-
mi-
flu-
ait
lib-
lib-
De-
sig-
cer-
lin-
cir-
in-
ria-
zir-

libenter audire verbum Dei. Perpendite cuiusmodi sit affectus vester ad verbum Dei.

Tertium est signum, patiens aduersitatum toleratio, vt sunt infirmitas, paupertas, &c. *Beatus enim homo qui corripitur à Domino.* Dominus quoque in Apocalypsi: *Ego, inquit, quos amo, arguo & castigo.* Et Paulus: *Flagellat autem omnem filium quem recipit.* Et iterum: *Quis enim filius, quem non corripit pater?*

Quartum signum est, in tribulationibus emendari. Si quis ita miseras aduersitates sustinet, vt sub his melior efficiatur, signum habet electionis Dei. Porro *cor durum malè habebit in nouissimo.* Huiusmodi autem fuit Pharaon, cuius cor ex plagis Dei non melius aut obedientius fiebat, sed in malitia potius indurabatur. Quintum est signum timentes Deum ac seruos Dei honorare. Qui enim Dei seruum aut amicum veneratur, propterea quia Dei amicus est, multo magis Deum amat ac veneratur, ob cuius gratiam hominem diligit aut veneratur. Infallibile autem est, quod Dominus dixit: *Quod vni ex minimis meis fecistis, hoc mihi fecistis.* Vnde manifestum est eum, quisquis Dei amicos, propterea quod Dei sunt amici, diligit, multo magis Deum diligere. Sextum est humilitas. Christiana obseruantia & electi Dei omnes hoc habent, vt aliquid virtutum Christi suis studijs imitentur, suisq; moribus exprimant. Maximè autem in humilitate Christi nonnihil cum eodem participant omnes Christi discipuli. Timor enim Dei deprimit hominem in sui cognitionem, vt erubescat coram humili Christo Deo superbiere. Si enim discipulus est Christi, non potest non aliquid didicisse ex magistro & eruditione Christi. Est enim Christus doctor & magister humilitatis, & cuncti illum humiles sequuntur, quomodo diabolus quoque rex est super omnes filios superbiæ. Septimum est, grauatè audire mala de proximo, cum proximorum mala in bonum conuertere seu excusare oporteat.

Est enim hoc verè dilectionis argumentum. Diligere autem salutis indicium est ac signum, sicut Christus dicit: *In hoc cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Laudatissima igitur est consuetudo, absentibus neque detrachere, neque de illis detrahentes audire. Octauum est proximis in aduersis compati ac subuenire. Scriptum nanque est: *Incurdus homo qui miseretur & comodat, disponit sermones suos in iudicio, quam a*

terram non commouebitur. Quid enim Dei misericordia tam dignum, quam hominis misericordia in proximum prærogata? Propterea beatos dicit Christus misericordes, quoniam misericordiam consequuntur. Psalmista quoque ait beatum, qui intelligit super egenum & pauperem quoniam in die mala liberabit eum Dominus. Nonum signum est, iniuriæ facilis dimissio. Qui libenter offensiones donat in se delinquentium, facile suis quoque peccatis à Deo veniam impetrat. Et ideo hortatur nos Paulus dicens: *Estote inuicem benigni & misericordes, condonantes inuicem.* Neque enim mentitur veritas, dicens: *Dimittite & dimittetur vobis.* Ecclesiasticus quoque idem consulens: *Relinque, inquit, proximo tuo nocenti te, & tunc tibi deprecanti peccata sua uentur, De-*

cimum signum, desiderare se fore meliorem. Generat enim hoc desiderium in animo aliquam præparationem aut congruitatem ad recipiendam gratiam. *Beati namque qui esuriam & sitim iustitiam.* Quid autem aliud est esurire ac sitire iustitiam quam desiderium profectus maioris? Vndecimum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

signum

Iob 5.

Apoc. 1.

Hebr. 12.

Ibidem.

Eccl. 3.

Exod. 5. 9.

12. & 14.

Seruos Dei

honore bo-

num esse

signum.

Matth. 23.

Humilitas

vt sit electo-

rum signum.

Iob 44.

Detractiones

nolle audire,

quam sit bo-

num signum.

Ioz. 4.

Psalm. 111.

Compati pro-

ximis bonum

esse signum.

Matth. 5.

Psalm. 40.

Iniuriarum

facilis dimis-

sio, signum esse

electionis.

Ephes. 4.

Luc. 6.

Eccl. 12.

Desiderium vi-

tæ melioris,

signum esse

bonum.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

T. VI
21

Passionem Christi deuote recollere, praedestinationis esse indicium.

Mariam venerari quam sit bonum signum.

signum praedestinationis est, ad passionem & mortem Christi, & ad beatam Virginem Mariam deuotio: pura vt libenter passionem Christi recollas, vel saltem cum gemitu eius sis memor, Suauis quoque & desideratum sit tibi de hac cogitare, audire & loqui. Suauis sit tibi eandem venerari, meditari, & honorem ei orando, & gratias agendo exhibere. Beatissimam quoque virginem Mariam quotidie salutare, diligere, & venerari euident futuræ gratiæ, misericordiæque apud Christum inueniendæ est indicium. Non enim sicut non remuneratum Deus, quicquid vel suæ passioni, vel eius in honore oblatum fuerit matri. Imo & misericordissima Dei mater sciens propter peccatores ad hanc gloriam & dignitatis præminentiam se venisse, non potest non precibus suis nunquam repellendis apud filium suum mortalibus, maxime autem sibi deuotis succurrere, & misericordiam obtinere. Videte nunc filij absque dissimulatione, quæ in vobis ex signis huiusmodi insunt, & pro his, quæ vobis non insunt, pariter Domino supplicetis misericordissimo nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA XXI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Ephesios VI.



Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi retores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in caelestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perficite stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & indui lorica m iustitie, & caleati pedes in preparationem Euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Postquam Ephesios multa instructione Paulus docuerat, tandem opus erat illos quoque erudire, quomodo contra aduersarium excitaretur, & se pararent ad pugnam. Et qui inter illos suis viribus bonum se posse operari putauerant, nunc & voluntatem bonam & conatum, & vires à Deo intelligerent postulanda. Dicit igitur: Confortamini, hoc est, efficiamini fortes contra aduersarij insultus, impugnationesque omnes: idque non in viribus vestris, sed in Domino, hoc est, eo fidei respectu, quo ad Dominum confugiatis, eredentes eundem esse Dominum vestrum Omnipotentem, qui adesse & protegere vos velit. In hoc Domino confortamini, & in potentia virtutis eius, quæ ab illo procedit, cuique nemo potest resistere. Induite vos armaturam Dei. Induamini armis omnibus, quibus militatur Deo. Roborate animarum vestrarum vires virtutibus, quæ contra diabolum arma sunt præcipua, vt possitis stare, hoc est, resistere perseveranter, ac præualere aduersus insidias, fraudes, dolos, tentamentaque diaboli, quod haudquaquam pote-

Iob 9. 4.
Psalm. 75.
Sapient. 11.
Nicro. 49.

potestis, nisi Dei auxilio, & liberi arbitrij exercitio suffulti. Sola enim gratia, aut solo arbitrio nemo diabolo resistit. Neque enim nobis sola hæc est colluctatio, nec ea præcipua est, quæ est aduersus carnem & sanguinem, aduersus homines carnales, fragilesque, nec solum contra vitia carnis nobis pugnandum est, sed potius aduersus principes & potestates tenebrarum harum, contra angelos apostatas de ordinibus & sedibus principatum ac potestatum excidentis: aut contra reprobos illos spiritus, qui tanquam nequiores minoribus alijs principantur & præsumunt: aduersus mundi rectores tenebrarum harum, id est, qui sunt principes mundi huius, mundanorum scilicet hominum, iuxta intellectum quem Dominus significare volebat dicens: iam princeps huius mundi eijcietur foras. Diabolus itaque rector est Ioan. 12.
 ac princeps seruatorum suorum, impiorum hominum scilicet, quos captiuos in peccatis & in tenebris vitiorum detinet, quotquot illius obediunt volunt. Tenebræ mundi huius qui sunt.
 Hi enim tenebræ sunt mundi, sicut quibusdam dicit Apostolus: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Quando eratis (inquit) impij sub iugo & dominio diaboli, fuistis tenebræ: nunc verò diaboli iugo contrito, postquam Deo estis filij, per adoptionem facti, estis lux & filij lucis in Domino. Contra rectores itaque mundi tenebrarum harum, nobis decertandum est, & contra spiritalia nequitie in caelestibus, contra dæmonum agmina nequitie plena in aere illo caliginoso. Vult itaque Apostolus dicere: Tametsi nos homines persequantur, si occidant, rapiantque nobis bona & famam, non tamen nobis contra homines esse pugnandum, sed vigilandum potissime contra principes horum malorum, contra malignos spiritus, qui intus nos persequuntur, & capere moliuntur. Propterea quosdam infirmos infligant, fallunt, seducuntque ad mala. Hi sunt, qui nos impugnant per seipsum & per homines, vt ad iram, inuidiam, odium, desperationem, aliaque id genus peccata quacunque nos præcipitent. Contra aduersarios igitur interiores multo diligentiori studio est vigilandum, satagendumque, vt illos quam vt exteriores vincamus persecutores. Hi enim non repugnando, nec mala retaliando vincuntur, sed cedendo, sustinendo, se humiliando, diligendo, atque benefaciendo placantur. Eisdem autem armis, hoc est, eisdem virtutibus vincitur diabolus, placatur etiam homo. Est autem nihilo minus aduertendum, neque hominem, neque diabolum posse aliquid aduersum nos, nisi Deo id permittente, vt manifestum apparuit in Iob, quem diabolus non potuit lædere, neque in rebus, neque in corpore, nisi data sibi facultate à Deo. Quapropter ad impatientiam nemo sub onere aut molestia, nemo tentationum importunitate ad desperationem, nemo denique ad iram aut vindictæ appetitum permoueatur, sed resignatum Deo debet homo habere animum, cuius amore & quamimmo ferat, quod alioqui grauate esset laturus, aduersarioque cuius mente responderet: *Non haberes aduersus me potestatem ullam, nisi datum tibi esset de super.* Ioan. 19.

Hæc fides, hæc resignatio animi, qua de manu Domini tam mala, quam ides diaboli, mundi, que vincitur, qua.
 bona recipiantur, est victoria, qua vincit mundum & diabolum. Sequitur: Ioan. 1.
 Propterea accipite armaturam Dei, qua solet Deus suos armari seruos. Nec hostibus cedatis, aut fugiatis, sed munite vos armis, quibus possitis hostibus resistere in die malo, & in hora tentationis, qua vos malum impugnat. Ioan. 1.

RRRR 4 aut in

T. VI
21

aut in die malo, quo viget malicia vos impugnans, & vt possitis in omnibus perfecti stare, tam inter prospera, quam inter aduersa, ne vos prospera extollant, nec deiiciant vos molesta. State igitur succincti lumbos vestros cingulo castitatis. In his enim viget viris luxuria. Propterea Dominus dicit: *Sint lumbi vestri praecincti.* State succincti lumbos vestros in veritate. Estote casti, non tantum in oculis hominum, sed in oculis etiam Dei, & indui lorica iustitiae bonarum actionum, & calceati, hoc est, calceis indui pedes. Per pedes significantur affectus, quos munire decet, ne terrena tangant, aut terra inquinentur. Vt sitis, inquit, praeparati, expediti, ac idonei, ad annu- ciandam gratiam Evangelicæ pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, hoc est, pro scuto sic vobis fides catholica, in quo possitis scuto tela nequissimi ignea extinguere, hoc est, quo possitis vehementes tentationes ac impetu- osas diaboli vincere aut reddere inanes. Et galeam salutis assumite (quæ est spes æternorum bonorum) qua omnia contemptis terrena: & gla- dium spiritus seu spiritualem gladium assumite, qui sermo est diuinæ præ- dicationis, diuidens carnem à spiritu, rescans à virtute vitium, ac noxia cuncta, puta impietates & hæreses rescindens.

Lucæ 12.

EXEGESIS EVANGELII EIUSDEM DOMINI
cæ XX I. post Dominicam S. Trinitatis, Iohannis IIII.

Iob 17.

Mebr. 9.

1. Corin. 12.

Multi vestrum charissimi, arbitror, scriptum legerunt in Iob: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multo miseris. Qui quasi flor egreditur & coneritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Siquidem homo dum crescit, deficit: quantoque eius extenditur vita, tanto eadem ipsa crescens minuitur. Prorogatio namque & cursus vi- tæ, quid aliud est, quam eiusdem decurtatio? *Statutum est enim omnibus homi- nibus semel mori.* Vnde quanto viuatur diutius, tanto ipsa vita breuior effi- citur, tantoque ad mortem acceleratur. Verum antequam ad mortem veni- amus, vita nostra multis aspergitur amaritudinibus, multisque atteritur mo- lestijs, per quas ad se modo nos trahit Deus, aut iam tractos apud se, ne re- cedamus, custodit. Quam obrem decet nos paternum suum erga nos amo- rem intelligere, & corporum infirmitates, quæ sunt animæ sanitas, non ab- ijcere, sed patienter amplecti. Meminisse enim nos Apostolicæ sententiæ o- porret, quæ dicit: *Uent et gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Cum enim infirmior, tunc potens sum. Itaque in huius Dominicæ Evan- gelio regulus quidam & pater afflictus introducitur pro filio orans: qui tandem quoque est exauditus, & filius eius sanatus. Sanatio autem vnus infirmi multos ægrotos sanauit in anima: imo patrem quoque illius sana- uit ab imperfectione fidei. Dicit itaque B. Iohannes Euangelista.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Caphar-
naum.

Regulus ille
quis fuit.

Quis iste fuerit regulus, varia est multorum opinio. In hoc tamen con-
sentiunt (puto) omnes, hominem non regis fuisse dignitatis, sed in potesta-
re constitutum, vnum ex terræ optimatibus & rectoribus, qui vel à Roma-
nis, vel ab Herode constitutus, partem gubernauerit regni. Hic nuptijs in-
terfuisse

terfuisse dicitur in Cana Galilææ, & agnito Christi miraculo circa mutationem aquæ in vinum, spem aliquam recuperandæ concepit sanitatis pro filio. Fuit itaque regulus ille vnus ex rectoribus, satrapis seu præfectis terræ, & fortasse in Capharnaum constitutus præfectus. Hic itaque condolens filij infirmitati, qui incipiebat mori, tentauit quicquid poruit, remedia vndecumque petens. Hic cum esset memor miraculi in nuptijs facti, ad Iesum concitus se contulit, sperans se ibi remedij quid pellendæ mortis & infirmitatis ab eodem se accepturum, vt sequitur.

Hic cum audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam abiit ad eum, & rogabat eum, vt descenderet & sanaret filium eius, incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

Dicit quis: Cùm Dominus regulum hunc taxare videatur ob fidei defectum, nunquid credere non iudicandus est, qui dominum accessit, rogauitque vt sanaret filium eius? Si non credidit Christum posse sanare, cur illum accessit, & vt sanaret filium suum, rogauit? Verùm excutienda sunt reguli verba, & videndum quid credidit, vbiue dubitauit. Credidit Christum posse sanare, sed in hac fide duo fuere defectus fidei. Vnus, quia putabat Christum non posse sanare, nisi adesset homini sanando. Non credidit vt absens curare posset infirmum. Atque ideo Dominum rogauit, vt descenderet. Alter defectus fuit, quod putabat eum mortuum non posse suscitare: ideo festinabat Iesum in domum suam adducere, antequam filius eius moreretur. Hunc duplicem fidei defectum in eo videns Iesus, ait ad illum: Nisi signa & prodigia videritis non creditis. Non obiurgat eum quod peteret signum, sed quod imperfectè crederet. Sciebat nanque recipiendæ ac propagandæ fidei signa esse necessaria ac Christi miracula. Primo namque erant signa necessaria, quibus Christi prædicatio confirmaretur, propter difficultatem credendorum, quæ erant supra captum humanum. Contra quæ ratiocinationes multæ fieri possent humanæ, quæ vt excluderentur, miraculis opus erat, quibus ratio humana confiteretur atque credere virtute diuina perfecta compelleretur. Nisi enim Christus miraculis, signisque astruxisset veritatem suæ prædicationis, nisi signis & prodigijs virtutem commostrasset diuinam, quis credidisset ei dicenti se filium Dei? Quod enim homo esset Christus, oculo poterat probari corporali. Quod verò Deus erat, nõ poterat persuaderi, nisi virtus in eo esse perspiceretur diuina. Miracula autem operari ex potestate, sine oratione, & virtute propria, mortuis reddere vitam aut languidis sanitatem, naturam testantur diuinam. Dixi igitur, nisi virtute aliqua diuina, quam purus non posset operari homo, Christus probasset se Deum, quis dicenti se Deum, obligatus fuisset hoc ipsum credere? Nonne & ipse hoc ipsum confitetur, dicens: *si opera non fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent incredulitatis, scilicet Iudæi?* Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Siquidem Christus ex potestate & imperando (vt dixi) fecit miracula, quod nemo sanctorum alius fecit. Sancti enim siue veteris, siue noui testamenti fuerint, non suo, sed Christi nomine: nõ sua, in quâ, virtute, sed Christi virtute: nõ imperando, sed precibus imperando

Ioan. 5.

Fidei defectus duplex in regulis.

Miracula Christi necessaria fuisse propter tria.

Ioan. 15.

SSSS trando

T. VI
21

Ioan. 5.
Lutheranoru
opera cuius-
modi perhi-
beat de ipis
testimoniis.

trādo fecere miracula. Quocirca Christus dixit quocirca: *Opera quae ego facio, sunt
quae testimoniū perhibēt de me.* Opera quae facit Lutherus & eius socij apostatae,
pariter testimoniū perhibent de illis, quod sunt pseudoapostoli, haeretici,
Christo & Ecclesiae rebelles, à Spiritu sancto alieni, & fatanae discipuli, qui
quicquid honestum est, aut virtuosum, oppugnant, quicquid virtuosum, ro-
borant. Reuera enim Lutherani possent dicere: Licet nomen nobis arroga-
uerimus Euangelij, opera tamen nostra quae facimus, testimoniū perhibent
de nobis, quod non Euangelici, sed carnales sumus. Secundum spiritum
enim viuere, quamuis rarissimè, imo fere nunquam, ne doceamus
quidem, tantum abest vt faciamus, nisi quod quicquid loquimur, si detra-
himus, si negamus, si seducimus denique, modò repugnet Ecclesiae, voca-
mus Dei verbum, vocibusque clamamus: Euangelium, Euangelium, non
aliter quam Ephesij olim per duas horas clamabant. Magna Diana Ephesio-
rum. Clamantes autem nihil de Euangelio secundum spiritum, nisi ea
quae contentiones fouent, & detractiones seminant, proferimus, sed iux-
ta spiritum loqui, & iuxta carnem viuere docemus. Opera enim nostra
sunt, & in carne & in fraude. Quod si non creditis nobis, opera nostra te-
stimoniū perhibent de nobis, quod carnem diligimus, spiritum execra-
mur. Secundo necessarium fuit, vt Christus faceret signa & prodigia ra-
tione fidei (in qua ante erant) antiquandae. Tunc enim non erat gens, quae si-
dem aliquam non receperat, imo perfidiam & idololatriam, iudaeis excep-
tis, qui veram habebant vsque ad illa tempora fidem. De fide autem rece-
pta quemuis eripere, & in aliam fidem introducere, non potest fieri, nec per-
suaderi quidem mortalibus, nisi opera huiusmodi videant, quae diuinita-
tem testentur, vt sint vltra potestatem humanam. Romani namque & aliae
gentes videntes per viam naturae euenire abundantiam & caritatem, serenitatem
& tempestatem, generationem & defectiōnem, caelestibus sideribus,
puta, Soli, Lunae, caeterisque planetis virtutem & diuinitatem tribue-
rant (cum reuera nihil essent ex se, sed tantum ministrantia lumina, eorū-
que virtus esset illis indita à Deo) & eadem vt numina diuina cum
alijs portentis, dijsque suis multis colebant. A quo errore eos euellere, & a-
liam fidem persuadere nemo potuit, absque ostensione miraculorū. Por-
ro iudaei fidem & legem habebant à Deo per Moysen sibi traditam, à qua fi-
de, in qua erant nati, quomodo in aliam fidem, & in legis derelictionem
potuissent induci nescio, si non vidissent miracula in Christi nomine (quae
per Apostolos praedicabatur) fieri, quae testimoniū ferrent, non aliud no-
men sub caelo datum esse hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri, quam
nomen Domini nostri Iesu Christi. Ab assuetis enim difficile est auelli, &
eam in qua natus es, fidem difficiliter relinquere, nisi cogaris miraculis. Quia
propter videre hic quāso quorundam leuitatem & perulantiam, qui fidem
veram, antiquam, ab Apostolis nobis traditam, miraculis, signisque confir-
matam deserentes, in quorundam apostatarum, (quorum summa sanctitas
est carnalis spurcitia) carnalem libertatem se tradiderunt, nihilo honestio-
res inde facti Mahumetanis. Hi Lutherani sunt haeresum multarum coacer-
uatores & sectatores. Quomodo igitur dixi, vt fidem suam pristinam, tam
iudaei, quam Gentes relinquerent, in Christum crederent, necesse erat id
fieri.

Ahor. 9.

Idololatri-
origo, quae.

Ahor. 4.

fieri
credi
comi
nim
gnis
uenti
latri
dicen
cien
horum
terati
rd qu
reco
stos,
eset
per p
se ad
phile
man
dolo
men
Apost
erat
lis à
non p
virtu
gna
P
mira
gelica
quia
est ca
quam
honest
ca ha
deside
meti
sus m
ni ser
Luthe
bera
amer
tis su
Luthe
paula
diger

T. VI
21

Dixit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus.

Quamuis imperfecta huius reguli fuerit fides, fuit tamen singularis deuotio eius ad Christum. Quamobrem non expectauit, donec ad ciuitatem suam veniret Iesus, sed longè adhuc constitutum adiit, & pro filio rogauit. Quem Dominus Iesus non solum exaudire volens eius filium sanando, verum etiam ipsum regulum ab imperfectione fidei liberando, reprehendens exercuit eum. Verum cum ille hæc dissimulans sustineret, atque precibus non desisteret, Dominus illi respondit:

Dicit ei Iesus: Vade filius tuus viuuit.

Matth. 8.

Gregor. Cur ad Centurionis seruum Christus ire voluerit, & non ad filium reguli.

Non dicit regulo, quæadmodum dixerat Centurioni: *Ego veniam & curabo eum*, sed vt orantem quoque sanaret patrem, qui opinabatur Iesum absentem non posse curare, & ideo vt ad se descenderet, Iesum rogabat, ire noluit. Sed mouit hic diuus Gregorius quæstionem: Quare Dominus ad seruum Centurionis accedere, licet non rogatus voluit, & ad filium reguli ire noluit: Nempe ideo, vt instrueret nos, qui homines intuemur vt homines. Secundum humanam enim rationem omnino videbatur nobis magis eundem ad reguli filium, quam ad Centurionis seruum. Sed Christus vt monstraret quam studiosus humilitatis esset, quamq; non esset acceptor personarum, sed æque omnes diligeret, ad reguli filium ire recusauit, ad seruum Centurionis ire paratus fuit. Alia est præterea ratio. Nam Centurio perfectam habuit fidem, in qua nihil ædificari oportuit. Ideo vt illius nobis fidem quoque & deuotionem manifestaret. *Ego* (inquit) *veniens curabo eum*.

Matth. 8.

Sciebat enim quid esset responsurus Centurio: ideo vt nos quoque eius tantam fidem sciremus, prouocabat eum ad respondendum. Hic verò regulus habebat fidei imperfectionem, quæ in illo pariter erant curanda. Ideo ire Dominus ad filium eius noluit, ne eius errorem confirmaret. Sed absens curare voluit filium, quo præsentem curaret quoque patrem, existimantem opus esse ad curationem filij corporali præsentia Christi. Propterea constanter regulo hic Iesus dicit: Vade, filius tuus viuuit.

Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret.

Aliquid in fide profecerat interim, dum Domino loquebatur regulus, quia iam credidit verbo Christi, & fide confortatus, rediurus in domum à Domino abcessit. Cui occurrerunt serui nunciantes filium viuere, id est, esse incolumem, vel, quia lætium nuncium non est differendum: est enim semper desideratum & acceptum, ideo festinarunt serui mox, quod audire desiderabat, Domino nunciare: vel quia superfluum videbatur seruis, magis gratia vocabatur Christus incolumis erat. Putabant enim cum suo Domino descensurum Christum, cuius iam esset præsentia superflua propter filij sanitatem.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et di-

Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris.

Ex hoc loco Chrysoſtomo videtur, quod perfectè non crediderit regulus iste, ſed tirubauerit: atque rei veritatem explorare volens, propterea interrogauerit, qua hora melius habuiſſet, vt inde diſceret, an virtute Chriſti, an alia occasione aliqua naturali filius recuperaiſſet ſanitatẽ. Reſponderunt igitur illi ſerui eius, quod hora ſeptima illum reliquiſſet febris, hoc eſt, quod cum eſſet febricitans correptus, ſubito illum reliquit febris perfectè, & ſine vlla debilitate, aut morbi veſtigio factus eſt, manſitque ſanus. Pari modo ſocrus Petri febricitans curata eſt. Nam ſubito ſurrexit à Chriſto curata & miniſtrauit menſam. Ioannes Chryſoſtomo. Luca 4.

Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus: Filius tuus viuuit. Et credidit ipſe & domus eius tota.

Pendite hinc (vt Beda dicit) quemadmodum in alijs virtutibus, ita in fide quoque eſt gradus. Nam regulus initium habuit fidei, cum Dominum pro filij ſalutem rogauit. Incrementum habuit, quando ſermoni credidit Chriſti, domum reuertens. Poſtremo nuncijs ſeruis perfectionem obtinuit fidei, nihil poſthac dubitans. Credidit autem, vt hic dicitur, non ipſe tantum, ſed domus eius vniuerſa. Quo palam fit, quam vtile fit, patrem familias habere bonum, aut Deo deuotum, quamque peſtiferum ſit malum, impiumque habere dominum. Quomodo enim eſt pater familias, ita ſunt eius quoque miniſtri & familia tota. Proſuit igitur familiae domus, regulum credidiſſe in Chriſtum. Nam hac occasione ſtuderunt etiam omnes qui in domo erant, fide ſe Domino conformare. Qui ſi impius fuiſſet, familiam quoque habuiſſet impiam. Eſtote igitur filij ſemper, quantum eſt poſſibile, cum bonis, vt participes ſitis quoque in bonis eorum, & in virtutibus, & aſſueſciatis ad honeſtatem & ad virtutem. Iuxta enim mores & vitam eorum cum quibus habitas, vita & animus tuus imparceptibiliter mutatur, vt cum laſciuis ſias laſciuus, cum arrogantibus & ſaperbis ſuperbus, cum tumidis tumidus, cum inobedientibus rebellis. Et ediuerſo, vbi Dei timor eſt in patre familias aut vxore, ibi docetur, participatque tota familia, vt diſcat timere Deum. Qui vobis filij miſericordiam ſuam det & gratiam, vt illum præ oculis habentes, ſemper ei maneatis ſubieci ac obediẽtes, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, qui eſt benediẽtus in ſecula, Amen. Beda. Fidei gradus. Conuerſari cum bonis, quæ ſit vtile.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Cur poena peccati originalis poſt baptiſmum maneat, & quare formidabilis ſit mors.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur, Ioannis III. Hominibus cunctis naturaliter hoc inſtitum eſt, vt quarant ſui integritatem & ſanitatẽ: fugiant verò ſui corruptionem, ſeu mortem. Hoc modo hu-
ius infirmi pater per naturalem amorem & compaſſionem remedium egro-
to filio ſuo quodcunque potuit, ad ſanitatẽ quaſiuit. Sed miraris fortalle,
vnde nobis accidant infirmitates, aut etiam ipſa mors. Dicendum ex origi-
nali peccato hoc nobis accidere, vt moriamur, vt poenas, dolores, infirmi-
tates, Infirmitas & mors vnde accidunt homini.

SSSS 3 tates,

T. VI
21

tates, molestias, grauamina, famem, frigora, & quaecunque nobis sunt molestia, sentiamus. Quod si obieceris seu interrogaueris iterum: Quomodo Dominus omnia nobis peccata in sua passione dimiserit, & poenas peccatorum nobis ademerit: cur ergo nihilominus postquam sumus baptizati, poenis affligimur? Scriptum namque est: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolore prostratus ipse portauit.* Si Christus nostros quos pati debemus dolores portauit, & si in baptismo nos recipimus efficaciam, virtutem, & meritum passionis Christi, videtur quod poenas huiusmodi, quas per originale peccatum incidimus, iterum in baptismo exuimus. Respondendum hic per tres est considerationes. Prima, Christus omnem poenam peccatis debitam, in sua passione soluit perfectissime, quaecunque animam hominis post separationem à corpore ab ingressu regni caelestis impedire, vel perpetuo, vel ad tempus posset. In baptismo namque ubi nobis virtus communicatur passionis Christi, omnis culpa, tam originalis, quam actualis, venialis quoque & mortalis aboleretur, atque remittitur. Tollitur praeterea ibi omnis obligatio ad poenam, cui alioqui obnoxij essemus, tam inferni, quam purgatorii. Eam ob rem dicit Augustinus: Per baptismum quicquid in homine factum, dictum & cogitatum est, totum aboleretur, vt quasi factum non sit, habeatur. Secunda consideratio, per efficaciam passionis Christi & eiusdem virtutem non remittuntur poenae temporales peccato originali debita, quas in hoc mundo sustinere habemus, vt sunt infirmitates, miseriae & ærumnae multae, tandemque mors corporalis. Illae enim poenae terminantur in hac vita, & cum vita corporali ideo nihil possunt hominem impedire aut prohibere post separationem, nec perpetuo, nec ad tempus. In baptizato enim nihil impedit regni caelestis ingressum, nisi peccatum post baptismum commissum. Nam priora peccata in baptismo sunt deleta. Tertia consideratio: Christus Dominus noster quibus sua passione pro peccatis omnibus omniumque peccatorum poenis pro nobis satisfecerit, ab his tamen poenis temporalibus, quas in hac sustinemus vita, ex ingenti misericordia sua nos liberos esse noluit omnino. Sciebant enim nobis nullo modo prodesse, vt ab his poenis & molestiis hic penitus essemus liberi. Proinde (vt videmus) quos habuit in mundo chariores, eisdem pluribus molestiis & calamitatibus subiecit. Conferunt enim haec poenae multum his qui eas, vt debent, ex obedientia suscipiunt, intelligentes eas in remedia animarum suarum à summo medico sibi impostas. Confitetur igitur infirmitates, calamitates, ærumnas quoque & aduersitates, in utilitatem animarum nostrarum nobis relictas. Quas, inquis, pariunt utilitates? Multas, inquam, si patienter tolerantur: quarum aliquas recensere hic libet. Exempli igitur gratia aegritudinem seu infirmitatem accipiamus, in qua alias quoque intelligamus molestias. Prima autem huius est utilitas, vt homo sentiens infirmitatem, preparat se ad exitum. Qui enim tunc se ad mortem, quando infirmus est, non parat, quando parabit? Beati igitur qui quotidie se parant ad egressum (nescit enim homo finem suum) vt cum Dominus pulsauerit, confestim aperiant ei. Est autem magna admonitio infirmitas corporalis, vt se homo parat ad mortem, ne quasi improuisus, imparatusque moriatur. Scitum quoque illud est Senecae dicentis: Mors vbique te expectat, sed si sapiens fueris, vbique eam expectabis. Secunda est utilitas,

Esai. 53.

Poenae peccati originalis cur post baptismum mancant.

Baptismus vti collat omnem culpam & poenam.

August.

Infirmitatū, aduersitatū, que utilitates multiplices, quæ.

Eccle. 9. Lucæ 11.

Seneca.

tas, quia à peccatis infirmitates, aliaque incommoda patienter tolerata nos purgant. Misericordissimus enim Dominus infirmitates & calamitates nostras in expiationem nobis ordinat peccatorum. Adeo ut non raro in illis membris, per quæ peccauimus, etiam puniamur, ut in nobis impleatur illud: *Per quæ quis peccauit, per hæc & punietur.* Insigni autem penas pro peccatis à Deo restatur Psalmista, dicens: *Multa flagella peccatoris, spera autem autem in Domino misericordia circumdabit.* Et Dauid quia deliquerat: *Quoniam,* inquit, *in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* In Evangelio quoque non longè à superiori Dominica lecto nobis referebatur de paralytico, quæ Dominus curaturus hoc modo affatur: *Confide fili, quoniam remittuntur tibi peccata tua.* Quo satis indicabat peccata fuisse causam infirmitatis, & per infirmitatem illum iterum ad animæ redire sanitatem. Tertia est utilitas, quia infirmitates, ærumnaque hosti nostro lasciuia, petulantiamque eripiunt. Est enim nobis familiaris noster hostis caro nostra, quem circumferre cogimur & nutrire, non tamen occidere. Nutrire, inquam, illum tenemur ad sobrietatem, ad necessitatem quoque, non ad petulantiam aut voluptatem. Itaque cum infirmitatibus carnem Dominus affligit, hanc rebellem spiritui subijcit. Nunquam enim caro nos concupiscit aduersus spiritum, præsertim sana & lasciuens. Eam ob rem, cum id in se quoque experiretur Paulus, ingenue fateatur se libenter gloriari in infirmitatibus suis, *quandoquidem cum infirmor* (inquit) *tunc potens sum.* Quasi dicat: Cum infirmitas carnem meam domat, potentior atque liberior tunc in me est spiritus meus ad Deum. Quarta utilitas est, nam infirmitas à peccatis retrahit. Multa enim homini infirmo non libent, quæ alioqui malè liberent, & ad peccandum inducerent. Multas auferunt ægritudo delectationes, quibus, nisi infirmitas impediret, excederetur. Multa enim peccata homo faceret sanus, quæ non facit infirmus. Nec à peccatis tantum infirmitas retrahit, sed est etiam multorum occasio bonorum. Proinde Esaias dicit: *Dominus in angustiis requisierunt te.* Quinta est utilitas infirmitatis, quia indicat gratiam Dei. Est enim idonea ad obtinendum Deum. Nam singulare esse credimus dilectionis diuinæ indicium, infirmitates sustinere, iuxta illud: *Ego quos amo, arguo & castigo.* Familiare namque est Christo suis amicis dare aduersitates, siue hæc sint infirmitates, siue alia incommoda. Tu igitur sciens Deo id acceptum esse, pro ipsius optes amore aliquid sustinere. Omnem idcirco infirmitatem de eius manu accipe, & in gloriam eiusque beneplacitum quicquid super te venerit, sustine. Hanc tamen resignationem & patientiam nihil impedit, si remedia interim humana contra morbos, infirmitatesque instituta, vel quaras, vel admittas. Quia nesciens Dei voluntatem, facere debes (dum infirmus es) ut homo, qui suam valetudinem, incolumitatemque ad gloriam Dei expendendam, non debet negligere, sed ita remedijs uti humanis, ut æque ad voluntatem, si Deus ita voluerit, paratus sit: & verum sibi remedium hoc sanitatem recuperet nec ne, Deo id committat, Deoque suam voluntatem conformet. Sexta utilitas infirmitatis est, quod à futuris pœnis hominem liberat. Quicquid enim hic punit Deus, non punit post hanc vitam. Castigatio autem quæ in hac vita datur homini, est incomparabiliter clementior, quam ea quæ post hanc est vitam expectanda. Iustus autem est Deus, ut quicquid hic puni-

Infirmitas
vbi purget à
peccatis.

Sapient. 11.

Psalm. 31.

Psalm. 37.

Matth. 9.

Infirmitate
carnem spiritui
subijci.

Galat. 5.

2. Cor. 10.

Infirmitatem
à peccatis re-
trahere,

Esaias 36.

Aduersitates
dilectionis
diuinæ esse
indicium.

Apoc. 3.

Infirmitatem
à futuris pœ-
nis eripere
hominem.

T. VI
21

Nahum 1. Augustin. tum est, non puniatur denuo. Ideo dicit Naum Propheta: *affluite in presenti, & amplius te non affligam.* Quapropter diuus Augustinus non inspicienter quoque fertur orasse ad Dominum: Hic vre, hic seca, saltem in æternum parcas. Septima vtilitas est, quia infirmitas ad regnum cæleste introducit. Nam si *Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius,* quomodo nos nihil pro peccatis nostris sustinebimus? Quod si sustinemus (vt Paulus ait) *conregnabimus etiam.* Hoc in parabola Euangelica nobis insinuare Christus voluit, quando repudiatis his tanquam cœna sua indignis, qui venire noluerunt ad paratam cœnam, misit seruos suos, vt introducerent pauperes & debiles, cæcos & claudos. Hi enim quos hic despicit mundus, & qui in mundo hic præmuntur, magis ad cælestis cœnæ introitum idonei sunt. *Non sunt igitur condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Verum dicit hic quis: Quare fit vt nulla sit res, quæ adeo timeatur quomodo mors? Et timenda ne est mors? Dicendum, mortem nihil aliud esse, quam animæ à corpore separationem. Mors, inquam, est solutio coniunctionis animæ & corporis. Quæ coniunctio cum sit arctissima, familiarissimaquæ, inuitissime, si de naturali cursu loquendum est, partes separantur. Nulla quoque est creatura, quæ non contendat se tueri & repugnare naturaliter, ne intereat. Quia nihil est, quod sui appetat destructionem, vnaquæque res manere & perleuerare in suo esse cupit. Hoc videre possumus in omnibus creaturis, præsertim vitam sensibilem, vegetabilem, aut rationalem habentibus, quomodo quælibet suam tuetur vitam, sui fugit corruptionem, nec desinere aut perire vult: quanto magis homo, qui est creatura nobilis? Cum igitur animæ & corporis separatio, destructio atque solutio sit hominis, per quam altera pars, hoc est, corpus corrumpitur, & pereat necesse sit, est homini horrore naturaliter sui desitio, siue separatio animæ à corpore, quæ est mors. Quia, vt dixi, cum omnis creatura, tum præcipuè homo horreat sui corruptionem, & appetat non perire, sed permanere, atque quicquid hac in re sibi est contrarium, fugiat, secundum naturam horribile est homini mori. Secus est de virtute & gratia Dei. Quod enim natura horreat mori, perspicuum est ex Euangelio, quandoquidem Christus quoque pro nostra consolatione hanc passionem vltro sustinere voluit, vt quem iturus esset ad mortem, cœperit pauere, tædere, mœstus esse, ac tristis vsque ad mortem. Quid vltra? Cœpit Patrem rogare, vt se auferret calicem hunc passionis & mortis, quo se verum hominem probaret, vt pote qui ea, quæ veri sunt hominis, & conditiones naturæ humanæ in se sentiret. Secus autem est, si de gratia Dei loquamur. Nam multis sanctorum, præsertim in nouo testamento, & perfectis mors fuit in desiderio, & vita in patientia. Nam Paulus cupiebat dissolui, & esse cum Christo: idquæ reputabat multo sibi esse melius, quamuis in carne manere hic propter fratres magis foret necessarium. Itaque si Dei gratiam attendimus, si nostri redemptionem, adoptionemquæ per Christum cogitamus, si egressum nostrum ad felicitatem in bona ac forti spe, fiduciaque prætolamur, non erit horrore mors, præsertim secundum rationem. Legimus enim quosdam sanctorum naturaliter, aut iuxta sensum carnis saltem timuisse mortem. Nam Hezechias rex non solum de bonis aut melioribus, sed de optimis

Nahum 1. Augustin.

1. Pet. 1. Infirmitas vti ad regnum cælorum ducit. 2. Tim. 2. Math. 21.

Rom. 8.

Mors quid sit.

Mors cur naturaliter sit horrore.

Luc. 22. Marc. 14.

Math. 16.

Phil. 1. Mors cur multis sanctis fuerit in desiderio.

Isa. 38.

opt
vst
me
que
nu
dis
qui
om
fr
con
tibi
cat
mo
qu
qui
his
ma
rap
diu
bit
eni
si t
uer
auc
nat
bec
tum
mi
mir
sus
& e
tris
igi
fac
qu
mi
nos
ma
inc
esse
I
hab
co
qu
esse
rec

optimis etiam vnus, cum illi Propheta dixisset: *Dispone domus tua quia morietur ista, & non viues*, contristatus vertit se ad parietem, & fleuit, dicens: *Domine memento quasi quomodo ambulauerim coram te in veritate*, &c. Sic Gedeon quomodo cum vidisset angelum expauit, putans se propterea moriturum, & Manuah pater Samsonis. Eam ob rem, contra hunc timorem Dominus suos discipulos ac martyres futuros omnes confortans: *Nolite inquit, eos timere, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere*. Est igitur mors quidem omnibus iuxta naturam formidolosa. His tamē qui in Dei sunt amore perfecti secundum spiritum non est formidolosa. Scriptum enim est: *Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*. Ceterum, peccatoribus ac impenitentibus multo maximē est formidanda, de quibus item scriptum est: *Mors peccatorum pessima*. Sunt tamen alia quaedam, quae terribiliorem hominibus, quam in se est, faciunt mortem. Solent enim (vt quidam tradunt) comitari mortem, terrores ac aspectus teterrimi dæmonum, tentationesque graues, quibus nituntur in desperationem inducere morientem inimici. Verum de his quid sentiendum sit, puto incertum esse. Non dubium est tantum maximam tunc sollicitudine dæmones instare, vt infirmum fallant, seducant aut rapiant. Veruntamen Deus, qui hominem sub alijs tentationibus hic custodiuit in vita, custodiet sperandum est, etiam in morte: tamen vt homo habitet in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cæli commoretur. *Fidelis enim Deus, qui non permittit tentari hominem supra id, quod potest sustinere*. Quare si tunc grauior, improbiusque accesserit tentator, sperandus est quoque ediuerso potentior futurus adiutor. Leguntur quoque nonnulli vidisse in fine, aut circa finem dæmonis presentiam, vel ad sui purgationem, vel ad damnationis suæ inchoationem, sed an omnibus hoc contingat, incertum habeo. Postremo, hæc consolatio est timentibus Deum circa mortem. Quantumcunque sit mors formidabilis, est tamen bonis finis tentationum, finis miseriarum, terminus peccandi, post quem non erit peccatum, sed præmium, consolatioque & gaudium. Est mors bonis ianua paradisi, ingressusque regni cælestis. Est porta qua de miserijs nostris exeuntes recedimus, & est porta, qua ad gaudiorum plenitudinem intramus. Quid quod ad patriam nostram pertingere, nisi per hanc portam, non possumus? Non est igitur timenda mors, sed obedienter ad Dei beneplacitum suscipienda, quod facies tibi mortem valde vtilem, Deoque vehementer acceptam. Est quomors mansuetè, imo & optato sustinenda. Introducit enim mors a miserijs ad vitam, quomodo scriptum est: *Scimus quoniam si terrestri domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ex Deo adificationem habemus domum non manu factam, sed æternam in cælis*. Quapropter magis timeamus ne inueniamur inobedientes, ingrati atque rebelles Deo: nam his maximē formidabilis esse debet mors, qui nolunt conuertere ad Dominum.

Hi verò, qui filij sunt Dei viuētis, qui seruare cupiunt Dei præcepta, non habent turbationis atque timoris causam. His enim cum per mortem liberatus fuerit hæc vita temporalis deficere, dicitur à Domino: *Leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra*. Quo significatur electis Dei vitam hanc esse captiuitatem & carcerem: mortem redemptionem: post mortem verò reddi patriam, consolationem, beatitudinemque æternam. Per mortem

TTTT igitur

Iudicum 6.

Iudicum 11.

Math. 10.

Esa. 115.

Esa. 13.

Mortem terribiliorem facientia que fiat.

Psal. 90.

1. Cor. 10.

Timentibus Deum quem nam sit consolatio circa mortem.

Mortem quem modo faciat sibi homo vtilem.

1. Cor. 5.

Mors quibus debeat esse formidabilis & quibus nō. Lucæ 21.

T. VI
21

A quibus ma-
lis liberetur
homo per
mortem.
Hierem. 50.
Eccl. 1.
Vanitas omni-
um quanta.

Inquietudo
huius vitæ
quanta.

Eccl. 1.
Ioan. 16.

Apos. 2.

1. Cor. 1.

Eccl. 9.
A quibus pe-
riculis eripi-
atur homo
per mortem

igitur à multis eripimur malis. Primo, à malignitate mundi. Quapropter nos scriptura hortatur, vt exeamus de medio Babylonis, redeuntes ad terram promissionis, lacte & melle manantem. Ibi enim non erit fraus, nec dolus, nec peccatum, nec impostura, cuiusmodi mercimonijs mundus hic plenus est. Secundo, liberamur ab eius vanitate. *Vide, ait Ecclesiastes, cuncta sub sole, & erant omnia vanitas.* Quid enim est aurum? quid preciosa vestis? Vestis quidem necessaria est: Sed quare preciosa? Quare de serico? Quid magnum nomen? Quid honor? Quid potentatus? Quid diuitiæ? Quid pulchritudo & voluptas? Omnia vanitas, & reia, quibus homo à mundo capitur, ad infernumque trahitur. Horum finem facit mors, reueraque monstrat, quam nihil fuerunt hæc transitoria, neminem adiuuantia, sed vanitas sola, & magis rerum sunt apparentiæ, imagines seu vmbrae, quam res. Tertio, mors liberat ab inquietudine. Quid enim in hac vita est quietum? Aut quis regum seu diuitum est, qui tranquillitatem hic possideat? Nulla hic est pax, nunquam deest querimonia. Semper enim aut adest quod nolis, aut deest quod velis. Semper est quod formides, semper de quo doleas. Nihil est igitur mortalium vita, quam labor & afflictio spiritus. Verissimum quoque est illud Christi: *In mundo pressuram habebitis,* in me autem pacem. Illic igitur nobis aspirandum, vbi est requies, gaudium, & pax. Ab hac inquietudine, ab ærumnisque alijs multis per mortem eripimur solam. In futura namque beatitudine nullus est luctus, labor & dolor, quoniam hæc omnia transferunt. Quarto, liberat nos mors & educit ex tenebris, ex caligine, ignorantia, atque ex defectu veritatis, ad veram scientiam, & verum lumen. Quamdiu enim hic sumus, quantumuis pro scientia laboremus multo sudore, tam parua est tamen hæc scientia ad veritatem, vt vix dici possit opinio. Taceo quod tam multa sunt, tam magna & ardua, de quibus certam hic nullam habemus scientiam, multa de quibus opinionem tantum: quæ tamen an veritatis aliquid contineat, ignoramus: innumera verò, quorum ignorantiam omnem confitemur. Non igitur sine causa dicitur: *Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi.* Quomodo enim sapientia mundi stulta non est, quæ an sapientia sit, an rectè per hanc homo sapiat aut erret, certus non est, nisi sit ibi experientia sensus? Quinto, liberat nos mors à periculis infinitis. Quamdiu enim in hac vita sumus, an amore, odiove sumus digni, ignoramus. Adde iam instabilitatem & infirmitatem nostram, quare nihil nobis audemus confidere, nihil promittere. Nam & de voluntate nostra & actione, an placeat Deo, & quamdiu placitura sit, nescimus. Deinde fragilissimi sumus, & indefinenter à nobis ipsis quoque impulsus, hoc est, à malitia, ab ignorantia, & ab infirmitate nostra, vbi que delinquimus.

Sunt alia item innumera pericula, quibus continuè labimur & peccamus, à quibus item sola nos mors eripit. Quam vt tranquillam, felicem & beatam sentiamus, largiatur nobis Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula,
Amen.

DOMI

DOMINICA VIGESIMA SECVNDA POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad Philippenses I.

Confidimus in Domino Iesu, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu: sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defensione, & in confirmatione Euangelij. scio gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa usque in diem Christi Iesu, repleti fructu iustitiae, per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Paulus Apostolus Philippensibus scribens, suam sollicitudinem pro illis, zelum, paternumque insinuat amorem. Ideo dicit: Confidimus in Domino Iesu, ut is, qui opus bonum in vobis cepit per gratiam praeventientem, nunquam vobis defuturus sit per subsequentem & cooperantem: sed quod ceptum est in vobis bonum, perficiat ad finem, hoc est, usque in diem Christi Iesu, quo tunc unicuique iuxta illud quod meruit retribuet. Quae dies Christi cuiuslibet erit singularis in morte, vniuersalis autem in nouissimo die. Hoc namque ita sentio, sicut iustum est me sentire de omnibus vobis. Neque enim iustum foret aliud sentire de tam bonis filiis, eo quod habeam vos, non in solis labijs oris, sed in corde meo, & in vinculis meis. His enim vos compatimini, & propter me estis contristati & afflicti, quod hic Romae sum vincus, & carcere tentus. Ideo vos habeo quoque mecum in vinculis meis, quae mecum vos in spiritu, & ex charitate sustinetis: nec minus haec vos quam me torquent. Habeo igitur vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, pro quo ego gaudens, vincula patior & carceres. Huius autem gaudij, quod in tribulationibus habeo, & laetitiae, quam in seculo futuro sempiternam expecto, confido socios omnes vos esse & fore. Testis enim mihi est Deus, quanto affectu cupiam vos omnes, quam fideliter, quamquam sincere omnium vestrum salutem desiderem, & consolationem in visceribus Iesu Christi. Et hoc ante Deum pro vobis, vosque oro, ut charitas vestra non deficiat, sed abundet magis ac magis crescens in omni scientia & discretione, & in omni sensu prudentis, ut probetis potiora, hoc est, ut prudenter discernere valeatis, non solum inter bona & mala, sed etiam inter bona & meliora, ut sitis sinceri, integri, ac mundi corde, sine offensa, innoxij erga Deum & proximum, usque in diem Christi, hoc est, usque ad diem vitae vestrae nouissimum. Sicutque repleti fructu iustitiae, quae est abundantia bonorum operum, per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei.

TTTT • EXE.

T. VI
21

QUI debitis æreque alieno grauantur, si non fuerint soluendo, iuste misericordiam ad hoc saltem postulant, vt illis concedatur soluendi dilatio. Nam vt omne debitum remittatur sibi, nemo est, qui hoc expectet. At verò Dominus non solum expectat, aut præstolatur, nec partem donat debitorum, sed omne misericorditer etiam debitum dimittit, si tamen æquè in proximos nostros fuerimus misericordes, quomodo nobis volumus misereri. Hoc cum in varijs locis nobis inculcet, hic etiam illud ipsum in parabola nos docet, vt cuiusmodi animum nos gerimus erga proximum nostrum, huiusmodi quoque in Deo inueniamus erga nos. Præmonerat autem discipulos, vt concordēs viuerent. Nam si duo vel tres consenserint super terram, pro quacunque re petierint, dabitur eis à Deo. Hinc Petro interroganti: *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: vsque septies? Non dico tibi (inquit Iesus) vsque septies, sed vsque septuagies septies.* hoc est, quoties peccauerit. Hanc sententiam confirmare volens, adiunxit parabolam hanc, dicens:

Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.

Negotium, inquit, præsentis Ecclesiæ ac status similis est homini regi, qui rationem voluit ponere cum seruis suis. Non alium regem querere nos oportet, quam eum de quo Psalmista dicit: *Dominus regni me, & nihil mihi dedit.* Eum scilicet, in cuius vestimento scriptum legitur: *Rex regum, & Dominus dominantium.* Et iterum in Psalmo: *Quantam hic est Deus Deus noster in æternum, & in seculum seculi ipse reget nos in secula.* Hic voluit rationem ponere cum seruis suis. Debitorum sumus omnes Dei: multa talenta accepimus, multa ex his amissimus, multa malè expendimus, voluntatem Domini transgressi sumus in multis. Neque enim hoc solum à nobis exigitur, vt caueamus malum, sed etiam vt faciamus bonum. Hæc enim duo generalia sunt præcepta iustitiæ: *Declina à malo, & fac bonum.* Voluit rationem ponere, hoc est, opera seruorum suorum & studia discutere. Serui eius sunt omnes mortales. Si quidem tenemur ei seruire. Primo, ratione creationis. De quo Esaias ait: *Formauit me, seruus meus es tu Israel, non obliuiscaris me.* Factus est enim homo à Deo propter Deum, puta vt homo Deo, hoc est, suo creatori seruiret: mundus autem factus est propter hominem, vt homini seruiret. Constitutus itaque homo in medio, habet cui seruiat, ipse habet quoque à quo sibi seruiatur. Vtriusque seruitutis solus ipse fructum recipit. Nam quum Domino seruit, non Dominus huius seruitutis accipit fructum aut commodum, sed seruus: nec ex seruo iuuatur Dominus, sed seruus. Quod verò homini seruit mundus, ex illo quoque nemo præter hominem iuuatur. Ideo Paulus dicit: *Omnia vestra sunt, vos autem Christi.* Secundo, sumus huius regis serui, quia ab eodem empti. *Empti, inquit, estis pretio magno. Non corrupti sibi argento siue argente, inquit Petrus, redempti estis, sed pretioso sanguine agnitimaculati.* Tertio, sumus ab eo quoque (vt in parabola operariorum in vinea declaras)

Matth. 18.

Psal. 22.

Apoc. 19.

Psal. 47.

Psal. 36.

Esai. 41.

Serui tenentur homo Deo propter uia.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

1. Pet. 1.

clarat) ad seruiendum ei conducti. Promisit enim sese nobis dare mercedem. *Ego*, inquit, *pro mercede tua*. Positurus itaque est rationem cum seruis suis, vel generaliter in fine mundi, aut singulariter in cuiusvis hominis morte. De hoc Ecclesiastes *Omnia*, inquit, *qua sunt, adducet Dominus ad iudicium, & pro omni errato suo bonum sive malum expetetur ratio.*

Videte tamen misericordiam Christi. Prædicat nobis rationem à nobis exigendam. Excitat nos ad timorem & ad reddendæ rationis sollicitudinē. Deinde consilium quoque dat, quomodo si ad rationem reddendam non sufficimus, euadamus. Neque enim vult mortem peccatoris, sed consilium, hortatur ac monet etiam, quo conuertatur & viuatur.

Et cum cœpisset rationem ponere, oblati sunt ei vnus qui debebat decem milliata talentorum.

Quotidie rationem ponit cum seruis suis Dominus, illos excitando, illis inspirando, ipsorum delicta & defectus eis ostendendo, & ad emendationem inuitando. Cœpit rationem ponere, quia expergefecit in peccatis dormientes, vt ipsi quoque de suis peccatis penitentes cogitarent, & quomodo ea emendarent, quomodo ve debita soluerent, meditarētur. Potest enim similis esse loquutio, quomodo in Ioanne de Spiritu sancto dicitur. *Ille arguit mundum de peccato*. Et: *Ille testimonium perhibebit de me*. Quod ita recte intelligitur: Ille Spiritus sanctus venturus in vos arguet per vos, id est, faciet vos arguere mundum de peccato. Et, ille testimonium perhibebit de me, quia vos testimonium perhibere faciet confortans vos, & metum auferens, dansque vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij vestri. Hoc, inquam, modo potest intelligi hic quoque, quod rex, id est, Deus, sive Christus cœpit rationem ponere, quia fecit seruos suos in hac vita secum rationem ponere. Semper enim Dei serui cum vita suarixantur, operaque illorum nemo magis, quam ipsi, accusant. Itaque dum rationem Dominus seu rex exigeret, oblati sunt ei vnus est debens decem milliata talentorum. Non longe, quid verba hæc singula significant, quaramus, sed hoc nobis scitu est necessarium, significari hic peccatorē grauibus, multisque criminibus obnoxium ad rationem reddendam positum.

Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum Dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.

Non habuit ille præuaricator quo Dominum suum placaret, reddens debita. Sic peccatores quid præter peccata habent quibus Dei iram commouerunt, aut quando poterunt placare Dominum, nihil honorum operū habent? Erat igitur à Domino iustum, vt ipse cum vxore, & filijs, & omnibus quæ habebat, venundaretur, donec solueret. Homo peccando venundat se diabolo, quia pro delectatione breui vendit se illi in seruum: vendit quoque Dei dona, quæ à Deo accepit in illius obsequium. Item, vendit æternam beatitudinem pro inferno. Cui vendit diabolo. Non vt possessor fiat diabolus beatitudinis, sed vt ipse quod erat accepturus, amittat. Venditur autem non solum ipse peccator, sed & vxor eius, id est, concupiscentia, & filij eius, id est, opera: & omnia quæ habet naturalia & gratuita

TTTT 3 dona

Matth. 20.
Genes. 31.
Matth. 25.
Eccles. 12.

Misericordia
Christi quæ
ta.
Ezech. 18.

Ratione quo-
modo ponat
Deus quoti-
die cum ser-
uis suis.

Ioan. 16.
Ioan. 15.

Lucæ 21.

Peccator vi-
vendat se
diabolo.

T. VI
21

Peccatum
mortale qui-
bus bonis
spofficis-
simam.

dona dat diabolo, subijcitque cum eisdem se illi in seruum. Qui enim in peccato est mortali constitutus, iam amisit omnia bona quæ habuit, puta amicitiam Dei, gratiam Dei, opera bona, merita, aliisque stipendia, quibus itur ad æternam vitam. Hæc itaque cum peccato mortali omnia moriuntur, & hominem relinquunt. Licet, homo si per gratiam resurrexerit, eadem quoque reuificentur atque resurgant: utpote qui olim vitam habuerunt in gratia Dei facta.

Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Docuit hic nos Dominus, quid facere nos oporteat, cum pro peccatis nostris rationem nõ possumus reddere. Procidere enim debemus ad genua, supplices rogare, Domini longanimitatem implorare, ut patientiam habeat nobiscum, non utens seueritate iustitiæ, sed indulgentia misericordie. Quod autem promittimus omnia nos reddituros, hoc tunc facimus, quando firmamus voluntatem nostram, ut post hæc à peccatis, quibus deliquimus, contendamus abstinere, Dei præcepta, eiusque voluntatem fideliter perficere, quicquid negleximus, nouo seruore recuperare, atque omnia in pristinum (ut sic efficiamur quomodo antequam peccauimus, fuimus) restaurare.

Miserus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.

Quid misericordia Dei clementius? quid enim benignitate dulcius? Plus quam rogatus est tribuit. Rogatur ut patientiam habeat, expectetque donec debitum reus solueret. Ipse verò non solum consensit, verum etiam totum reo debitum dimisit. Largissima enim Dei misericordia nobis non partem dimittit, partem seruat peccatorum, sed totum dimittit, & totum donat: & hoc, quo ad culpam. Quod sit tam ingens sit contritio, dilectionisq; feruor, ac de proprijs vitijs pudor, magnam partem pœnæ peccatis nostris debita, aut omnem pœnam etiam relaxat.

Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Et tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.

Rescè hic à domino egressus dicitur seruus ille nequam. Mox enim a domino, ad sua est vitia conuersus. Nam erga suum conseruum, nequaquam misericordem exhibuit animum, cuiusmodi ipse in domino suo fuerat expertus: sed passione vitiosa solita, cupiditatis scilicet & crudelitatis vicijs, mox ubi conseruum inuenit sibi debitorem, suffocabat eum, hoc est, vehementer illi insistit, improbeque eius angustauit animum, vrgens illum ad reddendum debitum. Fuit autem debitum quod ei debebat conseruus, tanto minus debito illo quo ipse domini fuerat debitor, quantum centum denarij minorem pecuniarum faciunt summam, quam

decem

decem milia talentorum. Quia peccare in Deum, tanto est gratius quam peccare in hominem, quanto dignior, meliorque est Deus homine. Est praeterea alia ratione peccatum in Deum grauius, maiusque quam peccatum in hominem commissum. Homo enim obligatus est Deo ad seruiendum, quandoquidem quaecumque habet, habet à Deo, estque à Deo: vnderotum quod est, & quod habet, debet Deo. Proinde quum peccat in Deum, ingratus primum efficitur Deo, subtrahens illi debitam seruitutem. Deinde etiam in hoc iniuriam ac contumeliam facit Deo, quod ea quae verat & odit Deus, diligit, imo eius voluntati ac amori etiam praefert. Vide nunc eius beneficia, quo aduertat etiam quanta sit tua erga illum ingratitude. Expende quid sit, quod fecit, quum non esses, te esse non lapidem aut lignum, sed rationalem, creaturam, hominem, Christianum, orthodoxum, non inter haereticos, Lutheranosve natum, & schismaticum. Dedit tibi vitam & alimentum, honestam educationem, instituit ad mores pios, artem quoque qua te nutrias, praebuit: dedit praeterea Filium suum, cum esses morte damnatus, pro te occidendum, dedit omnia quae saluti sunt necessaria. Postremo cum sprete redemptione illius innumeris vicibus animam tuam inferno peccatis alligasses, expectauit, non damnauit, peccantem ad poenitentiam te induxit, & vsque in praesens recidiuantem quotidie expectat. Quid huic putas benefactori debeas? Hunc si vel semel tantum offenderes, exceder debitum tuum peccata, quibus laeditur homo, quantum debitum decem milium talentorum maius est, quam centum denariorum. Quo enim beneficia maiora à Deo receperis, tanta est ingratitude quoque maior. Nequam autem ille seruus noluit misericordiam impendere conseruo suo roganti, quomodo sibi à domino impensa fuerat. Sed abiit ad exigendum debitum, vindictam & supplicium adhibens, carcerem scilicet.

Videntes autem conserui eius quae fiebant, contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quae facta fuerant.

Conserui illi qui haec vidisse & contristati narratur, sunt viri sancti in Ecclesia Dei, quos zelus iustitiae comedit, & iniquitatem ferre non possunt. Hi enim quomodo gaudent de virtute, de iustitia, & de quouis bono, ita pariter tristitia afficiuntur, dolentque de malo. Hi venerunt ad Dominum non corporis gressu, sed expansione affectus & cogitationum (omnium enim corda intusur Deus) ascendunt ad Deum atque quod in iustitia haec fieret, coram eo gementium. Exponuntur autem à nonnullis haec verba de Angelis Dei beatis, qui vocantur conserui nostri, iuxta illud Apocalypsis, quo illorum vnus dixit Ioanni: *Conseruus tuus sum & fratrum tuorum.* Et iuxta illud Pauli: *Omnes sunt administratores spiritus, &c.* Hi tanquam custodes nostri, omnia opera nostra considerant, nostro profectui congratulantes: & vbi nostrum aspiciunt periculum, nostrumque defectum ac vitium, ibi ad modum tristem se habent: vtpote videntes malum, quod nolent esse aut fieri, quia displicent eis peccata nostra, & nobiscum dissentiunt. Narrant autem Domino suo quae vident, non tanquam ignorati, sed vt iudicanti,

Peccatum in Deum cur grauius sit peccato in hominem commissio.

Beneficia Dei homini collata quae sunt.

Psalm. 41.

Angeli vt vocentur conserui hominum. Apocal. 9.

Hebr. 1.

T. VI
21

Tobias 12. dicanti, verba & opera nostra, quemadmodum Tobiae Angelus loquebatur: *Ego obtuli orationem tuam Domino.*

Tunc vocauit illum Dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

Malitia seruus nequam ex quibus se deprehendatur.

Vocauit seruum hunc Dominus per sententiam mortis, & ab hac vita hinc migrare iussit. Cui primum eius exprobrat malitiam & ingratitude, dicens: Serue nequam. Erat reuera seruus ille nequam, & valde malus: siquidem ex multis eius deprehenditur malitia. Primo, ex eo quod illico vbi à Domino egressus est, post receptam tantam misericordiam immemor charitatis sibi à Domino exhibitæ, in conseruum suum exarsit crudelis. Secundo, quia non in alienum, sed in conseruum suum, hoc est, in eiusdem domini sui (qui fuerat sibi misericors) seruum perstitit esse crudelis & immisericors. Tertio, cum decem milia illi fuissent donata talentorum, noluit ipse in centum denarijs esse clemens.

Quarto, quia conseruum non solum monebat, sed vrgebat etiam ad solutionem, atque illum angustabat, quia dicitur, quod suffocabat illum. Quinto, quia prociudentem conseruum & rogantem spreuit, nec vt audiret, vlla est miseratione motus. Sexto, quia totum exegit debitum per carceris tormentum. Dominus igitur ad rationem illum ponit, dicens: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi. Quasi dicere vellet: Et merito dimisi, quoniam rogasti me. Debetur enim iuste misericordia à benignissimo optimoque Deo sese humilianti & oranti. Ego inquit, dimisi tibi. Tu verò non pari misericordia ac clementia conseruum tuum tractasti. Ego enim plus, quam rogasti, tibi concessi. Tu nec hoc quod rogauit conseruus tuus exaudire voluisti. Ego totum debitum tibi donavi. Tu, donec solueret, patientiam habere noluisti, nec expectasti, sed cum tormentis exegisti debitum. Ego grande debitum dimisi tibi. Tu vel paruum ignoscere noluisti. Nonne merito misereri te oportebat conserui tui, sicut & ego tui misertus sum.

Et iratus dominus eius, tradidit cum tortoribus, quoad usque redderet vniuersum debitum.

Iratus Dominus in immisericordem seruum, & quomodo conseruum suum ille tractauerat, ita seueritatem quoque iustitiæ in illum regyrauit. Debita enim omnia ante dimissa, propter illius ingratitude in ipsum retraxit, quem tortoribus, id est, spiritibus malignis torquendum, quousque omne solueret debitum, tradidit: non quod aliquando soluto debito liberandus sit, sed quod debitum illud sit infinitum, ac ideo nullo tempore solvendum, quare poena quoque illius nullo est termino finienda. Vnde colligitur, cuius debitum nunquam totum reddi aut solui potest, huius poena nunquam finietur. Sed variat hic doctorum opinio, quomodo quod Deus semel remiserit, replicet aut reuoluat illud per reciduum in peccatorem, atque quod dimiserit, iterum puniat. Sed vt communiter consentiunt, dici potest, post peccata dimissa ad peccata reditum illum per ingratitude in adeo

Peccata dimissa non recedant.

adeo fieri grauem, vt presentium & prateritorum poenis æquialèter mereatur puniri.

Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Marc. ii. Matth. 6.

Hic causam totius parabolæ, quare illam dixerit, enunciat. Eam namq; ob rem vt misericordes simus in proximum, vt debita, iniurias, offensiones quæ æquanimitè dimittamus, nullam vindictam appetentes, nec cogitantes, quomodo retaliemus. Satis enim ex multis locis didicimus Christo docente nullam nobis sperandam esse veniam delictorum, nisi & proximis nostris delicta remittamus. Et quod præcipuum est, vt non ore tantum remittamus aut lingua, sed opere & veritate. Propterea enim dicit grauissima quæque à tortoribus nos passuros, si non ex cordibus nostris dimiserimus nostris fratribus in nos peccantibus. Estote igitur filij memores verbi quod Saluator vester Christus vobis dixit: Cum statis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem. Quod si non dimiseritis, nec Pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra. Eam ob rem in oratione quam nos docuit (vt videremus quam puram quamq; integram ad nos mutuatam voluit obseruari charitatem) vbi posuit: *Dimitte nobis debita nostra*, mox conditionem adiunxit: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Ac si orantes diceremus: Tantū nobis dimitte, & eo modo ignosce peccatis nostris, quomodo nos debitoribus nostris dimittimus aut ignoscimus. Vnde sequitur: Si non dimittimus, iam non veniam, sed vltionem contra nos flagitamus. Sed obijcit quis: Si semper est ignoscendum, crescent mala & cærit im-
Dimittendū vel puniendū quid sit in proximo delinquente.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Quæ sint quæ peccatorum impetrent remissionem.

Simile est regnum cælorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Match. XVIII. Quam benignus, quam ad misericordiam erga nos sit pronus, quam denique ad proximos nostros Dominus nos velit obseruare charitatem, cum alijs multis locis, tamen hic vbertim nobis significat: Match. 6. quandoquidem docet nobis non aliter esse orandum, quam dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Docet quidem nos quia libenter vult ignoscere, veniam dare pro delictis, ponitque in oratione legem, quam seruantes, sciamus nos exaudiri: os esse pro peccatis nostris,

T. VI
21

stris, orantibusq; veniam datam. Est autem lex & in oratione hæc conditio, vt oremus, dimittantur nobis peccata nostra, quomodo nos proximis nostris dimittimus. Si multum, multum, si parum, parum, si nihil, nihil. Noluit enim nos misericordiam sperare, quamdiu duri perseueramus & inclementes erga proximos. Ideo in huius Euangelij parabola ostendit etiam dimissa peccata per ingratitude reuocari, si non dimiserimus fratribus nostris iniurias, offensiones ac debita ex cordibus nostris. Sunt itaque multa, quæ nos in hoc Euangelio instruunt. E quibus quod pene vltimo loco recensendum erat, nunc primo dixi, in capite illud vobis constituens, quia quasi summa est totius Euangelij in hoc sita, vt discamus, quam misericors sit erga nos Dominus noster Iesus Christus: nempe pronior ad miserendum, largiorq; ad tribuendum, quam nos confidentes sumus ad petendum. Hæc itaque prima sit nostra instructio, erigens nos ad spem & fiduciam diuinæ pietatis. Secunda instructio sit, quam iam quoque tetigi, vt proximis nostris libenter ignoscamus, certi quoniam si dimittimus, dimittetur nobis: si compatimur & miseremur, miserebitur nostri: si denique proximis nostris dederimus, dabitur nobis. Hæc duo, vt dixi, præcipua sunt, cur hæc parabola nobis narratur. Tertia instructio, vt prudenter ambulemus, scientes nos de omnibus donis Dei acceptis, de bonis commissis, de tempore singulisq; concessis alijs Deo reddituros rationem. Vnde liquet, ab illis qui plus aliquid præ cæteris accepisse cognoscuntur, maiorem quoque rationem exigendam, vt cui quinque sunt talenta commissa, de quinque reddat rationem. Cui duo, de duobus Domino respondebit. Cui verò vnum, etiam quomodo illud in Dei expenderit honorem, ab eo expostulabitur. Quarta est instructio quæ hinc colligitur duo esse fora iudicij, vnum esse iustitiæ, alterum misericordiae. In vtrouis potes, quodcumque elegeris, rationem reddere. Vide igitur, vt non negligas forum seu iudicium misericordiae, ad quod, quâdiu anima tua hic moratur in corpore tuo, diuertere potes. Nam vbi tempus hoc præsens tibi ad hoc concessum neglexeris, non licebit tibi redire aut appellare ad forum misericordiae, sed velis nolis senties æquitatis iudicium super te, inconcussa q; stabit sententia pronunciata, in foro iustitiæ. Itaque quamdiu viuimus, omnium causas Deus remittit ad forum misericordiae: quam tantam sentiemus, quantum humiles supplicesq; illum rogauerimus, quantumq; proximis nostris misereri fuerimus. *Preparabitur enim*, vt Esaias ait, *in misericordia soluum eius: & hoc (vt dixi) quamdiu vixerimus. Rationis autem exactio in hac præsentia vita, seu in foro misericordiae, est diuina admonitio ad penitentiam. Quâdo homo ergo annos suos rememoratur in dolore cordis, & in amaritudine penitentiae meditatur peccata sua, tunc rationem reddit vitæ suæ Deo. Videns autem se deficere in ratione reddenda, vt ne vnum quidem pro mille queat respondere, per confessionem siue vocalem, siue mentalem se Deo humiliat, veniam petit, ac indulgentiam atque prioris vitæ instituit emendationem, mox quoque à benignissimo Domino omnium peccatorum assequitur remissionem. *Qui cunque enim hora ingemuerit peccator, inquit asserens, dicit Dominus, non recordari or amplius.* Et huius commonefacit nos Apostolus, dicens: *Accedamus cum fiducia thronum gratia eius.* Hanc autem misericordiam*

Euange'ij
huius instru
ctiones quæ
sunt.

Lucæ .4.

Gregor.

Matth. 25.
Fora diuini
iudicij duo
quæ sunt.

Misericordiae
forum non
esse negli
gendum.

Esaiæ 16.

zech. 12.

Hebr. 4.

cordiam cum fiducia tunc petimus impetramusq; de eius bonitate securi, dum conditionem hanc obseruamus, quam iuber, dicens: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis Pater uester caelestis peccata uestra.* Et si non dimiseritis hominibus nec Pater uester dimittet uobis. *Beati igitur misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Contra uero, *iudicium ei sine misericordia, qui non facit misericordiam.* Et Christus: *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis.* Sunt autem sex quae facilliter à Deo impetrant remissionem peccatorum. Nam quemadmodum peccata quaedam sunt clamantia in exilium & uindictam postulancia, ita sunt opera quoque quaedam bona ad Deum clamantia pro remissione peccatorum: Et primum quidem generale est, pura poenitentia, quae semper veniam impetrat, quia cor contritum & humiliatum despiciere Deus non potest. Quamobrem Hieremias dicit: *Si poenitentiam egerit gens ista à malo suo, egam & ego poenitentiam super malo quod cogitauit, ut facerem ei.* Testantur hoc ipsum Nininitae, quibus ciuitatem eorum per Ionam prophetam praenunciatum fuerat subuertendam. Veruntamen cum poenitentiam agerent omnes à rege usque ad minimum, iudicique facies ieiunarent tam homines quam iumenta, non induxit Dominus malum quod locutus fuerat super ciuitatem. In poenitentia autem singulare, quod misericordissimum Dominum ferè cogit, sunt lachrymae. Vidit olim lachrymantem sororem Lazari Mariam, aliosque amicos flentes, pro pietate & ipse quoque lachrymatus est: uidet nunc poenitentem lachrymantem, & durus erit? Haudquaquam durus esse potest humilianti se & poenitenti, quia hoc eius repugnat naturae. Secundum quod peccatorum impetrat remissionem, est oratio. Huius testimonium in hoc habemus Euangelio, ubi seruo dicitur: *Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me.* Et Ecclesiasticus ait: *Fili, peccasti, non adiecisti iterum: sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur.* Tertium est amor, quomodo scriptum est: *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Et in Proverbijs: *Uniuersa delicta operit charitas.* Petrus quoque in epistola: *Charitas, inquit, operit multitudinem peccatorum.* Quartum est elemosyna, Christo dicente: *Date elemosynam, & omnia munda sunt uobis.* Item Ecclesiasticus: *Iguem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis.* Sub nomine autem elemosynae, misericordiae & pietatis opera quaecunque alia intelliguntur. Quintum, est tribulatio patienter tolerata. Vnde Tobias: *In tempore, inquit, tribulationis peccata dimittis.* Et in Apocalypsi legitur: *Hi sunt qui uenerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni.* Et quid mirum, si peccata tribulationem patienter sustinentibus dimittet Deus? quando gloriam quoque caelestem eisdem promittit dicens: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Et Paulus: *Id quod in presenti leue & momentaneum est tribulationis uestra supra modum in sublimitate aeternum gloria pondus operabitur in uobis.* Sextum, est remissio iniuriarum. De quo Ecclesiasticus dicit: *Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Haec autem omnia pertinent ad forum misericordiae, quia sunt praesentis, non futurae uitae exercitia. In hoc foro fuerat seruus iniquus iam absolutus, sed iniquitatem repetens, & Deo ingratus uenit ad forum iustitiae, in

Matth. 6.

Matth. 5.

Iacob. 2.

Matth. 7.

Remissionem

peccatorum

per quae sex

facilliter ob-

tinuamus.

Psal. 50.

Hierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

Ierem. 18.

T. VI
21

Forum iustitiz quod sit. 2. Cor. 5.
Ioel. 2.
Ioan. 12.
Rom. 13.
Ioan. 9.
Galat. 6.

Satisfacere neminem posse pro vno peccato mortali.

Oratio peruersans quam cito impetret.

Duritia in proximum quam detestabilis sit coram Deo.

Iustitiz diuinae rigor quatuor.

tia, in quo non potuit nisi iuxta quod meruerat, sententiam obtinere. Est praterea aliud forum iustitiae, de quo Apostolus loquitur, cum dicit: *Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque quod gessit in corpore suo, siue bonum siue malum.* Tunc enim dies illa erit, de qua Ioel Propheta: *Dies Domini magna & terribilis valde, dies irae, miseriae & calamitatis, &c.* Tunc quoque misericordiae tempus finem accipiet, nec ultra erit supplicandi locus. Quapropter admonet Saluator, dicens: *Ambulate dum lucem habetis, ne tenebrae vos comprehendant.* Iam tempus est gratiae, quo sicut in die honeste ambulare possumus. Porro aliud tempus, si dicendum est tempus, vocatur nox. Ideo de utroque loquens Dominus, dicit: *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies esset. Venit nox quando nemo operari potest.* Et Paulus: *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Quinta huius Euangelij instructio est, neminem posse satisfacere, ne pro vno mortali peccato quidem: sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Veruntamen, hoc non ita debet accipi, quod ocio & torpore nos efficiamur segnes, aut vt aliquid boni desperemus incipere, quoniam potius conatus noster ad anteriora semper debet se extendere: nihil nobis interim de operibus seu de conatu nostro presumptibus, nihil nobis confidentibus viribus nostris. Vigilare multo plus oportet, ne desimus nobisipsis & gratiae Dei, ne obicem ponamus gratiae, ne eius operationi non acquiescamus & instinctui. Neque enim sine omni studio, industria, ac conatu nostro saluabit nos Deus, sed qui consentit, qui quae acquiescit gratiae eius nos excitanti, qui obedit voluntatem suam inspiranti, & in nobis operanti, hunc saluum faciet, vt vel tantillum sit ex nobis cooperans ad salutem nostram. Itaque dixi neminem posse satisfacere pro aliquo peccato mortali. Hoc in seruo illo nequam nobis insinuat, quando dicitur: Cum autem non haberet vnde redderet. Certè nec ipse nec aliquis est peccator, qui, vnde reddat, habeat, nisi ex meritis Christi. Non autem habentem quo satisfaciat ex suis operibus, nec eum qui fulciri potest meritis Christi, hoc est, eum qui perseverat in peccato & in mala voluntate, iubet Dominus venundari, hoc est, dare & amittere omnia quae habet aut expectat, puta gratiam Dei, virtutes, bonaque omnia cum caelesti promissione. Vbi enim vel vnum peccatum est mortale, pereunt, tollunturque haec omnia salutaria, quae homo vendit pro delectatione peccati. Sexta instructio est, mendicare orareque semper coram Deo. Hoc namque quantum profuerit illi seruo, inde manifestum est, quod tam grande suauit debuit, ingensque supplicium rogando. Misericordissimus enim Dominus vltra quam rogauit, donauit ei omnia. Septima est instructio, vt attendamus quam detestetur inclementiam & duritiam nostram Deus erga proximum. Nam seruum illum durum reuocauit ob illius ingratiudinem, & tortoribus puniendum tradidit. Quam poenam euaserat semel, sed Domino ingratus, quia noluit misereri proximo, ideo exsiccauit sibi quoque fontem misericordiae, vt venia iam locus non esset, quem sibi ipse duritia & inclementia sua recluserat. Octaua instructio est, attendere rigorem diuinæ iustitiae in eos, qui misericordiam eius spernunt, misericordiaeque tempus negligunt. Nam pro quouis peccato mortali, siue vnum, siue multa fuerint, redditur à Deo poena aeterna. Non putandum est tamen eos & qui multa & qui pauca habent peccata mor-

ta mortalia, in pœnis fore æquales, sed vnusquisque iuxta delictorum mensuram habet sibi supplicium constitutum.

Mouet autem quosdam quod Dominus piissimus misericordissimusque pro peccati delectatione ferè momentanea retribuit æternam pœnam, quod iustitiæ & æquitati non videtur respondere. Dicendum igitur primo: Cum peccatoris hominis voluntas sit mala permaneatque perseverans peccando vsque ad finem, quasi in æternitate peccat. Quamdiu enim viuit, peccat: & si diutius quam viuit, viueret, diutius peccaret, imò si perpetuo viueret, perpetuo peccaret. Iustum est igitur huic voluntati, quæ se extendit in perpetuum, dari etiam pœnam æternam. Quod si dicis, multos peccare absque voluntate perpetuo peccandi, quibus secundum hanc responsionem adhuc non deberetur pœna æterna, dicendum est: Qui peccat non habens voluntatem perpetuo peccandi, pœniteat de præteritis, & firmata voluntate statuat sibi cauendum à futuris. Hic non sustinebit æternam pœnam, sed vel in tempore præsentis, aut in purgatorio expiabitur. Non ergo habet locum obiectio hæc. Omnis peccator aut denuo ad Deum conuertitur, aut perseverat in peccato: Si conuertitur, iam liber est, immunis est ab inferno: si perseverat, interrogo quousque perseverabit? Vsque ad annum, inquis. Posses dicere: Annum nullum habet in sua potestate viuendi homo quicumque fuerit. Ideo hæc nulla est constitutio. Securus enim non est, quin cras aut hodie (quod quotidie cernimus) moriatur. Sed demus, vt illi misericordia hæc fiat, vt annum adhuc viuat. Hoc exacto conuertetur? Etiam. Ergo quod tunc facturus est, modo faciat, & peccare desinat. Iustum igitur est vt non excludatur à regno Dei. Verum, si adhuc post annum peccat, & iterum atque iterum peccat, vsque dum mors illum apprehenderit, quis dubitat eum sic ita semper voluisse continuasse peccatum, quoad viueret, si etiam diutius vixisset? Quamdiu enim nulla sit voluntatis mutatio, intelligitur perpetuitas. Vt verò clarius hoc intelligas, compertissimum est omnibus nobis, posse nos quidem ex nobisipsis delinquere. Quod cum facimus, libero arbitrio nostro abutimur, nullum quærentes auxilium à Deo, qui semper non solum paratus est, sed multis etiam modis præuenit nos tueri, à peccatis defendere, & adiuuando nos à tentationibus liberare. Verum nos iniqua nostra voluntate abutentes, non admittimus auxilium gratiæ eius. Non igitur coacti nec inuiti, sed spontè contempto gratiæ diuinæ adiutorio peccamus. Itaque quomodo, vt dixi, spontè peccamus, & ex voluntate libera nostra, hoc est, quod peccare libere possumus, non est æque in potestate nostra iterum resurgere. Propterea stulte ineptissimèque dicunt quidam: Ego volo hoc peccatum facere, cras iterum volo confiteri. Potes certè sine singulari gratia illud peccatum cras confiteri, sed non potes de illo, quomodo opus est ad remissionem impetrandam, pœnitere, aut de peccato sine gratia Dei dolere, quia non potes tibi ipsi dare charitatem nec Dei habes gratiam in manu tua: vt quando velis eam spernas (hoc quidem potes) & quando iterum velis, resumas, hoc tuo impossibile est arbitrio. Iam itaque ad quæstionem tuam seu obiectionem tuam respondendo dicendum est: Quando peccas, vltro & spontè nec inuitus peccas. Adeo est enim, teste Augustino, peccatum voluntarium, & nisi sit voluntarium, non erit peccatum.

Pœna æterna quam iuste infligitur peccati delectatione momentanea.

Peccare posse ex nobis ipsis nos habere, resurgere autè non ita.

Peccare sub spe confessionis facienda quam sit stultissimum.

August.

T. VI
21

tum. Peccando ad impossibilitatem per te resurgendi te obligas. Quomodo ergo voluntarium est peccare, ita voluntarium est etiam ad impossibilitatem ex te resurgendi obligari. Vnum enim vitans, vitas & alterum: & primum eligens necesse est, vt quod semper comitatur eligas & alterum. Iam ergo dic mihi: Cur in talem te ponis statum volens & sponte, à quo non possis cum velis per teipsum resurgere? Vide ergo quomodo non semper velis peccare, quando eligis sponte statum, in quo aliter non possis per teipsum quam perseverare in peccato. Est ergo peccandi voluntas in te perpetua, cui iuste quoque æterna redditur poena. Secundo, ad eandem questionem respondet Augustinus, dicens: Factus est malo dignus æterno, qui hoc in se perimit bonum, quod esse posset æternum. Hoc autem bonum, est bonum gratiæ in præsentis tempore, & bonum gloriæ in futuro. Tertio dicitur, quoniam peccatum infinite est grauitatis: ideo nihil mirum infinitam quoque illi deberi poenam. Omnis namque poena iuste taxanda venit iuxta dignitatem illius, qui offenditur. Quamobrem grauius puniretur quoque qui in regis faciem daret alapam, quam qui in subulci daret. Cum itaque Deus qui peccato offenditur, infinite se virtutis dignitatis ac maiestatis necesse est etiam peccatum esse infinite grauitatis, propterea quod diuinam maiestatem infinitamque contemnit. Peccatum igitur mortale æterno supplicio puniatur ac infinito, non acerbitate poenæ, sed perpetuitate. Quarto, cum Dominus Deus bonis nostris operibus, quæ non ex nobis, sed ex ipso habent, vt sint bona ac præmio cælesti digna, vtpote quæ Deus ipse operatur in nobis, valdeque modicum habent ex parte nostra, promiserit reddatque præmium infinitum: ideo non abere erit, si ediuerso pro malis operibus facinoribusque minetur, reddatque supplicium æternum. Quod tamen semper intelligendum est de his peccatis moralibus, quæ per poenitentiam non delentur. Est autem poena hæc æternitatis grauissima & intolerabilis. Primo, quia poena est desperationis. Nulla enim spes ibi est liberationis, & de hoc certi sunt damnati, quod nunquam liberabuntur. Propterea dicitur in libro Sapientiæ: Usque ad funamum desolabuntur, & erunt gementes. Secundo, anxia est ibi mortis desideratio: Desiderabunt enim (vt Apocalypsis habet) mori, & mors fugiet ab eis. Et quamuis semper viuere, aut non perire sit naturaliter delectabile, in miseris tamen & in poenis viuere, non est delectabile. Nec ibi viuunt recte, sed rectius dicitur, vt continue moriuntur, & nunquam tamen moriuntur, sed mors depascet eos. Tertio, quia sunt ibi cum tædio grauissimo, detinentur enim violenti, iustitia diuina eos cogente & retinente. Vide ergo quam misera sit hæc perpetua in poenis captiuitas. Quarto, quia poenarum nulla est ibi interpolatio nec mitigatio. Quinto, quia boni cuiuscunque est ibi aut consolationis priuatio. Sexto, quia ibi est malorum exaggeratio. Confluunt enim vndecunque, & globantur omnia mala, quæ contristare possunt: & est ibi perpetua separatio à Deo. A qua nos defendat, & custodiat Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt &

Idem.

Peccati grauitatem esse infinitam.

Peccati mortale cur infinito supplicio puniatur.

Poenam inferni propter se esse intolerabilem. Sapient. 4. Apoc. 9.

Psalm. 49.

regnat Deus benedictus in secula,
Amen.

DOMI-

DOMINICA VIGESIMATERTIA POST DOMINICAM S. TRINITATIS, EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES III. & IIII.

Mitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis (nunc autem & stens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in caelis est. Unde etiam Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae secundum operationem, qua possit etiam subicere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & coronam a se state in Domino charissimi. Eundem rogo & Syntychem deprecor, idipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germane compar, adiua illas quae mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitae.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

PAULVS APOSTOLVS vbi Philippenses instruxerat verbis, tandem seipsum in exemplum constituens: Imitatores, inquit, mei estote. Dixeram vobis, vt idem saperetis, in eadem quoque maneretia regula morum ac disciplinae Christianae: nunc addo etiam, aut etiam hoc adijcio, me vobis in exemplum constituens. Imitatores mei estote in humilitate, mansuetudine ac feruore charitatis. Nam sicut dixi vobis, non me arbitror comprehensisse: ea tamen quae retro sunt obliuiscens, in ea quae perfectiora sunt me extendo. Estote igitur vos quales mei imitatores, idem studium habentes proficiendi: & obseruate ad imitandos eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram, quam in me vidistis, & quam vobis tradidi, tam verbis, quam literis. Multi enim ambulant aliter, quos saepe dicebam vobis non imitandos, sed cauendos, vtpote per latam viam ad perditionem ambulantes: nunc autem stens dico, eos inimicos crucis Christi, hoc est, humilitatis, patientiae, & obedientiae eius. Aut ita: Inimicos crucis Christi eos dico. Crux enim Christi nihil est aliud, quam iugis mortificatio vitiorum, maceratioque carnis, omnes electos crucifigens affligensque. Quae cum illis exosa & contraria sit, recte vocantur inimici crucis Christi. Ideo autem stens eos sic nomino, miserans perditionem & caecitatem eorum, iuxta ac subuersionem audientium: quorum finis interitus, & mors sempiterna. Quorum Deus venter est. Quicquid enim agunt, vt delicate & opipare uiuant, faciunt & gloria, qua gloriantur, in confusionem, hoc est, ad ignominiam est ipsorum. Gloriantur enim in his, de quibus deberent erubescere. Quo innuitur, Paulo manifestatam gloriationem illorum pseudoapostolorum de circuncisione gloriantium. Hi enim sunt qui terrena sapiunt,

VVVV 4 adli

T. VI
21

Lutheranos
hereticos ni-
hil sapere ni-
si quod car-
nis & huius
mundi sit.

ad literam, secundum carnem omnia, nihil secundum spiritum intelli-
gentes. Quantum putas hæc congruere Lutheranis? Nostra autem conuer-
satio longè ab illis distat, quippe quæ secundum fidem, spem, charitatem, &
operationem in cælis est. Corpore namque in terra ambulamus, spiritu au-
tem & corde sumus in cælo. Vnde & Saluatorem nostrum expectamus Do-
minum nostrum Iesum Christum, qui nos resuscitaturus in meliorem for-
mam reparabit. Reformabit enim corpus humilitatis, vilitatis, & abiectio-
nis nostræ, puta quod modo innumeris corruptionibus & miserijs subiacer:
hoc, inquam, reformabit, vt sit configuratum corpori claritatis suæ, puta vt
eamdem seu similem claritatem habeat corpus nostrum vile, quam clarissi-
mum innocentissimumque habet corpus illius ex virgine sumptum modo
glorificatum à Patre. Hoc autem Christus faciet secundum operationem o-
mnipotentis suæ, qua potest non solum corpora nostra reformare, sed sub-
ijcere etiam sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi,
quos seruenter amo & vehementer desidero, gaudium meum & corona
mea. Vestra enim salus, vestra honestas, vestra charitas, & perfectio mihi
gaudium est in presenti tempore, & corona in futuro. Sic stete in Domino
charissimi, quomodo à me docti estis, & sicut vidistis viuendi formam,
quam ego ostendi vobis. Euo diam rogo & Syntychen deprecor id ipsum
sapere in Domino. Putatur Apostolus audiuisse aliquid dissensionis, vel in-
ter illas esse mulieres, aut fortasse vtramque in fide à communi corpore Ec-
clesiæ periclitari, quæ alioqui religiosæ erant. Ideo rogar eas, vt æque cum
cæteris id ipsum sapiant, stentque in Domino. Erant matronæ Christo de-
uotæ prædicatoribus Euangelij necessaria ministrantes, ideo earum remi-
niscitur Paulus atque commendat, dicens: Etiam rogo te germane compar,
id est, in Evangelica prædicatione mihi adiutor, aut similis, adiuua illas,
tuis hortationibus eas confortando & confirmando in fide, quæ mecum
laborauerunt in Euangelio, non prædicando, sed necessaria suppeditando, id-
que non solum mihi prædicanti, sed etiam Clementi & alijs coadiutoribus
meis ministrarunt necessaria: quorum nomina hic prætereo, quia scripta
sunt in libro vitæ, hoc est, in memoria æterna apud Deum. Sic enim Apo-
stolis quoque dictum est: *Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt
in cælis.*

Philip. 4.

Luc. 9.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ XXIII.
post Dominicam S. Trinitatis, Mathei XXI.

Narrat Matthæus ante hoc Euangelium, quod Christus pharisæis pa-
rabolas dixerat multas, puta de vinea agricolis locata, de homine re-
ge, qui nuptias fecerat filio suo multosque vocauerat, qui venire ne-
glexerant: in qua parabola tandem post impletum numerum discumben-
tium dixit Dominus Iesus: Multi quidem sunt vocati, pauci verò electi.
Quæ omnia Iudæi & pharisæi propter se, vt res erat existimantes dicta abie-
runt à Domino inter se tractaturi, quomodo illum caperent in sermone:
malitia enim inuidiæ nunquam quiescit. Quamuis enim pharisæis semi-
nare: Christus cum veritatem, tum eruditionem, ipsi ex verbis & operibus
eius aliud non colligebant, araneorum more, quam inuidiæ venenum. Ré-
circo

circo tam studiosi erant, quomodo Christum allicerent, ut vel laudibus falsis, vel adulatione captus, libere & incautus quid effutiret, coram Herode aut Caesare accusandum. Dicit igitur Euangelista:

Abeuntes pharisæi consilium inierunt, ut caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes:

Sub potestatem venerant Romanorum Iudæi, quibus iam soluere tributum cogebantur, multis hanc census solutionem licitam esse astruentibus, propterea quod pro communi omnium pace & quiete populus Romanus militaret: Pharisæis verò contradicentibus, non debere populum Dei qui decimas & primitias offerret, humanis exactionibus subijci. Cum igitur infidiosa, odiosa atque tumultuosa ex omni parte hac esset questio, ita, ut quicquid ad eam responderetur, offenderetur, abierunt pharisæi à Christo discedentes, inter se consilium inierunt secreto, quomodo illum caperent in sermone. Nacta verò hac occasione expensione tributi, inter se consultant, qua arte, quo dolo, quibus verbis, qua simulatione, adulationeque Christo hanc proponerent questionem de tributo pendendo Caesari. Abierunt igitur, Herodianosque suo consilio applicauerunt, (quos tamen omnium maximè exosos habebant, sed maius adhuc eorum erat odium in Christum) & tractabant cum illis, quomodo suam absconderent malitiam: nec pharisæi ipsi interrogarent Christum, ut ipse Christo suspecti atque insidiatores eius ab olim cogniti. Videbatur igitur illis consultius atque callidius se facturos ut discipulos suos mitterent Christo incognitos, coram quibus fateretur, quod fortasse coram pharisæis non auderet fateri. Associant præterea illis Herodianos, quia metuebant sibi tanquam manifestis amulis & inimicis Christi, si quid accusare vellent ipsi contra Christum non credendum. Quo igitur validius haberent contra Christum testimonium, curabant ut Herodiani quoque audirent Christum contra Caesarem loquentem. Nam si diceret, Caesari dandum tributum, coram plebe illum confutarent, cuius magna pars dum interrogaretur, illum circumstabat, quod zelum pro lege Dei non haberet, nec quicquam pro Deum colentibus vellet loqui. ^{Num. 7.} ^{1. Reg. 9.} Structa itaque hac versutia, cum Herodianis ad Christum mittunt discipulos suos. Qui discipuli malitia magistris non inferiores, ad pellendum Christum rhetoricantur, in eam scilicet partem, quo incautus Romanos offenderet. Per Herodianos hic intelliguntur vel Herodis milites stipendiarii, vel hi qui Herodi dicebant tributum soluendum, quos contemptim pharisæi vocabant Herodianos. Præerat autem tributis exigendis Herodes Romano obediens imperio. ^{Herodiani quia dicit.}

Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet caelum dare Caesari, an non?

Videsne, quam accurate fabricant dolos? Nouimus, inquiunt, magister, quia

XXXX

quia

T. VI
21

Matth. 21.

quia verax es. Quod vnum vehementer ornat veritatis magistrum. O hypocrita, quare haecenus illum seductorem clamastis, quare occidere voluistis, si cognoscitis quia verax est, & viam Dei docet in veritate? Nonne iugulum nunc vestrum mendax, vestra etiam verba coarguunt? Non enim respicis personam hominum: ideo neque regem neque expauebis Caesarem, quo minus veritatem dicas. Dic igitur nobis, quid tibi videtur? Non querimus quid legitimum quidve iustum sit, sed quid tu sentias, quidve tibi videatur, audire cupimus. Dic nobis, & libere tuum nobis iudicium enuncia. Licet dari censum Caesari, nec ne? Sciebant aliquos esse ociosos, puta Iudam & Theodam, qui Caesari facta seditione negandum censum asseuerabant. Propterea in eandem suspicionem quoque Iesum inducere tentabant pharisaei.

Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocrita? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

Hypocrita quis sit.

Hypocritas recte vocat, nam alios se simulabant, alij erant. Non inquirebant de veritate quam discerent, sed respondentem eo ducere cupiebant, quo laqueum illi parauerant. Quod Lucas quoque clarius explicat dicens.

Luc. 20.

Miserunt ad eum insidiatores, qui se iustos simularent. Verum cognita nequitia eorum grauitate eos confutauit, vtens in respondendo zeli acrimonia. Manifestauit enim omnem illorum simulationem, adulationem, dolum, machinationem, atque malitiam, sibi vt Deo esse manifestam in hoc, quod dicit: Quid me tentatis hypocrite? Quasi dicat: Qua mente ad me veniatis, iam noui. Tamen ostendite mihi nummum, qui pro tributo solet dari Caesari. Erat autem, vt quibusdam placet, nummus habens imaginem & superscriptionem Caesaris, decem communes nummos, id est, denarios valens. Hunc qualibet domus quotannis dare cogebatur pro tributo Caesari. Dicebatur autem numisma à nummo deriuatum, quod Caesaris habebat imaginem & superscriptionem. Fertur autem à quibusdam propterea dici nummum aut numisma, quod à Nursa Pompilio olim apud Romanos per nummos emendi atque vendendi consuetudo haec introducta sit.

Numisma unde dicatur.

Et ait illis Iesus: Cuius est imago haec & superscriptio?

Non ex ignorantia nec dubitans haec interrogat, sed aptum querens instruendi locum. Erat enim denarius habens Caesaris imaginem & superscriptionem. Atque ideo de vtroque interrogat, puta tam de imagine, quam de superscriptione.

Dicunt ei: Caesaris.

Micron.

Non Augustum loquuntur, sed Tyberium Caesarem, qui successit Augusto, vt Hieronymus ait, eiusque erat priuignus, sub quo passus est Christus. Omnes autem Romani Imperatores dicti sunt (vt Hieronymo placet) Caesares, à primo Caio Caesare, qui imperium arripuerat. Porro mos soluendi tributum Romanis, introductus fuerat à tempore, quo Pompeius consul Romanus Iudaeam Romanis subiugauerat. Tunc enim victoribus Romanis Iudaei promiserant, raquam reipublicae defensoribus & pacis conseruatoribus tributum soluere. Postea vero à quodam Iuda Galilaeo orta seditio est.

est, cui Iudaeorum nonnulli consentientes, asseruerant se cogi non debere ad tributum soluendum, sed liberos esse se à legibus humanis, qui legi essent diuinæ subiecti, soluentes (vt supra dixi) decimas & primitias Domino. De hac questione itaque nunc interrogarunt Dominum. Quibus ille respondit sapienter, vt sequitur:

Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Vtrumque concludit sententia breui, quæ Cæsaris sunt, Cæsari adiudicans: quæ verò Dei sunt, Deo. Temporalia enim, quæ tribuenda sunt Cæsari, noluit negari: quæ verò Dei sunt, nihilominus eidem quoque offerri. Non dissensit ab hoc loco Paulus quoque, iubens omnibus reddi debita, cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui honorem, honorem. Nemini, inquit, quicquam debeatis, sed omnia debita, id est, cuiusque aliquid debetur, soluite. Nemini igitur quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Studiosi ad hoc estote, vt nihil apud vos maneat, quod alteri debeatis, excepta dilectione, quam nunquam vos putetis impleisse satis: sed manere semper vos æstimate adhuc debitores, quo prouident ad omnibus subueniendum. Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Ac si diceret: Nihil excusationis habetis per hoc, quod Deo datis decimas, aut primitias, aut alia si quæ huiusmodi sunt, quin æque, quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddatis. Sed vide quam sobrie adiudicat Cæsari, non omnia quæ vult, non exactiones & violentias, quas à plebe, à clero, & ab omnibus suæ ditionis exigunt hi qui præsunt, principes scilicet & magistratus: sed hæc tantum, quæ Cæsaris sunt, id est, quæ illis iure debentur, & ad eos pertinent. Debemus enim nos Christiani Deo & hominibus. Hominibus quidem & his tam spiritualibus, quam temporalibus. Debemus enim præpositis & prælatis nostris, qui pro animabus nostris Deo sunt rationem reddituri, obedire ex animo, & in omnibus, quæ ad illorum curam pertinent. Cum enim omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit, anima verò potissima sit pars corporis, quomodo illa suis rectoribus non gauderet, quandoquidem & ecclesiastica hæc iurisdictio & potestas nunquam defuit Christianis.

Prælati sui
quid omnis
debeat Chri-
stianus.

Hebr. 10.
Rom. 13.

Debet igitur omnis Christianus summo Pontifici tanquam vniuersæ Ecclesiæ prælato, debet suo antistiti, debet suo prælato aut pastori, debet deinde suo principi, hisque qui ab eodem missi sunt, obedientiam, subiectionem, honorem, dilectionem & fidelitatem. Nam de temporalibus seruis ait Paulus Apostolus: *Quicumque sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur.* Et iterum alibi: *Serui obedite dominis vestris carnalibus, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo.* Et Petrus: *Serui subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloris.* Quamdiu enim hi, qui præsunt nobis, diuina sunt ordinatione ad regendos nos constituti, debemus illis obedire, tanquam diuinæ ordinationi: ne cum illis repugnare velimus, Deo inueniamur repugnasse. Habemus in libris Moysi, quam seuerè punierit Deus Darhan & Abiron, filios item Core cum alijs rebellibus aduersus Moysen se erigentibus. Est tamen obseruandum semper illud Petri: *Quia oportet Deo magis obedire, quam hominibus.* Propter hanc

manum

T. VI
21

manum igitur imperium haudquaquam deferenda est obedientia diuina: nec aliquo modo agendum in fauorem hominis, quod contra honorem & beneplacitum sit Dei. Da igitur, quæ Dei sunt, Deo, decimas & oblationes: quæ verò sunt potestatis temporalis, redde potestati seu principi, tributum, vestigal, censum, & huiusmodi. Decimæ in veteri lege à Domino institutæ sunt pro alimonia ministrorum templi. Deo igitur, qui tibi dedit omnia, redde ex omnibus decimam partem. Deo, inquam, redde. Noli tristis aut ad dandas decimas inuoluntariu: esse: mirare potius, quod illas Deus dignatur à te recipere. Nec tuum est considerare quis sit, qui recipiat, quis utatur, aut quo modo consumantur decimæ. Tu Deo debes, tu Deo soluis, tu Deo reddis. Ille à te exigit, ille si non dederis, te punit, ille si deuotus obtuleris, tibi mercedem retribuet. Homini fraudem facere potes, Deo fraudem facere non potes: quam etsi feceris, certus esto, propterea non eris ditior, sed multo infelicior. Qui enim decimas Deo non soluunt, præter hoc, quod à Domino in anima puniuntur, & hic & in futuro, nihilominus benedictionem in temporalibus, aut sanitatem, seu vitam amittunt: qui quid autem non soluisisti, debes. Quod si peccatum non dimittitur nisi ablatum restitatur, vide qua audacia mori præsumas non soluis decimis.

Decimæ Deo soluendæ cur institutæ sint.

Decimas nō soluentes, quomodo puniantur à Deo.

Augustin.

Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

Audierunt Christi sapientiam, qui ipsorum prauitatem omnem viderent, non ut discipulos, sed tentatores declarauit. Nouisse enim illum senserunt, vel in primo respondentis verbo omnem malitiam & simulationem suam deinde elusam omnem suam fraudem ac versutam machinationem senserunt. Tertio, Christi insuperabilem sapientiam, contra quam nihil exogitate poterant. Idcirco hic dicitur: Audientes hanc Christi sapientiam eiusque irreprehensibilem responsonem, mirati sunt, quod eorum calliditas non inuenisset insidiandi locum. Et relicto eo abierunt. Qui in sapientia eius compungi debuerant & veniam petere, promittereque studia meliora, hi frigidi, obstinatiq; suam malitiam secum reportant, & nihilo meliores effecti Iesū relicto, abierunt.

Audistis iam filij, detestati estis illorum tentatorum maleuolentiam versutam. Quod ergo in illis execramini, hoc in vobis odisse & cauere debetis. Caueatis igitur vitium hoc adulationis, caueatis quæso propter Deum duplicitatem atque insidiandi studium. Fraudulenta enim nequitia duplex est nequitia, quia fraus & nequitia: nec est pestilentior hostis, quam amicus simulator & insidiator, hoc est, qui blanditur & amicum se fingit palam: clam verò machinatur insidias. Quapropter filij diligite sinceritatem, fugite adulationem, caueite fictionem & hypocrisim. Si locum habet correptio in proximo, & emendatio speratur, nolite palpare vitium, nolite laudare, nolite consentire, nolite tacere: sed cum modestia, humilitate, mansuetudineque, ubi fructus expectatur, proximos corripite. Si verò correptio non habet locum, & fructus nullus speratur, tacete, & Deo ac prælati corripandos committite. Sinceritatem in verbis & moribus absque ludo villo, præsertim in charitatis exhibitione seruate. Nemini namque non est grata ac-

Adulatio cur cauenda sit.

Nequitia fraudulenta cur duplex sit nequitia.

Correptio quomodo adhibenda sit. Sinceritas in omnibus esse seruandam.

cepta-

cepta; sinceritas. Hæc quamuis ad horam quandoque contristat, quia nemo in sui humiliationibus, in accusationibusq; suauiter audit veritatem. Nihilominus tamen, vbi transierit reprehensio & passio humana excitata, sedata fuerit, veritas & sinceritas amatur, honoratur, laudaturq;. Nemo ignorat diligentis vulnera esse vitiosa, quam oscula fraudulentum. Nemo non magis vult à iusto & sincero corripi, quam à peccatore & adulate laudari: adeo inuisa est cunctis duplicitas: semper quoque adfert secum vitiositatem sinceræ admonitio. Simulatio verò omnibus (vt dixi) suspecta & odiosa est, quia tam simulatio quam adulatio, quæ ex vna radice crescunt, quarit, quæ sua sunt tantum, nihil habens de charitate, multum verò de fictione & toru de priuato amore. Dominus noster Iesus Christus det nobis omnibus inter nos sinceram dilectionem, qua vnusquisque loquatur veritatem cum proximo suo, ne de illorum simus numero, qui loquuntur quidem pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Hoc auertat à nobis Deus Dei Filius, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Prover. 27.

Simulatione omnibus suspectam esse & odiosam.

Psal. 27.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

Quibus debemus reddamus debitum: & quomodo anima sit numisma aut denarius.

A Beantes Pharisei consilium interunt, vt caperent Iesum in sermone. Matthæi XXII. Suum morem non dimittunt Pharisei, quin Christo, quia pleni erant inuidia, semper insidientur. Excogitare igitur eos facit eorum malitia astum dolosq;, quo Domino quarant mala. Verum, nisi Christus eis concesserit seu permisit horam, qua vigeat potestas tenebrarum, & malitiam quamcunque velint in ipsum exerceant, non poterunt quicquam in illum facere mali. Videamus nunc quid in se habeat hoc Euangelium. Primum est, quod abiisse dicuntur Pharisei à Christo. Nullius hoc boni indicium est, nihil virtutis hoc nobis significat recedere à Christo. Dicitur enim per Hieremiam prophetam: *Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur, & redempti à te, in terra scribentur, quoniam dereliquerunt ventam aquarum viuentium Dominum.* Non hunc animum habuerunt Apostoli, qui nonnulli à Christo discedentibus, nec postea illum sequentibus propter verba quadam à Christo dicta, quæ non intellexerant ab eodem interrogari: *Nunquid & vos vultis abire?* Per os Petri responderunt omnes: *Domine ad quem ibimus? Verba vite æternæ habes.* Secundum quod consultasse aut consilium inisse dicuntur, quod intelligitur cum Herodianis, hoc est, cum gentibus, qui non cognoscebant Deum. Quare non consilium acceperunt cum Christo? Quia res, quam tractabant, mala erat. Christum autem non patrocinari iniustitiæ non ignorabant. Ad sui igitur similes ierunt tractando consilio, ad malos scilicet & impios. In quorum consilio tractabatur, quomodo Iesum caperent in sermone. Propterea autem seorsum diuertebant, quasi non debeat Christus audire verba eorum, quæ certè abfens audiebat, tamen si ultra mare discessissent, imò eorum etiam omnes cogitatus videbat. Quale consilium, tales & consiliarij. Consilium bonum, vbi prudentia est, queritur à quatuor. Primo à Deo, iuxta illud Tobie: *Omnia consilia tua in ipso permanant.* Item Ecclesiasticus. *Omnis sapientia à Do-*

Lucæ 21.

Quam in hoc euangelio nobis inuenitur. Hierem. 7.

Iohan. 6.

Consilium bonum à quo querendum. Tob. 4. Eccle. 1.

T. VI
21

Eccl. 37.
Eccl. 1.
1. Paral. 10.
1. Reg. 11.

mino Deus est. Si ab eo est solo, quomodo igitur querenda foret ab alio, nisi ab ipso? Secundo, consilium quare ab homine bono, non à malo. Quomodo tibi enim dabit consilia bona, qui eadem sibi non præbet? *A consilio igitur malo, ut Ecclesiasticus iterum monet, serua animam tuam.* Tertio consilium est tractandum, ut Tobias monet, cum sapientibus. Ecclesiasticus quoque hortatur dicens: *Cum fatuis consilium ne habearis, non enim poterunt intelligere, nisi quod eis placent.* Quarto consilium petendum est à sene. Propterea Roboam spero consilio seniorum, dum cum iunioribus consultare cepit, & eorum sequi consilium, stultitiz suæ mercedem, hoc est, decem tribuum à regno defectionem suscepit, nec cum nisi duz tribus tanquam regē posthac sequebantur.

Ioan. 14.
Inuitiam vel
prosecutionē
passus quid
agere debe-
at.

Itaque cum audis Iudæos consilium iniisse contra Christum, discite tu non turbari, si cōtra te consilia tractent homines, quando contra Christum praua homines machinantur. *Non est seruus maior Domino suo.* Si me, inquit Christus, persecuti sunt, & vos persequentur. Quid, inquis, tunc mihi est faciendum? *Veritatem & dissimulans sustinens.* Tacendo peccare non potes, ubi locutionis nullus est fructus. Quis enim fructus loquendi, ubi inuidia imperat? Tace igitur, quoad tempus adueniat, quo parum prudenter quē loquaris. Quam parum locutus est Christus paucis tamen verbis totum phariseorum consilium, quod versutia astutissima vallauerant, confutauit. Tu quoque fac bene, & sine alio contra te machinari in quod volunt ex liuore. Vide ne malum velis malo excludere. Caue iniusta via ambulare, aut mediū aliquo illicito vi. Videbis, quia se, nō te dehonestabunt. Consilium iniquorum nudabitur, veritas & iustitia triumphabit. *Quicumque piē vult viuere in Christo, persecutionem patietur.* Qui autem bene agens habet persecutores aut insidiatores, satagat ut ita loquatur, ita agat, ita moderetur sermones suos, ne quod iustum agit, faciat iniustum ex aliqua circumstantia. Habent enim hoc calumniatores cuncti, ut cum opus tanquam bonum reprehendere non possint, si modicum quid in aliqua circumstantia operis neglectum deprehenderit, contra totum opus insaniant, obganniant, & detrahant. Hoc modo obseruabant Christum Iudæi, explorantes vbiunque, quo reperirent quod accusarent. Tertio, quod in Euangelio narratur, est studium Phariseorum, quo nitentur Iesum capere in sermone. Sciebant lubricam esse humanam linguam, quæ facile adulantium quocumque capitur linguis, maxime ab insidiantibus. Idcirco hoc tertium non minus quam duo priora detestabilia sunt & cauenda, utpote charitati contraria. Nitentur illum Pharisei capere in verbis, qui est sapientia summi Patris, & qui nouit abscondita cordis.

Psal. 43.
1. Cor. 11.

Quartum est æque detestabile, puta discipulorum Phariseorum adulationis simulatio: dicentiumquē: Magister scimus quia verax es, &c. Magistrum vocabant, cuius esse volebant discipuli. Veritatis appellant doctorem, quem ut seductorem habebant. Pestimum genus hominum est adulatorum. Inueniuntur autem homines ad hoc putō nati ut vnumquemque laudent, bona dent verba, in faciem omnibus blandi, nemini tamen interim fideles aut amici. Hi loquuntur quod libenter auditur, & placencia affirmant. Hoc vitium tamen si absque incommodo sit proximi, vanissimi

Ioannes
Chrysostom.

Adulationis
vitium quam
sit graue pec-
catum.

num

num est. Porro si animo insidiandi, nocendi aut fallendi proximum fiat, est peccatum graue, nec raro est peccatum mortale. Deinde si peccatum quis laudat mortale, aut bonum debitum virtutemque vituperat, æque est graue peccatum. Quintum est exemplum Christi qui adulationes hominum impiorum non recepit. Hoc enim nobis in adificationem reliquit, ne adulationes (rem periculosam) acceperimus. Stultissimum enim est in ore hominū ponere gloriam suam magis quam in conscientia. Num lingua aliena te virtuosum faciet aut beatum? Nunquid ediuerso te faciet malum? Minime. Quandoque igitur laudaris, cogita id ideo accidere, quod homines te recte non cognoscunt. Cogita quia si te cognoscerent, quantum detestarentur? Expende quā multa sunt in te vitia clandestina, quæ nolles ab aliquo cognosci. Quæ si homines vitia cognoscerent, puras laudarent? Minime. Deinde erubescere quod multa in te laudantur, quæ laude non sunt digna: quæ virtutis non habent meritum, aut ne nomen quidem, ab hominibus extolluntur. Quibus si tu adeo es demens vt credas, nimium erras. Quomodo enim alterius linguæ magis credis, quàm conscientie testimonio? Credere autem videris, si ad laudes iniustas, si ad adulationes lætaris iniquas. Quid quod alij tam vecordes sunt, vt alij laudantibus aut adulantibus, quispiam sit, qui non simul eos laudet aut commendet? hunc iniquo tolerant animo, quasi iniuriam passi, aut contristatur, quasi tunc beati sint, cum in ore aut in oculis hominum sunt magni. Quid demum quod multa æstimantur in te esse & prædicantur, quæ prorsus à te aliena cognoscis? Num adeo eris insipiens, vt quasi habeas, quæ homines te dicunt habere in se, aut non habens, exultes, aut glorieris? Nunquid alijs, quam tibi ipsi credes magis? Videtis quanta pericula sunt in adulationibus, in falsis laudibus, & in vana æstimatōe hominum? Non igitur abs re fuit, quod sancti tam studiose suas absconderunt virtutes, propterea quod laudari timebant, indeque aut in opinionem circa se iniquam, aut in complacentiam abduci. Quapropter eos qui te vituperant, magis quàm eos qui laudant te, ama. Hi enim adferunt tibi fructum. Siquidem te humiliant, te vigilem ac prudentem faciunt & cautum.

Itaque qui te laudant, non possunt tibi prodesse: sed qui te vituperant, illi si vis, vehementer tibi possunt esse viles. Indicant enim tibi vitia tua, ostendunt vnde efficiaris humilis, faciunt te prudentiorem, ac magis diligentem. Nam si aliud etiam non conferrent, sunt tamen in remedium tibi bonum contra superbiam. Vide autem quomodo adulatōes Christus repulit. Quamuis enim vera essent, à quibus Christum laudabant, non tamen laudandi, sed fallendi, adulandi insidiandique animo hypocritæ isti loquebantur. Sed tu pura quoque, quando laudaris, homines non eadem de te credere aut sentire, quæ prædicant, sed honestatis causa sic de te bene loqui, aut alia humana infirmitate, amore te decipi: maxime autem ab eis te ignorari putes, & non agnosci. Sextum in hoc Euangelio est Christi adificationis verbum: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. In quibus verbis generaliter discimus, vnicuique suum ius tribuendū, Deo præcipue cultum & reuerentiam, & hominibus quoque suum debitum, puta vnicuique iuxta illius statum & ordinem. Ante omnia enim Deo obedi-

XXXX 4. entiam.

Adulationē non esse recipiendam.

Gloriam suam in ore hominum ponere quàm sit stultum.

Virtutes suas aut sancti absconderunt tam studiose.

Vituperatores quàm sint viles & cur magis a mundi hominibus quam laudatores.

Roman. i. ius suum quomodo vnicuique reddere debemus.

T. VI
21

entiam debemus, cuius obedientie nihil est antefendum. Debemus eidem quoque fidem & dilectionem: proximis vero compassionem, misericordiam & charitatem. Est itaque in his verbis primo nobis dictum, ut hominibus quæcumque debemus, solvamus, ita tamen ne Deo quicquam debito seruitio aut obsequio negligamus, subtrahamusve. Si igitur inuestigatio fiat de Deo, & de hominibus, viri plus debeatur, recte responderetur: Date quæ Dei sunt Deo quæ vero hominum sunt, reddite hominibus. Simili modo si de carne & spiritu quaestio fiat, recte responderetur: Date carni quæ illius sunt, & date spiritui quoque quæ illius sunt. Habet enim caro suum obsequium necessarium, quod illi debemus, quandoquidem carnem frenare, non extinguere debemus. Debemus item illam nutrire, fouere, regere, eademque quatenus oportet, seruire. Sed propter carnem non est negligendus spiritus. Illius enim cura præferenda est, vbi vtrique seruire non potest. Soluamus igitur oportet, quæ sunt spiritui, & quæ sunt carni, carni. Exercitia spiritus quæ ad Dei sunt honorem, amorem, aut ad proprium cultum, purificationemque mentis, nobilitiora sunt, quam obsequia carnis siue corporis. Veruntamen si propter illa spiritualia, aut proprium corpus, quo ad ea quæ sunt necessaria, negligentes lædimus, aut proximos nostros negligimus, non recte facimus: quia vni ita debet seruire, ut alterum non oporteat relinqui. De vtroque enim hic Dominus dicit in hoc verbo: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Reddite Deo & spiritui, quæ spiritus ac Dei sunt: & reddite carni & proximo, quæ carnis & proximorum sunt. Seruire debet proximo, propter Deum. Sæpenumero tamen contingit (vbi scilicet maior necessitas fuerit) ut relicto Dei seruitio, aut ad tempus posthabito, magis sit currendum ad subueniendum, aut necessitatibus proximorum seu carnis, quam ad contemplationum diuinarum, spiritusque exercitia: non tanquam ad id quod magis nobile seu dignius, sed tanquam ad id quod magis est, pro hoc tempore necessarium. Necesse est, inquam, interdum Deum propter Deum relinquere: hoc est, necesse est, ut aut intermitteretur (ad quod non ex debito quis tenetur) aut differatur seruitium Dei propter hominem, cuius nunc occurrit necessitas, cui oporteat aut debeat absque dilatione subueniri. Relinquitur igitur (ut dixi) Deus in seipso propter Deum, ut honoretur in proximo. Simili modo corpori quandoque infirmo adeo est indulgendum, non ut propterea offendantur Deus, sed ut minus, quam possit, colatur Deus. Si tamen recte loqui vobis debeo filij, dicam: relinquendus est Deus, ut iuuetur proximus, aut ut iuuetur corpus proprium, in quibus magis honoretur Deus. Nihil enim impendendum est, aut proximo, aut proprio corpori, nisi ordine seruato charitatis, ut illud referatur in Deum, & fiat propter Deum. Fit autem sæpe non nihil propter Deum magis, tamen exhibeatur proximo, quam si ipsi exhiberetur Deo. Hoc propter illos dico, qui tamen raro inter vos inueniuntur, qui corporibus suis nimium, puta necessaria, subtrahunt, quod vitiosum & Deo non acceptum est: & contra illos quoque qui exercitijs suis proprijs, licet spiritualibus, ordinatisque ad Deum vacant, ut interim necessitatibus subuenire proximorum negligant, aut alijs operibus, officijsque charitatis. Septimum quod nobis in hoc Euangelio spiritualiter significatur,

Naturæ nostræ quædam debeamus exsoluere.

Spiritui nostro quædam debeamus ac solvamus.

Deus quomodo sic interdum propter Deum relinquendus.

tur
nur
Dei
nost
dim
alic
Est
aut
non
to c
tur
re d
var
per
rati
gin
de f
litu
rit:
hil
uet,
litu
non
den
con
tur.
ueri
reli
tion
mat
sapi
fra
duc
go d
go d
ple
stra
vid
run
pun
qua
hæc
Qu
sun
sun
bol

tur, est denarii seu numismatis mystica solutio. Per denarium enim, seu per numisma hic spiritualiter nobis anima significatur hominis ad imaginem Dei creata, sicut scriptum est: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Non est autem homo secundum corpus ad imaginem aut similitudinem Dei, sed secundum animam creatus. Habet autem assimilationem aliquam anima ad Deum. Est enim ipsa quoque à Deo creata immortalis. Est præterea vna in toto corpore, & in qualibet eius parte. Nullum ostendes autem membrum corporis tui vitium, in quo non sit anima, in quo etiam non sit tota, quæ tamen nihilominus tota est in alio membro, & tota in toto corpore, nec tamen nisi vna eademque est anima. Tertio, non inquinatur fordidus corporis anima, quomodo nec Deus. Quarto, in eodem corpore dissimilia operatur, puta alia in auribus, alia in oculis, &c. quemadmodum varia Deus in hominibus operatur. Quinto, sicut vnus est Deus in tribus personis, sic aliquo modo in tribus potentijs vna est anima: Nō autem absque ratione Dominus Deus tanta nobilitate dignatus est animam, vt ad sui imaginem similitudinemque hanc faceret: quia per hoc eam reddere voluit, vnde feruentius redamaret patrem. Est enim amor naturalis inter patrem & filium, qui aliquo modo propterea quandoque arctior, validiorque est, si fuerit inter eos magna similitudo. Inter omnes enim creaturas terrestres nihil anima sibi inuenit simile: ideo hac similitudine admonetur, vt se eleuet, conuertatque ad Deum. Hanc animam, id est, illum denarium Dei similitudine insignitum, ostendi sibi cupit Christus. Non vult illum corrumpi, non inquinari, non obliterari, sed mundum sibi ostendi: Vbi ostenditur denarius ille mysticus, hoc est anima Dei imagine insignita? Profecto in confessione: quod in leprosis decem peccatores significantibus manifestatur, quibus Christus dixit: *te ostendite vos sacerdotibus*. Et Sapiens in Proverbis dicit: *Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur*. Secundo ostenditur anima in operatione. Quod ex verbis Iacobi colligitur? dicentis: *Quis sapiens & discipulatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientia*. Et Christus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra*. Tertio, & tunc maxime ostenditur in morte. Tunc enim Christo adducetur, ostendeturque anima. Quam ille videns, cuius, inquit, est hæc imago & superscriptio? Nihil enim in ea tunc debet reperiri, quam eius imago & quicquid ipse digito suo, hoc est, Spiritus sancti operatione in ea scripserit. Nos quicquid sine illo superscribimus, in hoc scdamus animas nostras, inquinamusque eius imaginem. Agimus enim puerorum more, qui videntes picturam nobilem, graphicè depictam, suos etiam tractus linearum eidem superducunt, imaginemque & picturam deformant ac corrumpunt. Ita nos in picturam & imaginem Dei superducimus picturam nostram, quæ sunt mala opera nostra. Idcirco interrogabit nos rex noster: Cuius est hæc imago & superscriptio? Mea esse deberet imago, sed aliter hic video. Quid sibi hæc vult aliena superscriptio? Nō manu hæc mea quæ cerno, scripta sunt, Quis hæc superscripsit? Dic: Homo, mundus, diabolus. Hi enim sunt scribæ nequam. Homo vt homo nihil scribit vtile. Mundus & diabolus nisi malum scribere norunt. Reddite dicet igitur, quæ sunt Cæta-

Anima quomodo per denarium significatur. Gene...

Anima quam habet assimilationem ad Deum.

Denarius mysticus quomodo Christo ostendendus sit.

Luc 17. 17. 18.

Iacob. 1.

Matth. 5.

Anima qua puritate Deo presentari debeat in morte. Deut. 9.

Scribæ falsi & nequam forsdantes sua superscriptione Dei imaginem qui sunt.

T. VI
21

ris, Cafari, &c. Reddite diabolo mundo & carni, quæ illis iure debentur, & quæ anima meruit. Reddite mundo honores, opes & reliqua, quæ secum anima nō potest ferre, vana atq; caduca omnia. Reddite carni vermes, corruptionem & putredinem. Reddite diabolo animam, quæ illi se sponte in vita mancipauit, tormentis affligendam. In hac diuisione videre, quam sebile sit Christum qui animam creauit, animam insigniuit, animam suo sanguine lauit & redemit, nihil recipere, gratisque pro anima laborem & sudorem, vulnera & sanguinis effusionem perculisse. Beata hæc anima, quæ Dei imaginem aut impollutam, aut saltem in poenitentia iterum mūdaram offert Christo. Quod vt vobis filij contingat, nunc dum viuitis, hoc curate, nunc stertibus contritionis animas vestras lauare, nunc quæ Spiritus sanctus vobis suggerit, illius manu superscribite, vt cum ad mortem ostenfuri animam veneritis, Deus suam agnoscat imaginem, laudet superscriptionem, vosq; & pro labore, & pro custodia coronet Iesus Christus Dominus noster benedictus in secula, Amen.

Anima vt
impolluta
Christo sit
presentanda
post mortem.

DOMINICA XXIII. POST DOMINICAM
S. Trinitatis, Epistola B. Pauli Apostoli ad
Colossenses I.

NON cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali, vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis sue, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. In CHRISTO IESU Domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Paulus Apostolus Colossensibus scribit, quibus non ipse per seipsum, sed per suos discipulos prædicauerat. Et quia horum dilectionem erga se audierat: Ex die, inquit, illa, qua per Epaphram audiuius dilectionem vestram erga nos, non cessamus orare & quadam importuna fiducia à Deo postulare pro vobis, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, hoc est, vt diuinitus illustremini ad cognoscendum quid velit Deus, quidve illi placeat aut displiceat in omni sapientia diuinarum atque celestium rerum, & in intellectu spiritali sacrarum scripturarum, vt non solum quomodo ambulandum sit agnoscat, sed ambuletis etiam dignè Deo, vt vita & conuersatio vestra deceat Deum, Deoque digna sit, cui in omnibus placeatis, & fructum proferatis in omni opere bono, crescentes in scientia Dei, qua illum, & quid de eodem sentiri debeat agnoscatis, in dies quæ cognoscere satagatis. Oro itaque, vt sitis confortati in omni virtute secundum poten-

potentiam claritatis eius, hoc est qua potest vos Deus confortare, sua claritate illuminando vos: Si enim sol crescere & germinare facit, quanto magis claritas Dei eos qui lucem illius non fugiunt, sed diligunt ad lucemque accedunt, illustrans confortabit secundum potentiam claritatis suae, in omni patientia & longanimitate, ne sitis inter aduersa tristes, sed cum gaudio gratias semper agatis Deo Patri, qui sua gratia nos dignos fecit, transire in partem sortis sanctorum, id est, in partem aeternae hereditatis, quae est in lumine, hoc est, in beatifica Dei visione. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, malignorum scilicet spirituum, quibus antequam ad Christum sumus conuersi, seruibamus, ipsique dominabantur nobis. Itaque eripuit nos, & transtulit nos in regnum filii dilectionis suae, hoc est, in Ecclesiam militantem, quae est regnum Iesu Christi Filii Dei, in numerum fidelium, & in societatem membrorum corporis Ecclesiae Christi, quo ex nobis fit ac omnibus vnum regnum Christi, in quo per fidem & charitatem regnet in nobis Deus. In quo Christo habemus redemptionem à seruitute diaboli ac vitiorum, & remissionem peccatorum.

EXEGESIS EVANGELII EIUSDEM DOMINICAE XXIII. post Dominicam S. Trinitatis, Matthaei nono.

Loquente Iesu ad populum, verius tamen, hoc est, potissime ad discipulos Ioannis, qui illum quare non ieiunarent eius discipuli, interrogauerant, atque excusationem pro eisdem Christo reddente, accessit vir quidam clarus, & humilis. Erat enim princeps synagogae. Quamuis enim Hierosolymis templum haberent Iudaei, in potioribus tamen ciuitatibus nihilominus habuerunt domum, in quam conueniebant, ut Deum laudarent, usque docerentur legem. Cuius princeps is qui praerat, archisynagogus dicebatur, aut princeps synagogae. Huiusmodi hic erat princeps, qui pro filia sua vehementer aegrotata, & iam in extremis constituta, adeoque de vita illius desperata, ut diceretur mortua, rogabat. Hic quamuis imperfectus adhuc esset in fide, meruit tamen humilitate sua, ut illi quae postulabat, praestaret Christus. Si quidem ad pedes Iesu procidens, rogabat illum. Erat autem, ut ex alio Euangelista liquet illius nomen Iairus. Narratur itaque hic suscitatio puellae mortuae. Nam dum iret, & in itinere adhuc esset constitutus Dominus, interposuit se occasio alterius miraculi in muliere fluxum sanguinis patiente. In cuius narratione apud quosdam finitur Euangelium: licet alij continuent, ut finem de suscitatione puellae quoque narrent. Itaque ait Euangelista:

Luc. 8.

Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni & impone manum tuam super eam, & viuet.

Alius Euangelista hoc narrans miraculum, dicit Iairum rogasse: Filia mea in extremis est. Sed non est contradictio. Potuit enim fieri, ut vtrumque diceret: Filia mea in extremis est, adeo ut ipsam putem iam defunctam, quae erat quasi defuncta? Abiēs enim, illam adeo reliqui infirmam, ut non pu-

Marc. 5.

Y Y Y 2 taretur

T. VI
21

Lucæ 8.
Marc. 5.
Math. 9.
4. Reg. 5.

taretur deinceps victura. Ad hunc modum loqui solemus de agonizante: Mortuus est. Nam Lucas scribit, quod iam moriebat. Marcus, quod esset in extremis: Matthæus verò dicit Iairum dixisse: Filia mea defuncta est. Sed veni, inquit Iairus, & impone illi manum, & viuet. Imperfectio fidei illius ostenditur, quia corporalem putabat Christi præsentiam necessariam. Sicut Nahaman Syrus de Helisæo loquebatur, dicens: *Putabam vt egeret* ad ostium Prophetæ & inuocaret Deum suum, tingeret quæ locum lepræ, & ita sanaret. Quamuis autem hic Christum legitur adorasse, non tamen adoratio hæc latræ fuit, quæ Deo soli debetur, sed reuerentia magna, cuiusmodi regibus & prophetis fiebat, quæ vocatur *Mulisa*, quia non æstimabat Christum Deum, sed hominem tantum, & magnum Dei amicum. Ad quem nihilominus tanta erat fides eius, vt crederet Christum tactu manus suæ suscitare posse mortuum.

Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius.

Lucæ 8.
Marc. 5.

Mira hic Iesu humilitas, & gratissima mansuetudo indicatur Christi. Erat enim misericordissimi cordis, qui se non poterat continere à beneficiendo infirmis. Condolebat quoque viro, quandoquidem hæc eius filia unica illi erat proles, annos circiter duodecim nata. Sequebatur itaque illum Christus, sequebantur quoque eius discipuli, & (vt alij referunt Evangelistæ) turba copiosa. Antequam tamen ad illius veniret domum, & Iesu adhuc in via constituto, narratur à seruis patri puellæ filiam esse mortuam. Ex quo nuncio creditur consternatus pater. Quem misericordissimus Dominus confortans: Noli, inquit, timere, tantummodo crede, & salua erit. Putandus est, interueniente alterius miraculi occasione, Dominus eo libentius remoratus in itinere, donec que in extremis erat, puella moreretur, quo gloriosius ad populi ædificationem, & patris perfectam conuersionem fieret miraculum. Dum itaque sequeretur:

Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.

Marc. 5.
Lucæ 8.
Ambros.

Narratur ab alijs Euangelistis hæc mulier sanguinis fluxum patiens, non vt fieri solet naturali modo, sed continuis duodecim annis huic passioni subiecta, diuitias suas (hanc Martham Ambrosius fuisse dicit sororem Mariæ) hoc est, magnam partem seu portionem diuitiarum suarum in medicos pro sui curatione erogasse, quamuis nihil illi profuerit. Accedens igitur ad Iesum retro, quia propter passionem suam reputabat se immundam & indignam offerre ante conspectum Domini, nec decere vt Christi postuleret contactum. Mouebat eam quoque pudor & verecundia se reuelandæ quare saltem retro accedens, cupiebat fimbriam tangere Christi. Obserua quod Christus hic narratur fimbriam quoque in vestimento habuisse, iuxta illud Numeri, quo præcepit Dominus filijs Israel, vt fimbrias per quatuor angulos haberent palliorum cum vittis hyacinthinis, qui celestis est color, quo admonerentur caelestem præ alijs hominibus habere conuersationem, quia subditur ibidem: Vt recordentur mandatorum Dei, & sint sancti coram Domino Deo suo. Huiusmodi itaque vestem creditur Iesus portasse.

Fimbriam vt in tua veste Christus habuerit. Num. 15.

Iussit.

Iustissimum namque erat, vt populus, ex quo Christus nasciturus erat secundum carnem, singulari sanctitate polleret, & ab alijs populis distingueretur. Distinctio autem hæc fuit Iudæorum ab alijs gentibus, in carne per circumcisionem, in lege per restrictionem modum viuendi, & in veste, qua singulari utebantur cum simbrijs & vittis.

Distinctio Iudæorum ab alijs gentibus olim quæ fuerit.

Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.

Vt ante dixi, ex pudore non audebat palam Dominum rogare pro sui sanatione. Ex humilitate reputabat se immundam, & indignam quæ offerret se conspectui Domini Iesu, ideo retro accessit: ex fide quoque sibi promissam sanationem, si modo simbriam eius vestimenti tangeret. Fecit itaque quod iudicabat ex fide faciendum. Nam vt ex alijs Euangelistis manifestum est, tetigit vestimentum Iesu, & ilico stetit, exsiccatusque est fons sanguinis eius, & sensit se sanatam. Tunc Christus qui omnia nouerat, omnia viderat, & in corde illius mulieris hæc operabatur, quique eam sanauerat, interrogans, non vt quod ignoraret disceret, sed vt quod latebat, ad Dei gloriam & in huius fidelis mulieris præconium, fieret manifestum, dixit: Quis me tetigit? Negantibus multis se non tetigisse, dixit Petrus, alijque discipuli: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & tu dicis: Quis me tetigit? Vide benignitatem simul ac magnificentissimam potentiam Domini Iesu. Turbæ eum comprimebant, dum alius alio volebat esse Christo vicinior. Non autem adeo comprimebant turbæ, quin magis sensisset leuissimum tactum simbriæ vestimenti sui. Alij enim homines mole corporum premebant: hæc mulier fide tetigit. Dixit itaque iterum Christus: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem de me exisse. Interea videns hæc mulier, quia non latuit, quod præ verecundia clam esse appetuerat, tremens venit, & procidens ante pedes eius, quam obrem tetigisset, & quam consequuta sit sanationem, coram omni populo confitetur. Hæc omnia ex Luca & Marco colliguntur.

Marc. c. Luca. 8.

At Iesus conuersus & videns eum, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Iesus omnia sciens, omnia præuidens, conuertit se ad eam, quæ se parabat proderi, & Domino confiteri, vt illam tremulam & formidantem consolaretur. Dixit itaque ad procidentem ante se mulierem: Confide filia. Iam erat mulier ab eo, cuius tetigerat vestimentum, sanata: quare ergo iubet eam Christus, quasi adhuc sanandam confidere? Dicendum, quod Dominus eam hortabatur ad robur, perseverantiamque in fide. Vel ideo, quia formidolosa erat mulier & tremens, quam à se non consolari & confortari pijsimo cordi Iesu durum videbatur. Scribit Eusebius in Ecclesiastica historia, mulierem hanc fuisse Emorroissam, eamque postquam liberata fuerat, & fortasse postquam Christus cælos ascenderat, in Cæsaria Philippi, vnde fuerat oriunda, statuam in sua curia fecisse, quæ Christi cum simbrijs (vt eum viderat) haberet effigiem. Ante quem sui quoque locauit imaginem genibus flexis, iunctisque seu cancellatis manibus procumbentem. Cresce-

Eusebius. Emorroissa mulier que fuerit.

T. VI
21

Flambric imagine Christi
vultus quita.

Hieron.

Ambros.

bat autem herba sub eadem statua, quæ quamdiu non attingeret crescendo ad simbriam vestimentorum imaginis, nullam in se habebat virtutem. Vbi verò Christi attingit vestimentum, omnem sanabat languorem. Hanc imaginem testatur Hieronymus à Iuliano apostata Christi gloriam ægre ferentem amotam, ipsumque in illius locum suam subrogasse, sed ictu fulminis postea confractam. Si autem, vt Ambrosius ait, mulier hæc fuit Martha, quomodo in Cæsaria Philippi habuit curiam? Dicendum hoc non debere absurdum videri, mulierem vehementer nobilem, atque, vt tradunt, de sanguine regio ortam, curias aut ædes amplas in varijs habuisse locis, præsertim cum pater eius Theophylus Syrus scribatur ducatum habuisse Syriæ: quod hoc modo tamen verum putandum est, si intelligatur Syria habuisse gubernationem: potuitque ibi fuisse nata Martha, quamvis Christo prædicante morata fuerit in Bethania. Quæcumque autem fuerit mulier, certum est eam fuisse deuotissimam & fide plenam. Ideo etiam Christus ad eam conuersus, consolatur eandem, dicens: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et sequitur: Et salua facta est mulier ex illa hora, qua scilicet Christi simbriam tetigit. Hic in Ecclesijs quibusdam finitur hodiernum Euangelium, in quibusdam autem continuatur suscitatio filiz lairi principis.

Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.

Ambros.

More veterum circa funera (vt Ambrosius ait) tibicines adducebantur lugubria canentes, qui præsentem ad compassionem mouerent. Habent enim hoc soni & melodiæ, vt animos aliter & aliter excitent: quædam prouocent audaciam, vt in bellis, quædam deuotionem, vt in festiuitatibus & templis, congregationibusque sacris: quædam ad lætitiã, vt in nuptijs & conuiujs: quædam ad luctum & compassionem, vt in exequijs & funeralibus. Turba hæc tumultuans fuit vicinorum, amicorum, aliorum item præsentium multorum, qui tumultum, id est, confusum excitabant sonum, alijs lugentibus, alijs loquentibus, alijs discurrentibus & funeralia parantibus. Vidit itaque turbam tumultuantem, flentem & eiulantem Dominus, & dixit: Recedite, scilicet de cubili, in quo mortua iacebat puella: non enim est mortua puella, sed dormit. Verum dicebat. Dormiebat Christo, alijs hominibus erat mortua. Facilius potuit Christus suscitare mortuam, quam tu excitare posses dormientem. Homines tamen, qui aderant deridebant Christum, quod diceret puellam dormientem. Putabant enim minus esse iudicij Christum in hac re, qui nesciret discernere inter mortuum & dormientem. Videtamen, quia pius Dominus nihil deridentibus responderet, sed sui derisionem humiliter portat.

Et cum eieceta esset turba, intrauit & tenuit manum eius, & dixit: Puella, surge. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram.

Iuste eijcitur turba vt non intersit miraculo, quæ deridebat Dominum. Et quid

quid mirum, si non permisit deridentem interesse turbam, quando omnes noluit interesse discipulos? Nam acceptis ad se Petro, Iacobo, Ioanne & parentibus puellae tantum, intrauit ad puellam. Et tenens puellae manum clamabat, dicens: Puella surge. Quo haec dicente, reuersus est spiritus eius, & surrexit puella. Et obstupuerunt parentes puellae stupore maximo, viso tanto miraculo ex portestate, & ad modum imperantis facto. Praecipit autem parentibus puellae, ne cuiquam dicerent. Prohibuit parentibus miraculi reuelationem, non quod puraret vel parentibus tacentibus miraculum hoc celari posse, quando quidem tanta turba sciebat puellae mortem, & viuentem denuo non potuit ignorare: sed quod ostenderet se humilitatem amare, & si ad Dei gloriam id pertinuisset, ignotum malle se esse. Veruntamen latere non potuit miraculum: turba enim, quae ante deriserat Christum, propterea quod dixerat Iesus puellam dormire, euulgabat miraculum, ut fama illius exiret per vniuersam terram. In hac puella significatur mors animae in secreto conscientiae per malam voluntatem: ut dum homo voluntatem habet peccandi mortaliter, aut quando delectatur in peccato mortali, quod cum gaudio seu amore recogitat, aut saltem oblectat se in re cogitata (quae peccatum esset in opere mortale) sponte phantasiando propter delectationem cogitationis. Nam sic animo cogitationeque sponte voluptuari in peccato mortali, est peccatum mortale mentale. Intelligitur etiam in puella mortua peccatrix, aut peccator in tenera aetate constitutus, necdum in timore Dei fortis, sed iuuenilibus passionibus ac hosti faciliter cedens. Huic cito subueniendum est, festinandumque ut educatur ex peccato, ne consuetudinem contrahat delinquendi. Adducendus igitur mox Saluator, nec diu in peccatis relinquendus est mortuus. Quo instruantur quoque adolescentescens vtriusque sexus, ut vbi deliquerint, non quiescant, non expectent, nec differant venire ad confessionem, in qua a morte resurgant, Deo reconcilientur, diabolum a se expellant, viresque a Deo & gratiam, resistendi diabolo virtutem & fortitudinem accipiant. Quis enim illum, qui liber est, pugnare fortius atque validius nesciat, quam eum, qui captus ac vincus est? Fili igitur noli morari in peccato: quia perseverando in peccato, moraris in captiuitate diaboli. Noli perseverare in peccato, quia nescis quando strangulet, opprimat aut suffocet te diabolus: ad illum enim pertinet, & illius iuris es in peccato mortali constitutus: & certe non raro hoc peccatoribus contingit. Nam licet & iustus quandoque contingat subito mori, hoc tamen non facit diabolus, nec aliquid iuris habet in homine iusto, sed naturali id cursu contingit, nec vili sic morienti iusto propterea est periculum, quod subito mortuus sit, quia iustus quacumque morte preoccupatus fuerit, semper in refrigerio erit. At vero peccator, cuius est mors infelicissima, si in peccato mortuus fuerit, vbi manebit? Ad infernum ibit, vbi nulla est redemptio. Quapropter charissimi vos rogo, vos moneo & hortor, si continere vos non potestis, dum adhuc estis innocentes, quin superemini, quin vincamini a diabolo, aut carne ad peccandum, quomodo vincere possitis iam a diabolo victi, capti & ligati? Non igitur differatis Deo mox reconciliari, & de diaboli laqueis iterum elabi. Quoties, inquis, me reconciliabo? Toties fili, quoties peccasti. Non videatur

Marc. 1.
Luca 2.

Miraculi reuelationem cur prohibuit Christus.

Mors animae uti per hanc designetur puellam.

Adolescentes peccatis obnoxii quam cito curandi in anima.

Morari in peccato quam sit periculosum.

Mortem subitam iustis non esse periculosam. Sapient. 4.

Incontinentia victi quae quanto tempore resurgere debeant.

T. VI
21

tibi hoc superfluum, quia iterata sæpè confessio diaboli vires enervat, neque enim sustinet humilem tui accusationem. Habes pijsimum, misericordissimumque Deum, libenter te recipit, optato amplexatur te redeuntem, modo ex animo non abiturus iterum, sed perseveraturus, redeas. Si igitur millies in die peccaueris, millies pœnite, millies ad illum redi, millies etiam te recipiet, nec improperebit. Non putes ex te nimium illum fatigari, vt post hac recipere nolit: veruntamen noli super eius misericordia innitens peccare. Antequam peccas propone tibi eius iusticiam, pœnas inferni, perpetuamque mala peccantibus præparata: at vbi peccaueris, ediuerso accipe ante oculos Dei misericordiam, & festina à Deo veniam petere, eidemque reconciliari. Quod si nolueris meo huic consilio acquiescere (crede mihi) timeo in peccatis tuis te periturum. Nam nolle quærere gratiam Dei, & negligere eius amicitiam, nec curare, vtrum sit in morte, an in vita, vtrum in luce an in tenebris ambulet (quod hominum est tantum terrena cogitantium) signum est indurati cordis. A quo liberet & seruet nos Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, cum Patre & Spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

Quid ante, & quid post peccare tibi proponat homo.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

De luxuria peccato, eiusque & aliorum vitiorum remedijs.

Prinæps vnus accessit & adorabat Iesum, dicens: Domine filia mea modo defuncta est, sed veni & impone manum tuam super eam, & viuet, Matthæi 1X. In Euangelio hodierno duo audiuius miracula: Vnum quod Dominus rogatus iuit ad resuscitandum puellam à morte, quam postea quoque resuscitauit. Alterum, quod se in itinere hoc interposuit, vbi mulierem deuotissimam sanauit à profluuiio sanguinis. Et princeps quidem synagoga, quamuis imperfectus esset, nec plenè illuminatus in fide, erat tamen humilis, adeo vt ante Iesum, quamuis princeps esset synagoga, procidens rogaret illum, vt suscitaret filiam suam vnicam. Adeo namque erat infirma, atque in extremis vitæ constituta, vt licet ignoraret eam mortuam, tamen ex coniectura, vt loqui solemus de agonizantibus, dicebat eam mortuam, quia viuere eam diutius non posse naturaliter sciebat. Illum ergo sequente mitissimo Iesu cum suis discipulis & multa turba, intercidit aliud miraculum faciendum. Mulier enim quædam duodecim annis sanguinis fluxum continue patiens, magna fide ad Christum concepta, sanata est: maior enim illius erat fides, quam principis archisynagoga. Siquidem hic credidit necessarium fore, vt Dominum ad mortuam filiam duceret, Dominusque mortuæ manum imponens eandem resuscitaret. Hæc verò latenter in corde suo statuit tantum illius firmitatem tangere, promittens sibi, si tetigerit sanitatem. Itaque secreto accessit retro, tetigit Christi vestem, estque ilico ei sanguinis fluxus restrictus, & sanata est. Veruntamen cum verecunda esset, & latere se puraret, Christus eam prodidit. Siquidem quis se tetigisset interrogauit: Tetigit me, inquit, aliquis, nam virtutem sentio à me exisse. Ad quod illa veniens, procidit tremens ante illum, ac quicquid factum erat, totum narrauit. Sed mirum videtur, quare verecundam voluerit mulierem Dominus Iesus manifestari, quæ cupiebat latere? Respondet Chrysostomus. Primo ideo

Fides Emeritisse mulieris in quibus maior fuerit quam archisynagoga.

Marc. 5.

Cur Christus mulierem

mo ideo

mo ideo hoc Christum fecisse, ne mulier de lege sibi conscientiam faceret, quoniam illius vestem tetigerat. Polluebatur namque & immundum fiebat secundum legem, quicquid mulier huic passioni subiaccens tetigisset. Secundo, ut illam instrueret perfectius, & ad puriorem fidem excitaret: siquidem ipsa latere cupiens putabat Christum quoque, quod eius simbriam tangeret, latere posse. In quo errauit vehementer, quia Christum nil potest latere, qui est cognitor omnium. Tertio, ut eius fidem cunctis in exemplum ostenderet. Quarto, ut fidem principis confortaret: hic enim imperfectior erat multo, quam mulier illa. Ideo dicit Chrysostomus: Fidelior erat hæc mulier archisynagogo: nam ille medicum ducebat, huic tactus simbriæ sufficiebat. Per hanc mulierem infirmam significatur nobis peccator vitio luxuriæ ægrotus. Quomodo enim illa duodecim annis passionem fluxus sanguinis sustinuit, ita qui luxuriæ vitio succumbit, in quacunque fuerit specie, non potest facile ab illo liberari. Inducit autem mala multa, tam corpori, quam animæ. Adferrenim molestias & ægrotudines corporis. Nam quanti sunt sæpenuero labores, quantæ vigilæ, discursus, incommodæque sustinentur, quantæ sunt impensæ, quantæ de honestate famæ, ut, quod potissimum est, animarum taceam pericula, quo momentanea obtineatur delectatio? Nam ut Gregorius ait: Luxuria hebetat sensum, confundit intellectum, maculat voluntatem, obscurat memoriam: & si mentem occupauerit, vix bona cogitare permittit, sed substantiam etiam temporalem consumit. Hieronymus quoque in Oseâ: Luxuria, inquit, insatiabilis est voluptas: & quanto magis capitur, tanto magis incentiuum patitur. Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit. Est autem luxuria laqueus diaboli efficacissimus ad capiendas animas. Nam Balaam quod consilium quo Israelitis præualerent Madianitæ dedit aliud, quam ut filios Israel prouocarent filia Madian ad fornicationem, idololatriamque? vnde offensus Dominus, qui Israelitas defendebat, permitteret eos cadere ac vinei à Madianitis. Sciebat enim ad luxuriam succensus facile ad omnia vitia alia posse capi.

Quid enim homo luxuriæ desiderio succensus non facit? Viuit enim ut sine ratione brutum, quod nullum ut suam concupiscentiam expleat, vitium cauet. Itaque, qui luxuriæ operam dat, brutum efficitur, & brutalem animam acquirit. Proinde per Ioseph dicitur: *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Luxuria quoque miserum seruum facit hominem. De quo, licet ethnicus, Tullius dicit: Illumne ego liberum dicam, cui mulier imperat, lege imponit: vocat, veniendum est: eiicit, abeundum est: postulat, dandum est: minatur, excimescendum est? Hunc ergo non tantum modo seruum, sed & nequissimum seruum ego iudico. Hoc vitium verecundiam amittit, honestatem negligit, carnem consumit, virtutem rodit, Dei timorem extinguit. Quisquis in illud incidit, vix emerget. Cadit enim sicut in puteum, aut in voraginem qua submergitur. Qui ab hoc cupit liberari, necesse est primo, ut ocium vitet. Ocium enim si tollas, perire cupidinis arcus. Ocium generat concupiscentias, & cogitationes illicitas. Secundo, ventris saturitatem caueat. Scriptum namque est: *Subtrahere ligna foco, si vis extinguere flammam.* Tertio, vini potum moderetur. Venter enim (ut Hieronymus ait) mero & stuas

ZZZZ spumat

hanc voluerit
manifestari.
Chrysost.
Leuit. 15.

Chrysostom.

Luxuriosus
vix per hanc
mulierem
mysticè defici-
goetur.

Quanta ad-
ferat mala
tam corpori
quam animæ
luxuria.
Gregor.

Hieron.

Luxuriam ef-
fectu laqueum
diaboli.
Num. 25.

Bruto simile
effici luxuria-
lum.

Iosel.

Cicero.

Luxuria pecc-
ata remedia
sunt extinguen-
da.

Hieroa.

T. VI
21

Ecl. 9.
Prouer. 5.

spumar in libidinem. Quarto, sceminarum consortia & colloquia fugiat. Colloquia enim mulieris quasi ignis exardescit, dicit Ecclesiasticus. Et Sapiens: Fauus distillans labia meretricis, & niti ita oleo gattur eius. Nouissima autem eius amara, quasi absynbium, & acuta quasi gladius biceps. Quinto, valet ad luxuriam extinctionem, dolorem sentire, vt sunt virgarum disciplinz, alizque afflictiones similes. Sexto, validum est remedium oratio. Maximè enim impetrat oratio, vbi remedia alia superiora frequentantur. In humilitate igitur & contritione spiritus procide ante pedes Christi, & auxilium ab eo pete. Septimo, fimbriam vestimenti Christi tange, vt luxuriz in te restinguatur concupiscentia, ac fornicandi desiderium. Quod, inquis, est vestimentum Christi? eius humanitas. Scriptum enim est, quum de Deo Paulus loqueretur, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo. Hæc enim est tunica Ioseph, tincta hædi sanguine. Hoc vestimentum est, quod pro redemptione generis humani fuit rubricatum in cruce. Quod admirantes Angeli dixerunt: Quis est iste qui venit de Edom, tinctus vestibus in Bofra? Quo respondente: Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Iterum interrogauerunt: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimentum tua sicut calcantium in torculari? Respondit: Torcular calcanti solus. Verè solus calcauit, qui solus vulneratus est propter iniquitates nostras. Passio itaque Christi fimbria est humanitatis eius. Vita enim quam hic laboribus duxit plenam, in fine per passionem & mortem consummata est. Est quoque Christi passio vltimum nostræ redemptionis precium. Hanc, inquam, tangere te oportet, vt exsiccet in te luxuria. Itaque meditari Christi passionem, virtutem eius inuocare, amaritudinem eius in cor sumere, est Christi vestimentum tangere. Dicitur autem aliquid tangi corde, & aliquid manu. Vtroque modo tangas Christi passionem oportet. Tangis enim corde, dum eius dolores expendis & corde meditaris, quam profundi & saui fuerint dolores, quam larga sanguinis effusio, quam dolorosa pœna, quam amara passio, quam acerba mors. Si hæc te mouent ad luxuriz displicentiam, corde tetigisti fimbriam vestimenti Christi. Porro, manibus quoque tangis, si in eius passione miram humilitatem, perfectissimam mansuetudinem, incredibilem patientiam aduertens, si dum corpus eius adeo laceratum, vt nulla in eo sit sanitas, contemplaris, horreas voluptuari carne, horreas oblectari peccatis, delectationibus, concupiscentijsque carnis: Christi mallens imitari humilitatem, eius patientiæ conformari, aliaque sectari virtutum vestigia. Tunc manibus quoque, id est, operibus tetigisti, quæ tamen opera adhuc magis tecum sunt in desiderio, quam in exercitio.

Vestimentum Christi mystice tangendum quod sit. Philip. 2. Gencl. 37. Esai. 63.

Esa. 54. Fimbria vestimenti Christi mystice quæ sit.

Passio Christi que modo corde & manu tangenda sit.

Hierem. 14.

Remedium contra quæuis graua peccata.

Est contra luxuriam, & alia quæuis graua peccata, in qua nonnulli reciduum sæpius patiuntur, hoc remedium, vt tam constanti proposito quis ac si vouisset proponat, vt etiam, si non est nimium instabilis, voto statuat, quotiescunque fornicari passione solita victus consenserit, non ire velle ad opus, nisi primum ter aut quinquies legerit orationem Dominicam. Quod nonnulli facientes hoc modo curati sunt. Siquidem consensu ad peccandum iam dato, dum ante voluerunt quinque orationes Dominicas legere pro sui illuminatione, qui mente iam capti, in eo passione carnaliamentes fuerant, interim passio vehemens adeo in eis mitigata est, vt nollent pro

pro magna re, quin oratio deliberandique mora intercessisset: quo interim factum est, vt mutato animo id quod tam anxie ante quæsierant, iam nolent. Est aliud remedium curandi luxuriam, vt quis firmato animo statuat aut voueat, quotiescunque in illud peccatum denuo lapsus fuerit, tantam velle elemosynam dare, aut opus penitentiale, quod carnem affligat, sustinere, vt est ieiunare, vino abstinere ad tempus, in terra aut super asserem quiescere, aut aliud huiusmodi, quod grauius fert natura, agere. Hæc penitentia futura, quam is qui huiusmodi est, scit sibi necessario faciendam, eundem qui alioqui est bonæ, licet infirmæ voluntatis retrahit, ne toties peccans penam cogatur pro peccato luere. Retraxit nonnullos, & prorsus tandem liberauit confessio, qui vt dixi Deo promiserant, quoties peccato succumberent, toties velle se per confessionem mox iterum purgare, quod dum ita facerent, liberati sunt. Succurrit enim Dominus, vbicumq; inuenierit voluntatem bonam, eo tempore scilicet, quo extra tentationem validam est constitutus, licet infirmam, vt hanc magis, magisque roboret, iuxta quod viderit in homine bonæ voluntatis studium quod exercet, & quantum recurrit ad flagitandum auxilium à Deo. Confutatur enim vehementer diabolus per confessionem, quippe cuius virtus in confessione semper efficitur minor. Et hoc dictum sit non solum de omni specie & genere luxuriz, imo de omni quoque mortali peccato. Reperitur tamen inter alias luxuriz species, maximè in adolescentibus & in sceminis quoque periculosissima illa luxuria, quam quidam sibipsum, aut etiam alijs eiusdem sexus concitant. Ideo autem periculosissimam dico, quia in alijs luxuriz speciebus vitari potest occasio & confortium: hic verò in mollitie, seu immunditia, qua homo secum operatur malum, euitanda nihil iuuat fuga, imo secretus locus ad huiusmodi abominabilia peccata potius iuuat & solitudo. Qui in eiusmodi culpabiles sunt, intelligant quæ dico, qui puri sunt, non interrogent quid voluerim dicere. Hoc tamen filij scitote, tantum non dicerem (quia tam horrendum est hoc peccatum, vt aer quoque solo nomine & vocabulo putandus sit infici) nisi scirem non solum pueros & adolescentes, sed etiam adultos ac senes in tanta stoliditate ac crassa ignorantia inueniri, qui putant hoc non esse peccatum, si tactibus impudicis se polluant. Nec coniugio quoque hoc deest peccatum: quod reuera tantum est, vt maius non sit peccatum peccasse cum matre aut sorore, quam secum, &c. quia hoc genus luxuriz innaturale est, & contra naturam, sicut & illud quod exprimit Apostolus: Masculus cum masculino, & femina cum femina, turpitudinem operantes. Legitur ex quibusdam sanctis historijs, quod diabolus solet pro naturali inuidia sua erga homines incitare ad hoc peccati genus, sed vbi homines reprobos excitauerit ad opus tam deformis, tamque innaturale, non posse illum videre, sed naturaliter horrere & fugere, quod contra naturam sit, donec impletum sit peccatum. Videte filij qui innocentes estis, quid fiat inter impios. Per mortem Domini nostri Iesu Christi igitur obsecro vos, innocentiam vestram vel semper, vel vsque ad coniugium seruate. Intrauit enim peccatum hoc mollitiei, & indies magis intrat in vniuersam carnem, adeo vt pauci inueniantur veri aut veræ virgines, coram Deo immaculati. Et vbi peccatum hoc intrauerit,

Remedium
aliud curandi
luxuriam
& quacumq;
alia peccata.

Luxuriz species
periculosissima quæ
sit mollities.

Mollitiei
peccatum
quam sit grauius
atque horrendum.

Roma.

Mollitiei
peccatum
quantum hoc
tempore inoleuerit.

T. VI
21

leuerit, difficillimum erit illud iterum curari. Filij, si qui vestrum in hoc maculati sunt peccato, festinent ad coniugium, quia satius est multo vxorem aut maritum habere, coniugaliaque opera licite exercere, quam tam enormiter Deum offendere, & seipsum tam abominabile peccato polluere. Veruntamen de his loqui filij, verecundia & honestatis amor me prohiberent, nisi scirem vehementer nimis vobis hanc pramonitionem necessariam fore. Vultis filij & filiaz immaculati ab hoc alijsq; peccatis carnis manere?

Consilium
contra hoc
alijsque car-
nis peccata.

Vultis intemperatum pudicitie vestre florem, aut semper, aut vsque ad coniugium seruare? Audite quaeso consilium, & propter Deum parcite, quia si res vrget, atque necessitas loqui. Si possibile est filij, dormiant iuuenes & pueri soli, absque condormientibus. Nescitis enim & non creditis, quid curiostras, quidve mala societas, quid denique petulantissima carnalitas doceat. Plus dicere non audeo. Vbi filij licet vix nouem & decem annorum aut minores condormiunt ancillis, quid doceantur, quia periculum sciunt sibi huiusmodi corruptrices de conceptu non imminere, &c. Nec dormiant masculi cum alijs masculis, aut puellae cum puellis. Quod si hoc obseruari difficillimum sit, tunc hortor vos puellas & masculos, hortor vos quoque parentes, vt liberos vestros instruatis, quo nullo pariantur modo vnquam se tangi ad loca pudenda ab alijs quacunq; vel leuitate, curiositate, petulantia, dolo, aut etiam asimina, imo diabolica simplicitate. Virgines vtriusque sexus, dilecti & dilectae filiaz, tanto zelo custodiatis honestatem, verecundiam, pudicitiam, & integritatem vestram, vt potius mortem eligeretis, quam ab aliquo homine, licet sexus vestri, ad loca quae natura quoque abscondit, tangi. Imo pari modo nec vos ipsi tangatis curiose, aut respiciatis, nisi inuitabilis foret necessitas, vt contingere posset per infirmitatem aut laesionem.

Pudicitia
quanto zelo
custodienda
sit.

Zelum casti-
tatis quatum
sancti habuerunt.

Hoc potius dico filij, quod vt faciatis, id quod sancti sanctaeque fecerunt, qui tanto zelo castitatis sese munierunt, vt non solum non voluerint ab alijs sui etiam sexus videri nudi, sed nec seiplos etiam praeter manus & pedes nudos sese consenserunt contemplari, oculis ab omnibus alijs membris reclusis & auersis, nedum tactibus. Hoc coegit me zelus castitatis dicere, quia in plebe, in oppidis, & in rure abominabilia contingunt peccata, ex quadam rustica etiam & crassa ignorantia: interdum quia ne detur occasio aliquid discendi curiosis, omnes ferè de huiusmodi grauib; peccatis tacent, & loqui, auisareque timent (quod Gerson quoque plangit) & interim per illam ignorantiam diabolus mille seducit animas, quae antequam aduertant, capiuntur, irretiunturq; vt elabi iterum non possint: & de hoc satis.

Ioannes
Gerson.

Virginitatem
seruare quam
si gloriosum.
Ambros.

Nunc filij existimo esse gloriosissimum seruare virginitatem, seruare munditiam, impollutamque castitatem. Est enim angelis cognata virginitas. Quapropter maxima est cum virginibus angelis familiaritas, licet maior sit victoria virginum, quam Angelorum. Hi enim sine carne viuunt, illi in carne triumphat. Rarissimum itaq; & caeleste est in carne viuere, & inquinamenta carnis nescire. Cogor tamen & hoc pro consolatione vobis dicere: Si quid in carne aut etiam in corde parimini inuoluntarij, & quod est contra voluntatem vestram nec ei consenseritis, tamen euadere non possitis, non tamen vobis id imputabitur in peccatum, nec ad virginitatis amissionem, nemo.

Hieroa.

nemo enim nisi voluntarie peccat. Peccatum enim adeo est voluntarium, ut nisi sit voluntarium (dicente Augustino) non sit peccatum. Custodite igitur voluntatem vestram, maxime eam, quae est secundum rationem. Nam appetitus sensitivus & concupiscentia, non est voluntas (ut saepe numero quidam timorati & pusillanimes perperam putant) quando non sunt in ratione, sed in sensualitate. Iterum igitur dico: Custodite animas vestras, & rationalem voluntatem vestram, ut si quid etiam in carne mali senseritis, hoc inuiti sentiat, hoc est, non consentiat, sed velit libenter temptatione ac illo vitio carere & liberi esse. Dominus noster Iesus Christus vos illuminet, vos dirigat, vos custodiat, protegat & seruet ab omni peccato, dirigatque omnes actus vestros in beneplacito suo, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Augustin.
Voluntas rationalis quomodo in temptatione custodienda sit.

DOMINICA XXV. LOCO EPISTOLAE LECTIO legitur Hieremiae vicefimo tertio.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominum iustum nostrum. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent ultra: Visit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Visit Dominus, qui eduxit & abduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illic. Et habitabunt in terra sua, dicit Dominus omnipotens.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Non prorsus abs re videri cupiam debet, quod in hac ultima Dominica (si quando vicefima quinta post Pentecostes octavas Dominica euenerit) loco Epistolae ex Hieremia lectio sumitur. Est enim Dominica haec Aduentui vicinior: idcirco memoriam Dominici seruat Aduentus. De quo Hieremias sanctus ita loquitur: Ecce dies veniunt, dicit Dominus. Ac si dicat: Certissime futurum est, quod suo tempore implebitur, ut suscitem, hoc est, ut concipi & nasci faciam ex David germen iustum, seu fructum sanctum. Hoc haud dubium de Christo intelligendum est, qui secundum naturam tunc erat nasciturus humanam ex Maria Virgine filius David, quemadmodum de illo Angelus quoque Mariae prae-nunciavit: Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius. &c. Et Paulus: Factus est, inquit, ex semine David secundum carnem. Vocatur autem Christus germen David iustum, id est, fructus, seu filius sanctus. De quo germine Esaias loquitur, dicens: Et erit in die illa, puta tempore Euangelicae legis, germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terra sublimis. Et regnabit rex in cordibus credentium per fidem, quia illi seruent ei. Quamobrem Ecclesia quoque in Euangelio regnum caelorum vocatur. Et Christum regem Esaias saepe numero propheta, ut est illud: Dominus iudex noster, Dominus legislifer noster, Dominus rex noster.

Luce 1.
Roma. 1.
Esa. 4.

Matth. 21.
Esa. 53.

ZZZZ 3 ipse

T. VI
21

ipſe venit & ſaluabit eos. Regnabit itaque rex & ſapiens erit, qui ipſa eſt ſapientia: & faciet iudicium & iuſticiam in terra. Si de iudicio diſcuſſionis meritorum & præmiorum intelligantur hæc verba, tunc futurum eſt adhuc iudicium hoc in nouiſſimo die. Si autem intelligatur de iudicio diſcretionis, quo inter bonum & malum, verum ac falſum diſcernetur, tunc iudicium Chriſtus hoc in terra fecit, impios & ſuperboſ increpando ac deteſtando, bonos verò laudando. Hoc modo ad fidem, & ad ſuam gratiam quosdam miſericorditer vocauit, quosdam iuſte dereliquit: Diſcernit igitur inter præciſos & prædeſtinatos. De hoc iudicio loquebatur Chriſtus, quando dicebat: *Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* In diebus illis, primi ſcilicet aduentus Chriſti ſaluabitur Iuda per paſſionem Chriſti & effuſionem ſanguinis eius. Siquidem, *quom exaltatus, inquit ſuero à terra,* non ſolum Iudam aut Iſraelitas, ſed patres omnes veteris teſtamenti, omneſque iuſtos, omnes gentes: imo *omnia traham ad meipſum,* hoc eſt, à reatu omnium peccatorum, ſi in me crediderint, omnes abſoluam: & quantum ex mea eſt parte, ſi voluerint ipſi, eos ſaluabo. Quodenim multi damnantur, ex culpa illorum eſt, quia redempti ſunt, & ſi vellent redemptionis ſeſe huius participes facere, ſaluarentur. Itaque omnia trahet ad ſe Chriſtus, & omnes qui ſequi volunt eius tractum. Trahet autem electos omnes efficaciter, quia nemo eos de illius rapiet manu. Ideo ſaluabitur Iuda, id eſt, quiſquis conſitetur Dei Filium Dominum Ieſum Chriſtum ore, corde & dilectione: & Iſrael populus Iudæorum habitabit confidenter, in temporali pace, tempore ſcilicet aduentus Chriſti, quod fuit ſub Octauiano Auguſto: aut ſpirituales Iſraelitæ in Chriſtum credentes, habitabunt confidenter, propter ſpem felicitatis æternæ ſecuri in Chriſto. Et hoc eſt nomē, quo germen illud ex Dauid ſemine natum, electi & in illum credentes vocabunt: Dominus iuſtus noſter. Dominus propter diuinitatem, & noſter, propter aſſumptam humanam naturam noſtram. Propter hoc, id eſt, propter incarnationem Chriſti, & aduentum Meſſiæ, dicit Dominus *Ecce dies veniunt, & non dicent poſt hæc vltra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti.* Olim enim dum grande quid adſruere vellent, ſic loquebantur Iudæi. At poſt illos dies, hoc eſt, poſt incarnationem, paſſionem, reſurrectionem, & aſcenſionem Chriſti, veniet in obliuionem memoria huius temporalis eduſtionis de Aegypti, & maiori beneficio minus obliterabitur, quia tunc non dicetur: Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: ſed, Viuit Dominus qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eiecaram eos illuc. Hoc eſt, Viuit Dominus, qui de cunctis locis adduxit ſemen domus Iſrael ad fidem per quam Chriſto ſpiritualiter adunati ſunt. Quod beneficium redemptionis ſuæ, vocationis ſuæ, adoptionis ſuæ & iuſtificationis ſuæ ab illis tanti æſtimabitur (quod reuera magni eſt æſtimandum), vt in huius comparatione priorum beneficiorum, puta eduſtionis de Aegypti, liberationisque de Babylone, non ſit memoria.

Ioan. 12.

Ioan. 12.

Dampnari homines ex ſua culpa.

Ioan. 18.

Luc 2.

EXEGE-

Anno superiori quam Christus passus est, quo Herodes decollauerat Ioannem propter Herodiam vxorem, venientesque discipuli dicerent quae facta essent Ioanni, abiit Iesus a Iudaea trans mare Galilaeae ad locum desertum, quo eum discipuli tunc secuti, turbaeque multae. Subiit igitur in montem Iesus, non ob aliud quam quia locus ille tam contemplationi, quam praedicationi idoneus erat. Cumque ibi esset, subdit Euangelista Ioannes ea verba, quae hodierno leguntur pro Euangelio:

Matth. 14.
Marc. 6.

Quum subleuasset oculos Iesus, & vidisset, quia multitudine maxima venit ad eum,

Videte pudicitiam Domini Iesu, videte continentiam oculorum, videte denique morum Iesu honestatem. Non enim erecta ceruice, nec oculis incedebat vagis Dominus Iesus, sed vultu verecundo & humili: non quod sibi, sed nobis timebat, si oculis vagis colligeremus, vnde tentaremur. Exemplum igitur continentiae in seipso praebuit nobis. Itaque subleuasse oculos dicitur, quia illos ante continuerat, nec ociose leuabat, sed animo & voluntate miserendi. Ter quaterve legitur Dominus leuasse aut potius subleuasse oculos, non quod saepius non leuauerit, sed quod sacra historia Euangelica quadruplicem referat occasionem, qua oculos Christus subleuauerit. Primo enim oculos leuasse refertur in discipulos, sermonem in monte de octo beatitudinibus facturum. Ibi enim scribit Lucas, quod eleuatis oculis in discipulos suos dixerit Iesus. Beati pauperes quoniam vestrum est regnum Dei. Hic erit respectus charitatis & zeli, quo certe docuit nos in eos, quos instruere debemus, sollicito oportere respicere, quo nihil eorum quae ad salutem eis necessaria sunt, raceamus, nihilque negligamus. Docetur enim beatitudinem, Euangelicamque perfectionem, leuauit oculos in discipulos suos pro serio zelo, intentioneque vehementi docendi perfectionem. Ita nos tanto congruit seruire praedicare, vt intuendo simul ac loquendo verbis ac nutibus aliorum prouocemus attentionem, aliorumque animos excitemus. Quicquid enim in seipso non arserit, aliud non accendet. Nisi ergo in nobis flagret primum charitas, ex nobis eadem ardens non potest transire in alios. Secundo, leuauit hic oculos in turbam esurientem, qui fuit respectus compassionis & misericordiae, quo simul nos docuit benignè respicere in pauperes. Qui enim videt se pauperiorem, agrotum, aut calomitosum, interroget se, quamobrem se praetermisso tristitia haec illi misero acciderit? Quare illi potius, quam sibi Deus calamitates has dederit? Videt illum tristem & lugentem, se videt sanum, letum & alacrem illum pauperem & agrotum, se viuentem & abundantem: postremo, illum innocentem, se reum, iniquum, ingratum & noxium. Nunquid non iure mirabitur & puerbit? Itaque fili, cum conspexeris inopes & afflictos, dic tibi ipse: Quid feci ego, aut quis sum, aut vnde hoc merui, vt similis me non apprehenderit inopia, similis non compresserit calamitas quae premit illum? Si filius es principis, si magnatum vnus aut optimatum filius, interroga te: Vnde hoc mihi vt claro de sanguine ego, quod potentibus & honoratis, quod diuitibus

Oculorum
continentia
in Christo
quanta.

Oculorum
Christi quad-
ruplex suble-
uatio quid
nos doceat.
Matth. 5.
Luc. 6.

Prædicandum
quanto sit
cum seruo-
re.

ZZZZ 4 deni-

T. VI
21

deniq; parentibus natus sum? quod non opilionis sum natus filius: Nulla profecto in te causam inuenies, de qua exultes, sed de qua timeas. Vide igitur ne extollaris, quia à Deo hæc recepisti. Sed magis propterea humiliare & time (quod iure ac merito tibi formidandum est) ne receperis bona in vita tua, postea deuoluendus in æterna mala. Non sine causa est, si superbo tibi, si tibi luxurioso hic adeo parcitur. Dic igitur tibi ipsi: Ne forte peccata mea à deo grandia sint, aut adeo sim indignus ego, qui in hac non merear vita cum electis Dei torqueri, sed hic consolari, & perpetuo post hanc vitam cruciari. Hæc, inquam, coram Deo, & ad ipsum mente conuersus tracta (non tecum solus ne generetur in te dissidentia). Sed ante Deum hæc siens expenda, illi hoc conquerere: & senties, quia tui humiliationem consolabitur. Nemo igitur se extollat, sed inde potius humilietur, quod præ alijs hominibus abundet diuitijs, aut singularibus Dei donis, puta, robore, uenustate, honore, fauore & gratia. Nescit enim homo placeat ne in his Deo nec ne, certus quod omnes Dei amici per multas tribulationes transierunt fideles. Ideo hæc caduca temporalia quæ abundanter habere, non est salutis aut felicitatis indicium, sed potius timoris maxima iustissima quæ esse debeat occasio metuentis, ne ideo sibi hæc eueniant (vt dixi) propterea quod æternis cælestibus non sit dignus. Manifestum est quod Dominus dicit: *Beati paup. res spiritus, quoniam ipsorum est regnum celorum*. Hoc non diuitibus dictum est, quia uisus & diuites non sine exclusi, cum non dixerit pauperibus, sed pauperibus spiritu: quo colligunt etiam possunt rebus diuites, spiritu pauperes. Veruntamen ut rarissimus diuitum quisque est spiritu pauper, ita rarissimorum etiam diuitum est regnum celorum. Tertio, leuasse oculos inuenitur, quando uoluit miracula facere, ut de Lazaro resuscitando legitur, & non raro id ipsum creditur, egisse facturum miracula, quo admonere nos uoluit opera bona facturos, ut auxilium petamus à Domino Deo salutari nostro: admonemur in illum solum sperare, illi soli confidere, illi bona nostra omnia soli ascribere, credere cum Paulo, quod non sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed Deum in nobis operari & uelle perficere. Quarto, Ecclesia credit Dominum Iesum institutum sacramentum corporis & sanguinis sui, eleuatis oculis respexisse in cælum. Sic enim Canon habet: Et eleuatis oculis in cælum ad te Deum Patrè suum omnipotentem, tibi gratias agens. Quo inuatur, quo amore, quo desiderio & ardentissima sui feruere debeamus ad Deum, & ad cælestia, hoc sacramentum suscepturi. Quinto, leuauit oculos dum uoluit orare. Siquidem dulcissimum suauissimumq; illum sermonem, quem post cenam coram discipulis habuit, legitur oratio terminasse. Nam, ut Ioannes scribit, post longam exhortationem tandem Dominus Iesus subleuatis oculis, dixit: *Pater, glorifica Filium tuum, &c.* Admonemur autem ibi oculos animæ interiores in oratione ad Deum leuare. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vbi diligis, illuc libèter respicis. Quod in precio habes, obseruas, quomodo scriptum est: *Si, ut oculi ancille in manibus domine sue, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Eam ob rem quo puros & intentos sibi redderet nos in oratione, hortatus est nos ingredi cubiculum, & clauso ostio sensuum & affectionum externarum, orare Patrem in abscondito, quo curæ cogitationumque

Ecclesi. 9.
Astor. 14.

Matth. 5.

Ioan. 11.

1 Cor. 3.

Ioan. 17.

Oculi anime
ad Deum le
uandi qui in
oratione.
Matth. 6.
Filim. 12.
Matth. 6.

numquē distrahentium tumultus, sollicitudines, inclinationumquē malarū strepitus excludantur, & Deus adorandus solus sit in corde tuo.

Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducant hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset factururus.

Ostendit Dominus Iesus paupertatem suam, ac si diceret: Nobis non est pecunia, turba ieiunijs est fatigata, illam refici oportet. Vnde ememus panes Philippe, vt manducant hi? Quid præbes consilij? Poterat certe Dominus Iesus, imo volebat turbam hanc sine pecunijs quibus emerentur panes & escæ, pascere, tamē ita interrogauit, vt ex hac interrogacione, nobis manifestaretur Iesu paupertas quanta esset, manifestaretur denique quod panum hic erat defectus, & quia desertus erat locus, & humano modo succurrendi impossibilitas. Dicit itaque: Vnde ememus panes, vt manducant hi? Vere pijsimam erga nos suam sollicitudinem ostendit, quam pro nobis habet, qui ad se perinde ac ad patrem nos omnia vult nostra commendare. Propterea quoque dicit Psalmista: *lacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.* Non ita iactes, vt laborare, conari, operariquē tuam salutem nolis, aut vt dormiens stertas, ocioque vaces: sed ita iacta, vt nihilominus interim tu quoque opereris. Nam si operaris tuam salutem, noxia vitans, & animæ salutaria, corpori vero necessaria quærens, ipse te enutriet, ipse te pascet, qui te fecit. Quicquid tu non potes, hoc ipse potest supplere: modo vt illum præ oculis habeas, & præ omnibus quæras.

Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces, sed hæc quid sunt inter tantos?

Omnia hæc colloquia Christus excitabat ne miraculum potestate aliqua aut subuentione humana credatur factum, sed virtute diuina. Intelligatur necessitas edendi & esurientium fames, turbæ multitudo, defectus panis (in tanta enim multitudine panes tantum quinque inueniebantur, & duo pisces) pecuniarum quoque apud Christum penuria: quæ si etiam non fuisset, non erat tamen comparandi emendique locus. Hæc omnia vt fierent manifesta, interrogando Christus voluit reuelari, antequam faceret miraculum. Neq; enim vt miraculū fuisset habitū, nisi fuisset diligentia magna inuestigatū inuentumq;, quod præter quinque non fuissent alij panes in turba. Vterque verò Apostolus humana tantum prospiciens cogitabat ac loquebatur via, scilicet naturali non posse turbæ subueniri. Atque ideo non verbis, sed opere eos voluit erudire Christus, & ne humanum in se duntaxat virtutem, sed multo magis virtutem attenderent diuinam.

Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt igitur viri numero quasi quinque milia.

AAAAA

Videtur

T. VI
21

Obedientia
simplex A.
postolorum
& turba.

Videtur qua reuerentia obediebant Apostoli Christo, qua etiam obedi-
entia acquiescunt turba. Nemo interrogat cur discumbere iuberetur, quam-
uis scirent panes deesse. Nemo leuitate vsus dixit: Quid discumbendum est
cum desit ad edendum panis? cum nihil supersit quod manducetur? Vna o-
mnibus fuit cura, Christo obedire, itaque qui discubaturi sedebant populi,
Apostoli quoque simplicitate vsi, in Christi verbis nihil discutunt, sed Chri-
sti opera venerantur, atque quid nunc agere vellet expectant. Interrogavit
enim primum, an subsidium adesset humanum: quod cum non adesse com-
pertum est, vsus est miraculo. Exigebat hoc non solum necessitas esurientiu-
um, sed & sequentium turbarum deuotio. Siquidem adeo spirituales esuri-
ebant cibum, verbum Dei, vt cibi corporalis haecenus fuerint obliti: & re-
ficiendo mentes consolarentur de inedia temporali.

Acceptit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit
discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant.

Videtur hic quantum conuiuium fuerit Christi: quinque milia viro-
rum suae apposuit mensa, praeter alios. Quot enim ibi aderant mulieres,
sexus deuotior? quot paruuli? Verum oculi omnium in te sperant Domine, & tu
das illis escam in tempore oportuno. Vide praeterea quas hoc conuiuium habue-
rit conditiones, vt imiteris. Prima eius fuit conditio quia necessaria ra-
tionabilis quae erat causa quare fieret, puta esuries turbae, & inopia, quia ni-
hil inueniebatur edendum. Si huiusmodi conuiuias tu in domum tuam in-
troduseris, qui non habent, aut vix habent aliud quod comedant, be-
nefacis. Hoc enim conuiuium est quod Christus suadet de non vocandis
amicis & diuitibus, qui habent vnde retribuunt: sed vocandos hortatur
inopes, caecos & claudos, qui non habent quod retribuunt: quandoquidem
pro illis retribuetur tibi inquit in retributione iustorum, ne absque pre-
mio te putes manere, tamen hic in illis tibi fortasse videatur opera perdi-
ta. Nolo tamen putare quod omnia alia conuiuias damnem, sed quod di-
scrimen esse dicam magnum inter conuiuium quod propter Deum instru-
itur, & quod pro honestate & cultu sit amicorum. Pro conuiuio quod fa-
cis ex misericordia & compassione, recipies mercedem à Domino: quia re-
tribuetur tibi in resurrectione iustorum. Porro, pro conuiuio quod pro
amicis instruis, ab hominibus recipies etiam mercedem, puta gratiam, be-
neficia, obsequia, fauorem & huiusmodi humana ac peritura. Secunda
conditio huius conuiuii, est quod Christus gratias pro illo egit Deo. Quo
intelligitur Dei laus pro collatis Dei beneficijs deuotè à nobis agenda,
Hic quoque confirmatur religiosa consuetudo piorum hominum, qui
ante cibum sumendum, & post sumptum cibum orant, gratiasque a-
gunt Deo. Nam ante cibum orant, vt creatura Dei à nobis sumenda san-
ctificetur in verbo, iuxta sententiam Apostoli: conuecatque nobis in sa-
lutem tam animae quam corporis: post cibum pro suscepto beneficio gra-
tias agunt Deo. Ab hac consuetudine heuiones, epulones, & quidem qui
nobiles vocantur, impij ac leues homines dissident, qui neque Deum,
neque pietatem curant: imo nec ante prandium orant, nec postea Deo
gratias agunt. Parentum religiosorum Deumque timentium hic mos est
(vtinam

Psal. 144.

Conuiuij
Christi condi-
tiones imita-
biles quae
sunt.

Luc. 14.

Gratiis quid
fit ante cibū
& quid post.
1. Timot. 4.

(uinam esset omnium) prolibus ne morsum quidem panis dare, nisi primum totiesq; orauerint, quoties aliquid à matre sunt accepturi. Tercia conditio, est indigentia iusta. Hæc conditio supra in prima conditione inserta est, longè tamen ab ea differt. Nam illa est vt propter Deum fiat hoc conuiuium: hæc verò exigit vt his exhibeatur, vbi vrget necessitas. Hic considerandum quoque est, si consanguineos habeas egenos, illos iuste & pietatem præ alijs inuitas aut pascis: non quia tui consanguinei sunt, sed quia pauperes, quibus vel ex natura plus ceteris debes, sunt.

Parentum
piorum mos
laudabilis.

Quarta conditio, est temperantia. Vis scire huius conuiuii appositam delicatam preciosaque fercula? Panis hordeaceus & piscis totum est, quod his appositum & quod auctum est. Et tu paruis impensis pauperum potes alere classes, quibus vnã mensam diuitum reficere non potes. Facigitur tibi amicos de mammona iniquitatis, quia, vt dixi, modicis impensis multos reficies, nec grauaberis si conuiuiorum tibi aliorum interdixeris sumptus. Cæterum, gaudeant hic Christo conformari pauperes, quia optimus hic est panis hordeaceus, quem Christus rex regum & Dominus dominantium manducat. Quinta conditio ibi fuit significatio magna, nam conuiuium hoc sub dio fuit celebratum, & super scœnum. Sedere in terra sub dio, & corpore in terra quiescere, animo autem leuare ad Deum, sic vt Apostolus dicit: Nostra autem conuersatio in cælis est. Tu qui mercator es domi cum vxore & liberis. Pari modo, si corpore tu in mensa recrearis, animus tamen tuus non separatus, sed coniunctus maneat Deo. Deinde sedere super scœnum, est dominari & suppressere sensualitatem, quæ in scœno significatur. Omnis enim caro scœnum. Nam si sensualitas in te dominatur rationi, non tu super scœnum sedes, sed scœnum iacet super caput tuum.

Lucæ 19.

Apoc. 6.

Philip. 3.

Esaiæ 40.

Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superfuerunt his, qui manducauerant.

Sexta hic huius conuiuii conditio describitur, quæ est sufficientia plena. Narrantur enim impleti seu saturati, vt nullum amodo quærerent cibum. Non enim ferculorum eos multitudo, nec varietas epularum nec apparatus eos satiauit, sed parsimonia sancta, sobrietas & bona voluntas: quæuis dubium non est hoc Christi conuiuium saporem dedisse mellissimum atque suauissimum manducantibus. Septima conditio, est prudentia: nam fragmenta iussit Christus colligi, ne maneat quod pereat, aut non veniat in pauperum consolationem. *Quod superest, inquit, date elemosynam, & omnia munda erunt vobis.* Dent alij hiltrionibus, alij musicis, alij canibus ciborum reliquias: tu vtens Christi consilio, da pauperibus vt thesaurum habeas in celo.

Lucæ 11.

Illi autem homines cum vidissent, quod fecerat signum,

AAAAA 2 dice-

T. VI
21

dicebant: Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.

Deut. 1.

Nondum plenè erant illuminatæ turbæ, quia nihil de Christo supra hominem sapiebant. Nihil de diuinitate eius intelligunt, prophetam existimant eum scilicet, quem Moyses venturum prædicens, ait: *Prophetam de fratribus, suscitabit tibi Deus, &c.* Prophetam nominat venturum Messiam seu Christum. Hunc enim esse cogitabant turbæ, tamen quod filius quoque esset Dei ignorarent. Vos charissimi filij, viuite & percipite Dei dona in sobrietate, cum humilitate & gratiarum actione, ex his quæ vobis Dominus dedit. Et si quem ad vos miserit, quia fortasse domi non habet quod comedat, participem illum facite bonorum vestrorum. Quid dico bonorum vestrorum? Bonorum Dei. Non enim dedit vobis, vt sint vestra hæc temporalia, sed tantum vsum vobis eorum & dispensationem commisit. Nec ad vsum duntaxat vestrum putetis vobis commendata bona temporalia, sed in vsum etiam aliorum, ea maximè quæ supersunt, aut superesse possunt vobis. Adeo enim liberalis est Deus, vt cum vobis dederit quod administratis egenis, nihilominus quasi vos de vestris rebus erogassetis aliqua in pauperes, imputabit vobis Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

De speciebus gula.

Psal. 59.

Psal. 94.

VNde ememus panes vt manducent hi? Ioannis sexto. Quam benignam, quam paternam sollicitudinem pro nobis habeat Deus, hinc liquet, quod Dominus noster Iesus Christus Dei Filius etiam hic in terris constitutus, sollicitudinem gesserit turbæ vndecunque collectæ, ne illis desit quod pertinebat ad corporis necessitatem: quasi enim omnes genuisset sic amabat. Et quid dico, quasi omnes genuisset sic amabat? Nonne ipse est qui fecit nos? Nonne populus eius & oues sumus pascuæ eius, & opera manuum eius? Dicit ergo ad Philippum Dominus: Vnde ememus panes vt manducent? Vide mirabilem Domini dispensationem. Quis creauit cælum & terram? Quis dat solem & pluuiam & fecunditatem terræ? Quis nobis dat fruges, quis istos tandem nobis coquit in panes? Nonne Dominus Deus noster? Hic cum tantus esset, non tamen dedignatus est ad nos in miserias venire nostras. Venit huc ad nos tantus Dominus & potens, venit propter nos quoque, sustinuit famem, passus est in ediam. Et quid iniuriarum, contumeliarum, pœnarumque non sustinuit? Egenus hic vixit. Non habuit agrum hic aut domum, cuius sunt omnia, & à quo dantur omnia. Non habuit fruges, non villam, nec aliquid proprium. Hospes & incola atque tanquam aduena hic fuit in mundo. Quid dicam? Emit panes à mortalibus, qui mortales cunctos, qui cæli volucres, qui bestias agri, qui denique mundum pascit vniuersum. Hic igitur cum sit tantus, pro mortalibus est sollicitus, dicens: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Pauit, vt hodie legimus, quinque millia hominum, qui quotidie mundum pascit vniuersum, qui dat iumentis escam ipsorum & pullis

Psal. 144.

Et pullis coruorum inuocantibus eum. Pascit nos hic corporali cibo, qui pascet nos caelesti conuiuio in aeternitate: faciet enim tunc seruos suos discumbere, & transiens ministrabit illis. Ipse quoque erit nobis cibus, quia *haec est uita aeterna*, inquit, *ut cognoscant te Deum uerum, & quem misisti te sum Christum.* Qui ergo ad illud caeleste conuiuium appetit venire, ea quae Christus hic in se monstrauit, ea quae docuit, debet imitari. Debet, inquam, huius se Euangelij documentis conformare. Primo namque seculum, hoc est, seculi amorem & implicationem necesse est eum relinquere. Per amorem seculum hoc ingressi sumus, amore in seculo retinemur, hunc amorem mortificando seculum egredimur. Oportet igitur te renunciare uanitatibus mundi, oportet audire Dei uerbum, quod Christiane orthodoxeque praedicetur, & quo instruaris ad itinera caelestis uiae. Quod nobis significatur in uerbis hoc Euangelium praecedentibus, quibus Christus abiisse narratur per mare Galilaeae. Secundo itaque necessarium est, ut tribulationes, amaritudines, tempestatesque huius uitae intrepidus pertranseas, quod est mare Galilaeae transire. *Omnes enim qui pro uoluntate uiuunt in Christo persecutionem patientur*: signumque certissimum electionis est diuinae, hic bona agere & mala pati.

Tertio, tuam te abdicare uoluntatem, & Christi eruditionem sequi, necesse est. Neque enim quamdiu in propria uiuis uoluntate, iuxta desideria carnis, potes placere Deo. Si igitur tu non places Deo, nihil potes operari quod Deo placeat. Non enim opera placent Deo, si operans displicet. Propria est uoluntas, quae tibi cum Deo non est communis. Verbi gratia: Tu gloriam hominum quaeris, quia hanc diligis. Itaque cum Deus te esse uelit humilem, tu uis esse superbus. Discordat uoluntas tua, quae tibi propria est, à Dei uoluntate. Nam si tu ipse quoque uelis esse humilis & contemptor gloriae, iam concordas Deo, nec propriam, sed communem cum Deo habes uoluntatem. Hoc modo circa alia omnia quoque est sentiendum. Quarto, quia ex compassione esurientis turbae Christus sollicitus suo modo fuit, hoc est, sollicitus se ostendit: ita compati, & alienam miseriam, perinde ac propriam sentire te conuenit, illique quomodo subuenias sollicitum esse. Habent enim opera misericordiae praeter alios felicem promissionem à Deo. Quinto, quia non solum ex misericordia, sed etiam ex uirtute seu ex potestate miseris subuenit. Nam pauit esurientes, tam potenter quam misericorditer, ut nos quoque ea quae proximis nostris impendere possumus ad eorum necessitatem, impigri simus. Itaque quia Philippus aliud non sciuit consilium, neque Andreas, quam turbam esse adeo grandem, ut modica pecunia non sufficeret. Apud Christum uero & Apostolos haudquaquam tantum fuit pecuniarum, quibus turbae etiam si adessent panes possint comparari. Philippus namque ducentos non sufficere dicebat denarios, ut uel quid modicum quis perciperet, quasi diceret: etiam si ducentos haberemus denarios, quod longè est à nobis, non tamen inde tot emi possent panes, ut uel modicum quisque de turba haec gustando refocillaretur. Andreas uero prorsus desperatiue loquitur de quinque panibus, qui nihil inter tot homines conferrent. Ceterum, Christus non consilium quaerebat, sed nobis rerum conditiones, quo miraculum agnosceretur manifestabat. Iussit ergo homines discumbere: deinde quinque accepit panes hordeaceos, fecitque eos distribuere.

Lucæ 12.

Ioan. 17.

Conuiuij caelestis quomodo quis particeps fiat.

Seculum quo pacto uincatur relinquendum sit.

Tim. 1.

Math. 17. Voluntas propria quaerit dicitur.

AAAAA 3 bui, &



T. VI
21

bui, & frangendo, distribuendo, edendoque multiplicari. Comederunt itaque & saturati sunt. Et quo saturati crederentur, super fuerunt duodecim copiam fragmentorum siue reliquiarum. Hoc est solumne conuiuium, quo Christus tuos patit conuiuias. Apposuit eis panes hordeaceos & pisces. Huiusmodi refectio quoque naturæ & fami sufficiebat. Noluit seruire Christus gulæ, sed necessitati, quamuis credendi sine tam panes quam pisces supra modum gustui fuisse humano propter miraculum suaues. Quoniam autem multi formiter in edendo bibendoque peccatur (quamuis nunc de ebrietate hic nihil dicendum sit) quantum gulæ peccatum attinet, non abs reputandum est, species seu conditiones sex, quibus gula peccatur, recensere. Itaque prima species gulæ est, ante tempus ordinatum aut nimis manè concedere. In Dominicis diebus & diebus feriatis tempus legitimum est, non sumere cibum absque necessitatis aut infirmitatis causa, nisi auditum fuerit diuinum officium. At verò ieiuniorum tempore vsque ad nonam, qua Dominus in cruce expirauit, quæ fuit hora tertia post meridiem, iustum fore ieiunare. In meridie enim ad crucem fuit affixus, quæ vocabatur tunc sexta hora (quod hymnus quoque qui ad sextam cantatur indicat) qui tribus horis vsque ad nonam ibi pendens, eadem hora, quæ modo in Germania nobiscum vocatur hora tertia post prandium seu post meridiem tradidit spiritum. Si enim iuxta horarum distinctionem ex Euangelio de operarijs conductis in vineam dies partita fuerit, hora vndecima vsque ad duodecimam, vltima erit hora diei, qua dies operandique tempus finitur, vt parabola illa Euangelica habet, vbi dicitur: *Cum sero factum esset, dixit paterfamilias procuratori vineæ: Voca operarios, & redde illis mercedem, & cætera.* De nouissimis verò qui hora vndecima venerant, dicitur in fine diei: *Hi nouissimi vna hora opus fecerunt: ergo cum non sit ab vndecima vsque ad duodecimam nisi vna hora, sequitur horam duodecimam apud Iudæos finem fuisse diei.* Si autem duodecima hora finitur vltima hora diei, ergo sexta erit meridies. Nam Christo dicente. *Nonne duodecim sunt hora diei,* clarum est Iudæis hunc morem tunc horas distinguendi fuisse. Itaque sexta hora apud illos meridies est, qua Dominus est crucifixus. Hora verò que nobis Alemanis est hora tertia post meridiem, vocabatur à Iudæis hora nona, qua Christus tradidit spiritum. Ad illam itaque horam deberemus ieiunare. At quia quotidie homines efficiuntur infirmiores, consuetudo Ecclesiæ habet, vt horam nonam anticipet ponatque in meridiem, tuncque tempore ieiuniorum comedat. Inde multos contingit errare, putantes meridiem Iudæis fuisse nonam, propterea quod tunc nona anticipata cantatur, existimantesque tunc Dominum mortuum, quando fuit crucifixus: quia reuera hora sexta (vt dixi) erat meridies, quo Dominus est crucifixus: & quæ nobis est hora tertia post meridiem, erat illis nona qua Christus tradidit spiritum: & hora duodecima finiebatur dies. Apud Iudæos namque non omni tempore æquales erant horæ, sed nunc longiores, nunc breuiores iuxta diem naturalem, vel longiorem vel breuiorem in æstate aut hyeme. Hæc obiter dico propterea quod cæperam dicere diebus esse ieiuniorum prandium differendum ad horam nonam, quam tamen hodie per anticipationem cantamus circa meridiem, quæ potius & reuera est hora sexta, ita tamen satisfacimus consuetudini & intentioni

Gulæ species sex quas finit.

Ioan. 9. Ieiuniorum tempore quarta hora cibus sumere licet.

Matth. 20.

Ibidem.

Ioan. 11.

ioni Ecclesiae, quae videtur hoc approbare. In quadragesima vero vltra nonam nobis ieiunandum foret (sicut Canon exprimit de Consec. distinct. V. cap. Quadragesimo) vsque ad vespas.

Veruntamen pari modo vespas hodie anticipamus: nam circa meridiem per solutis nonis & missa, easdem absoluiamus vt aliquo modo ad vespas cantatas, non ad tempus vespas ieiunasse videamur. Qui infirmi sunt, qui debiles sunt, & valetudinarij, qui pueri sunt & infra aetatem, qui etiam senes sunt, & supra aetatem, qui denique pro mercede operantur, panemque suum lucrantur manibus. Item praegnantas, lactantes, pauperes, qui fixum certumque non habent prandium, & huiusmodi non vrgentur ad ieiunandum, nisi quantum volunt & possunt. Et ideo cum multiplex sit homini excusatio ieiunandi, nemo alium iudicet, nemo condemnet, nemo scandalizetur faciliter, quia alterius cor, alterius necessitates & onera excusantia aut infirmitates potest videre nemo. Quare dum comedentem die ieiunij quis viderit, cogitare debet illum, & vnumquemque esse suae salutis memorem, nec aliter illum quam Deo possit respondere facientem.

Veruntamen ad gulam nihilominus pertinet (nisi aliqua rationabilis subfit causa) manere antequam orationes praecesserint antequam diuina sint audita, festinare ad cibum: eos praesertim qui ocio vacant, vt si quis veluti ex lecto veniens, mox velit comedere. Pertinet item ad hanc speciem festinare ad cibum, antequam quis orauerit Deum aut antequam cibum benedixerit, vt his saepenumero contingit, qui tam indomitum effrenemque habent appetitum, cui dominari non curant. Adeo enim manere festinare ad cibum, nisi infirmitas aegritudoque ad hoc cogat, turpe ac absurdum est. Ad quod non vera fames, nec naturae necessitas, sed vitiosa inueterataque consuetudo, cui repugnare necesse est, incitat. Secundo species gulae est, lauta delicataque querere. Sic refertur de Epulone diuitem, quod epulabatur quotidie splendide, non necessitatis gratia, sed voluptatis: quia peccatum non est in cibo, nec peccat qui praeciosa & delicata comedit, si intentio sit casta: sed qui delectationem in huiusmodi querit, aut propter delectationem sumit, visolent facere, qui communia sparnunt, si cibum praeciosorem ac voluptuosorem expectent, tam curiose inter cibum & cibum, non necessitatis, infirmitatis, aut etiam sanitatis, sed voluptatis gratia discernentes. Delicata autem & sumptuosa querere, magis est reprehensibile in pauperibus quam diuitibus, quia manifestiorem indicat gulae concupiscentiam, cui nihilominus quamuis pauperes sint, satisfacere volunt cum rei familiaris iactura. Hoc genere gulae deliquerunt Israelitae, qui fastidientes manna, petierunt carnes, quibus gulofo satisfacere appetitui. Mater sancti Bernardi, mulier nobilis, crasso rusticoque alere solebat suas proles cibo, eas quae ad eorum preparationem. Delicata permittuntur infirmis, qui naturae in necessarijs non possent sufficere, si ea tamen, quae inuiti sunt aut horrent admitterent. Cum diuitibus & delicate educatis, cibis quoque delicatioribus a puero assuetis, & cum his qui tenerioris sunt complexionis, dissimulatur, vt comedant delicatiora, modo intentio sit casta, vt querant refectioem, non delectationis excitationem. Augustinus in regula sua etiam monachis, si viliora fastidiant, vt pote non assueti olim in seculo aut cum parentibus, permittit

Ieiunare qui non obligantur.

Luca 16.

Sumptuosa & delicata comedere quod quibusque vitiosum sit. Num. 21.

Delicata quibusque permittantur comedere.

Augustinus.

T. VI
21

Magnatibus
qui cibi per-
mittantur.

Cibum nimis
delicate pre-
parare quan-
do peccatum
fit.

Becard.

Mensuram
modumque
excedere in
comedendo
quale pecca-
tum fit.

Ezech. 16.

Iertere in
cibum ni-
mis auidie
quid fit.

Gen. 5.

Comedere
nimis frequē-
ter quid fit.

melioribus refici, eosque vult propterea esse humiliores alijs, qui vilibus reficiuntur, quos æstimat feliciores.

Magnatibus quoque propter statum cibi præciosiores admittuntur. Non quod illi gula non possint peccare, imo peccant & ipsi non raro neque leuiter gula, etiam in vilioribus cibis. Non enim dicitur cibus vilis, qui vehementer delectat. Vno itaque verbo rei summam dicam: *Quærere delicatiora propter voluptatem tantum & gulæ, quæ inordinatum habet appetitum, edendi quæ libidinem & viliora propterea aspernari, non licet.*

Tertia species est nimis studiose cibum, vt bene suauiterque gustum afficiat, parare, fassamenta quæ & sapores peregrinos adijcere, qui non raro corpori nutriendo magis obsunt, quam conducunt, vt, sicut ait Bernardus, famem non excitet cibus, sed sapores. Mira enim excogitant arte sua homines, vt prouocent appetitum vel saturitatem iam victum.

Quarta species est gulæ, nimium comedere, ingurgitare, excedere quæ in cibi mensura. Hoc adeo faciliter non contingit Deum timentibus, vbi non est ciborum varietas aut accurata præparatio. Propterea qui simplici vtuntur cibo & operantur, rarius infirmantur. Hoc genere peccauerunt Sodomitæ, vt dicitur in Ezechiele: *Hæc fuit iniquitas Sodome: Superbia, saturitas panis & abundantia. Et otium ipsius & silarum eius.* Potest tamen fieri ex ignorantia, vt mensura excedatur absque graui peccato, præsertim si non adeo sit grauius cibo aut potu quin debita & officia sua possit implere.

Quinta species, nimis ardentem ad cibum se effundere, vt faciunt hi qui tum præcipitanter, auidè quæ cibum sumunt, vt expectare nequeant, donec satis sit masticatus: huiusmodi gulosi non cessant comedere, nisi fastidiunt. Hoc genere gulosus fuit Esau, qui primogenita sua vendidit pro cibo, quem auidè nimis concupiuit. Fit quandoque tamen effusio animi super cibum, vt festinato sumatur cibus, ex vehementia famis. Hoc quamuis indecens sit & immoderatum, tamen caret (puto) graui peccato, quia nihil intenditur nisi refectio.

Sexta species gulæ, est nimis frequenter comedere, anserum more, qui vbiunque viderint aquam, bibunt. Infirmi, laborantes, operarij, pueri, senes, comedunt sapius, & parum qualibet vice. Veruntamen alijs, puta sanis, iuxta quendam philosophum, semel in die comedere sufficeret, bis toleratur, ter exceditur. Vnde quidam dicebat: *Qui in die manducat semel, Deus, hoc est, diuinus est: qui bis, homo est: qui ter, bestia est.* Redeundo itaque ad Euangelium, conuiuium hoc Christi fuit, quo esurientes homines pauit. Esuriebant autem tam spiritualem, quam corporalem cibum. Nisi enim Dei verbū esurissent, Iesum adeo ad remotiora loca non fuissent sequuti. Verum cū Christi nec verborū suauitate, nec morū possent satiari dulcedine, ideo tam diu illi adhæserunt. Vos filij sicut cibum esuritis corporis, sicut quæritis, sicut denique suauiter sumitis, ita esurite, quærite & sumite multo magis animæ cibum. Qui enim corporis non appetit cibum, qui cibum fastidit ac reiecit, languorem grauem indicat stomachi. Sic qui Dei verbum audire renuit, qui ve fastidit nec retinet, non parum infirmus est mente. Cui iure timendum quoque est, se de illorum non esse numero, quibus Christus dicebat: *Qui est ex Deo, verba Dei audit: sed inter illos constitutum, qui-*
bus

bus dicit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Qui est cum Patre & Spi-
ritu sancto benedictus in secula, Amen. Ioan. 8.

IN SOLENNITATE DEDICATIONIS EC-
clesiæ. Lectio loco epistolæ ex Apocalypsi B. Io-
annis Apostoli, capite XXI.

IN diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam des-
cendentem de celo, à Deo paratam, sicut sponsam ornata[m] viro
suo. Et audiui vocem magnam de throno, dicentem: Ecce taber-
naculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis. Et ipsi popu-
lus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et abster-
get Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque lu-
ctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et dixit qui
sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Nemini mirum videbitur, cur hæc hodie lectio legatur in solennitate
dedicationis templi, si attenderit non hodie dedicationis memoriam
agi lapidum, lignorum, cimenti, tecti, vasorum, & huiusmodi mate-
riarum templi, sed congregationis positus huius sanctæ, quæ simul in vni-
tatem Ecclesiæ huius particularis sub vno prælato, sub vnoque pastore con-
gregata est. Hæc tamen congregatio non est aut dici debet vniuersa Eccle-
sia, sed quædam pars Ecclesiæ militantis. Vniuersa enim Ecclesia militans
omnes in se complectitur Ecclesias (vt sic loquar) particulares. Quia tamen
hæc congregatio, huiusq[ue] loci fidelium conuentus, qui in hanc domum col-
ligitur, fide & sub regimine eodem tanquam ciuitas vna simul vnitur: ideo
qui quid de vna vniuersaque Ecclesia legitur & intelligitur, etiam singula-
ri Ecclesiæ huic tanquam vniuersalis Ecclesiæ filix applicatur. Ait igitur Io-
annes: Ego Ioannes in visione mentis ac in spiritu vidi ciuitatem sanctam
Hierusalem, hoc est præsentem Ecclesiam militantem, quæ fide ac charitate,
legum paritate, animorumq[ue] concordia cum Deo hominum vnit multu-
tudinem, non aliter atque ciuitas suos ciues in vnam congregationem coad-
unat cum suo rectore. Vidi, inquit ciuitatem Hierusalem sanctam. Merito
sancta dicitur, à qua omnis qui in peccato viuit mortali, coram Deo pro-
scribitur. Nihil enim inquinatum intrabit in illum, quippe quam Christus dile-
xit, & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauacro aquæ in verbo vi-
tæ. Nemo igitur ciuitatis huius est particeps, nisi sanctus à peccatis per virtu-
tem sanguinis Christi mundatus. Dicitur quoque noua: siquidem lege Mosis
antiquata, noua regitur lege gratiæ, puta Euangelica. Sequitur: Paratam à
Deo tanquam sponsam ornata[m] viro suo. Reuera vt Ecclesia Christo esset
sponso digna, parauit, ornauitq[ue] illam Deus sacramentis, donis, virtutibus
ac gratijs multis ac varijs: quibus vt regina astaret à dextris Deo in vestitu
deaurato, circumamicta varietate. Astaret, inquam, parata ad omne eius be-
neplacitum, vt videat voluntatem Domini, eandemq[ue] facit, audiens: Oblitus-

Ciuitati eue
bene compa.
terut mili-
tans ecclesia.

Apoc. 21.
Ephel. 5.

psalm. 44.

psal. 26. 44.

BBBBB

cccc

T. VI
21

Tabernacu-
lum cur recte
præfens vo-
cetur eccle-
fia.
Matth. 18.
Zachar. 2.

Ioan. 14.

1. Pet. 2.

Genes. 35.

Apocal. 21.
Psalm. 136.
Psalm. 65.

Apoc. 21.

1. Ioan. 3.

cere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscent rex decorem tuum, &c. Sequitur: Et audiui vocem magnam de throno diuinæ maiestatis, dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Tabernaculum recte præfens Ecclesia vocatur, quæ tabernaculum est militantium, in quibus Deus habitat, iuxta quod Christus promisit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Et in Zacharia ait: *Ecce ego venio & habitabo in medio tu.* Nobiscum enim est Dominus, sicut pastor cum ouibus, magister cum discipulis, pater cum filiis, medicus cum infirmis. Tabernaculum itaque Dei in quo Deus habitat, & quod præfens est Ecclesia, est cum hominibus, quemadmodum mater cum filiis, ita tamen vt ex ipsis filiis congregatis constituatur ea quæ dicitur Ecclesia mater. Et habitabit in eis, qui tabernaculum Dei esse meruerunt, id quæ per gratiam suam. Ipse enim est qui dixit: *Si quis diligit me, sermonem meum seruauit: & Pater meus diligit eum & ad eum veniet, & mansionem apud eum faciemus.* Et ipsi populus eius erunt. Hi scilicet, qui ad hoc à Deo prædestinati sunt & electi, vt sint gens sancta, populus acquisitionis, redempti à Domino. Et ipse qui omnium est Deus per creationem, erit singulari peculiari quæ modo illorum Deus: erit omne eis refugium & consolatio. Erit, inquam, illorum Deus: ad illum confugient, in illum sperabunt, illi seruient, illum dicentem audient: *Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis.* Porro quæ sequuntur, non hic, sed in triumphante Ecclesia implebuntur. Tunc enim absterget illis omnem lachrymam ab oculis eorum, his scilicet qui hic euntes ibant & flebant mittentes semina sua, qui dicunt: *Super flumina Babylonis illis sedimus & fleuimus, dum recoreremur tui Sion.* At modo, vbi transiimus per ignem & aquam eduxisti nos in refrigerium. In ijs electis mors neque naturæ, neque culpæ locum habebit amplius, neque luctus, neque clamor, cuiusmodi in vita est præfens: puta gementium & vociferantium. Neque dolor, qui lædat aut contristet, erit vltra: quippe quibus nihil molestum tristeve accidet vt hic, nolentibus. Hæc enim omnia iam prima abierunt. Transitoria enim hæc erant ac momentanea: quæ verò iucunda & felicia sequuntur, perpetua erunt. Et dixit qui sedebat in throno: *Ecce noua facio omnia.* Noua enim & gloriosa erunt ad immortalitatem resurgentium corpora. Nunc enim (vt Ioannes dicit) filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Erit autem semper beatis nouitas illa noua, nec vlla poterit vetustate antiquari.

EXEGESIS EVANGELII IN ANNIVERSARIO dedicationis Ecclesie, Luca XIX.

IN dedicationis Ecclesie solemnitate legi solet Euangelium de illo Zachæo, qui Dominum videre cupiens dum ad hoc conatum suum extendit, etiam in suam domum meruit recipere. Vnde exhilaratus, atque ad Dominum totus conuersus, cum ante fuerat princeps publicanorum, omnia quæcunque iniuste acquisiuit, restituere promisit, dimidium quæ suorum honorum in vsum erogare pauperum. Quamobrem ilico audire meruit Christi testimonium: *Hodie salus huic domui facta est.* Propter quæ verba, quia hæc domui huic Deo eiusque cultui dedicatæ aliquo modo applicantur, puta quatenus Ecclesiam seu congregationem hanc credentium, qui huc sub vno pastore adunati sunt, significat, quorum singulariter hic & nihilominus

minus cum Ecclesia vniuersa vna eademque est fides, vnum baptisma, vnus idemque Christus, hoc hodie legitur Euangelium. Quomodo ergo renouatur letitia sub rememoratione dedicationis huius Ecclesie, ita memoria quoque beneficii diuini, quo in hoc loco congregationem Deus credentium filiorum suorum adunauit, renouatur: cui propterea potissimum in hac festiuitate dicuntur laudes & gratiarum actiones, quod nos o filij charissimi vocauit in agnitionem Dei, deditque nobis potestatem filios Dei fieri, remissionemque peccatorum nostrorum. Dicit igitur sanctus Lucas Euangelista:

Ingressus Iesus, perambulabat Hiericho.

Ex Luca alijsque Euangelistis colligitur hoc Euangelium quod hodie legitur, eiusque historiam, quae de Zachæo refertur publicano, factam esse, dum ultimo ex ciuitate Ephrem Iesus rediens, conuerteret faciem suam iurus versus Hierusalem: vbi ultimo adueniens, tradidit se in manus inimicorum suorum, & in mortem. In quo itinere redeundi, dum occurreret vrbis Hiericho, introgressus perambulauit eam. Ibi cæcum illuminauit in via, & hunc Zachæum, vt sequitur, conuertit, quomodo mox sequitur:

Et ecce vir nomine Zachæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues.

Qui in mundum venerat, vt filios Dei, qui dispersi erant in mundo, congregaret in vnum, ille nunc etiam venit in Hiericho, vt ouem quam ibi habebat electam, ad se vocaret. Non respexit qualis ante fuerit ille Zachæus (Fuerat enim peccator, & egebat gratia Dei) sed attendit cuiusmodi illum esset facturus, quam feruentem, quam deuotum, quam iustum, quam pauperem spiritu, quam denique execratorem priorum actuum suorum. Erat autem, inquit, hic Zachæus princeps publicanorum. Publicani dicebantur hi, qui officia negotiaque habebant, aut negotijs huiusmodi præerant quæ absque peccato tractari, peragique non poterant, vt erant thelonarij, & qui similibus præerant officijs, qui à magistratibus thelonea emerant. Quam ob rem data quotannis summa pecuniaria dominis, ipsi opprimebant miseros, & dure vectigalia exigebant, vt supra datam summam ad sua lucra & maiorem quàm expendissent pecuniam corraderent. Horum vnus fuit publicanorum Zachæus: nec solum publicanus, verum etiã princeps publicanorum. Quæ res hodie quoque cum fiat vt vendantur vectigalia, aut thelonea, aut elocentur pro summa pecuniaria ad candelam ardentem: indeque qui eisdem colligendis præfunt, ad sua lucra cumulanda auarius à pauperibus vectigalia exigunt, an excusari possit, videant illi, qui huiusmodi inhiat lucris, & qui vectigalia grauant, qui que non misereantur pauperum. In tribus enim delinquebant publicani. Nam ab his exigebant, qui erant liberi ac immunes, vectigal. Nam & à Christo exigebant. Grauant præterea homines, vectigal maius exigentes, quam erat ex lege consuetum. Tertio defensionem tutam non præstabant, nec vias pontesque construebant, & alia quibus molestias euitare possent viatores negotiatoresque qui vectigalia soluebant. Vide, si non hodie fiant similia. Nemo tamen propterea velit dici publicanus. Verum aliud est dici, aliud esse. Nouit Dominus qui digni sint vt nominentur publicani, tamen si à nobis nisi magno non velint tractari honore.

BBBBB 2

Hoc

T. VI
21

Diuitijs quod non nocent.

Hoc modo plures reor habuisse commissiones Zachæum, officiaque huiusmodi, in quibus famulos habuit substitutos, quorum princeps & Dominus fuit. Et ipse diues. Haud nocerent diuitiæ, si iuste forent acquiræ, si non nimis auaræ quærentur, si non tenaciter nimis in proximorum necessitatibus asseruarentur, si non vicioso diligenter amore, si non ad luxum ostentationem ve expendereur, si denique possiderentur, non possiderent: seruirent, non imperarent. Imperant enim diuitibus nõ raro, vt nihil ex omnibus quæ illis superfluo abundant, audeant possintve communicare pauperibus. Vnde diues seruus efficitur diuitiarum, non Dominus. Vide tamen hic, quia de Zachæo ea quæ laudem nullam habent, sed conuersionis impedimentum, puta esse diuitem, esse publicanum, esse principem publicanorum, accurate referuntur, quo maior diuinæ bonitatis fiat commendatio, maiorque ac gloriosior habeatur conuersio Zachæi, quanto illa huiusmodi diuitum esse solet rarior. Neque enim Zachæum impediuerunt à regno Dei quæ alios impediunt multos. Verum vt non impediunt diuitiæ, quid fecit Dimidium bonorum suorum (vt mox sequitur) dedit pauperibus. Diuitias igitur ne se impediunt, illas abiecit. Quod diuitum certè nisi rarissimus quisque velit imitari. Idcirco sua impedimenta retiaque, quibus à diabolo capiuntur dum amant, per illa etiam à diabolo retinentur. Quid opus est hic glossa aliqua? Nõne clara de hoc sunt verba Christi? *Quam diffi. illè est inquit, diuitem intrare in regnum celorum.* Itemque: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum celorum.*

Matth. 10. Ibidem. Lucæ 18.

Diuitijs quo pacto amici Dei in ipsius gloriam vniuerserint.

Legimus certè de quibusdam diuitibus amicis Dei, qui transferunt foramen acus: sed hi non quæserunt diuites fieri. Dominus enim benedixit eis, quia omnia quæ habebant, ordinarunt in gloriam Dei, in hospitalitatè peregrinorum, in vsum pauperum: propter diuitias nihil facti superiores nec iniustiores. Nec si etiam illas iterum amitterent (quod eos non amasse diuitias fuit indicium) facti sunt tristiores. Si itaque illos imitari volueritis, eritis vos diuites salui omnes. Et contra difficultatem cameli per foramen acus transitori (vt habetur in comparatione Christi) si, vt Apostoli, quæseritis. Quis poterit saluus fieri? Audieris. Quod impossibile est apud homines possibile est apud Deum. Ego verò nisi alia signa in vobis videro diuites, qui estis auari, nullam habeo spem, vt foramen illud angustum cum diuitiarum vestrarum gibbo transeat. Neque enim Zachæi, neque Matthæi vos exempla inuitabunt, neque etiam Christi terrebunt verba, vt mores vestros mutetis, vnde salutem vobis audeam promittere. Si nanque salus vobis futura est, necesse est primum vt prorsus in vobis fiat mutatio, vt ex superbis efficiamini humiles, ex diuitibus inflatis pauperes spiritu, ex austeris mites, ex præsumptuosos timentes, ex auaris liberales, ex duris corde, compaentes & misericordes. Quod quamdiu non video, nihil vobis audeo promittere aliud, quam quod Dominus dixit: *Quam difficile intrabunt diuites in regnum celorum.* Et illud: *Va vobis diuites qui habetis hic consolationes v. stras.* Scio enim quod illud propheticum vobis conueniat. Si *Aethiops aut pardus potest mutare pellem suam, sic & vos potestis benefacere, cum didicertis male,* id est, credam vos misericordes in pauperes, & bona vestra diuitibus, cum videro, & cum desideratis esse auari.

Matth. 19. Lucæ 8.

Ibidem. Matth. 9.

Matth. 20. Marc. 10. Lucæ 3. Lucæ 6. Hierem. 13.

Et

Et querebat Iesum videre quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat,

De Christi gloriosis miraculis, de eiusdem suauissimis & verbis & moribus multa Zachæus audierat. Vnde cor eius inclinabatur ad Christum, desiderabatq; illius habere notitiam ac familiaritatem, licet id fateri non auderet. Cupiebat itaque videre Iesum, eiusq; suauitatem contemplari. Quod cum difficile ei esset in turba, propterea quod statura pusillus erat, ideo ad aliud quod sequitur sese conuertit consilium. Est tamen hic aduertendum, multos æque impediri turba & societate peccantium, qui si inter pios uiuerent homines, conuerterentur ad Christum. Sciamus igitur in turba non posse videri Christum: siue turba homines significet irreligiosos inordinatosq; sine lege, homines puta, qui secundum carnem viuunt, nihil in spiritu sapientes: siue sensus significet distractos & multitudine terrenarum curarum, imaginationum, phantasmatumq; varietate turbatos: ascendat super turbam, & impedimentis omnibus superior atque potentior fiat oportet, vt Christum videat.

Et præcurrens, ascendit in arborem sycomorum, vt videret illum, quia inde erat transiturus.

Magnum erat desiderium Zachæo videndi Christum. Vnde quamuis princeps esset ac diues, & inter suos honoratus, immemor tamen grauitatis, desiderio ac deuotione plenus, ascendere non erubuit sycomorum, hoc est, syluestrem ficum, quo Christum videret. Erat Herodi quoque desiderium videndi Christum. Nam de occasione sibi data Christum vidēdi, Christoq; loquendi, est gaudis, sed ex deuotione haudquaquam hoc erat illi desiderium, quin potius ex vana curiositate, qua videre cupiebat aliquid rarum aut nouum. Proinde Euangelista dicit de eo, quod sperabat signum aliquod videre de Christo. Quod cum Christus nollet ostentare, foreuit ipsum Herodes cum omni exercitu suo, & in alba illum veste ceu fatuum Pilato remisit. Non hoc modo Zachæus Christum videre concupiuit. Ad Christum eius alia erat mens, quam Herodis. Porro iuxta mysticum sensum intelligimus nobis in arborem crucis ascendendum, ea quæ Christus pro nobis passus est contemplando atque nostræ fidei deuotionis atque amoris oculos pacendo. Ibi enim rectè videtur Christus, ibi charitas, ibi misericordia eius agnosceretur, ibi humilitas, ibi patientia, ibi eius denique mansuetudo nobis declaratur.

Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descēde, quia hodie in domo tua oportet me manere,

Non casu aut fortuito accidisse putes, quod in arborem sycomorum suspexerit Iesus. Sciebat enim quis ibi esset, sciebat qua ascendisset ratione. Itaque suspiciens Iesus vidit Zachæum, non tam respectu corporali, quam respectu pietatis, qua Zachæi deuotionem probauit & desiderium. Vnde quomodo Zachæo bonum erat videre Christum, ita multo erat eidem melius videri à Christo. Itaque vidit Iesus Zachæum videntem se diligentq; diligenti-

BBBBB 3 rem

Lucæ 19.
Desiderium
vidēdi Christi
quam
fuerit diuersum
Herodi
& Zachæo.
Ibidem.

Crucis arbor
quomodo
mysticè ascē-
denda.

T. VI
21

Zachæus cum
Christum vi-
dere deside-
ratit.

tem se. Ideo autem Zachæus desiderabat videre Christum, quia scintillas dilectionis deuotionisq; guttas iam in cor eius Christus mittebat. Vnde diuini roris instillatione liquefactus animo erat Zachæus inquietus, nisi cito Domini notitiam, gratiam aut familiaritatem assequeretur. Itaque suspiciens Iesus vidit in arbore Zachæum, electum videlicet illum pomum: & mox ad illum conuersus, benignitatem & dulcedinem suæ charitatis prærogans, dixit: Zachæe festinans descende. Ostendit diuinitatis sibi inesse virtutem Iesus, qui in aliena terra constitutus, ignota nosceret, & cui omnis creatura est nominata. Dicit igitur: Zachæe, noui te quis sis, noui te ex nomine, noui cur ascenderis arborem. Non solum me tibi videndum præbeo, sed ad longè etiam maiorem tum gratiam tum familiaritatem te recipiam. Festinans igitur de arbore descende, quia hodie in domo tua materiali me oportet manere, qui iam in corde tuo recumbo. Mihi hodie & discipulis meis ministrabis cibum corporalem: ego vero te reficiam gratia & illuminatione perfectiori. Vide mansuetissimum, vide piissimum cor Iesu, quam nihil aspernatur hominem peccatorem, modo bonæ sit voluntatis. Nihil de peccatis illi veteribus, exprobrat, sed etiam merito pro illi imputat, si dignatur Dei gratiam à se non procludere, si Christum desideret recipere. Et quamuis de illius domo ac prandio parum esset Dominus Iesus sollicitus, ut scilicet ibi manducaret: voluit tamen nouiter conuerso familiariter se benignum exhibere, atque plusquam desiderare auderet, præstare. Quando enim Zachæus suorum peccatorum sibi conscius ausus fuisset sanctum Dei, quem venerabatur iam & amare incipiebat, ad conuiuium inuitare, nisi Dominus seipsum vltra ad hoc exhibuisset? Nouit enim Iesus reuera, cuiusmodi Zachæi erat desiderium, licet Zachæus seipsum attendens, nihil huiusmodi præsumere audebat, ut ad se Christum vocaret. Illum igitur præueniens Dominus Iesus, etiam quod ne cogitare quidem ad rogandum audebat Zachæus, hoc illi præter spem obtulit, quo fidem faceret eidem, ad integram se eum amicitiam recepisse. Sed nunquid filij hoc propter Zachæum fecit solum? Minime. Si quidem in Zachæo quod fecit, se ostendere voluit itidem singulis nostrum facturum. Voluit nos expectare à se, quod Zachæo vltro obtulit: paratum scilicet se esse, venire ad nos, & in domo nostræ conscientie recipi, ibi habitare, ibique (si modo promptam illi obtulerimus voluntatem, feruentemque deuotionem) nobiscum conuiuari. Vide igitur bonitatem cordis Iesu. Nihil optauerat Zachæus, nisi videre Christum. Nō enim grandius aliquid præsumebat. Tantum aberat, ut Dominum fuisset ausus in domum suam inuitare. Ad quam tamē misericordissima Iesu bonitas, licet verbis aut signis externis minimè inuitata, desideratissima tamen inuitauit seipsam dicens: Quia in domo tua oportet me esse: quasi humano modo loquens & affectu, ac si diceret: Non possum me continere, quia tecum esse velim in domo tua. Propterea noli mihi moram facere, sed festinans descende, quia aliter fieri non potest. In domo tua oportet me manere. Quid nobis, filij hac pietate dulcius? Quid hac benignitate optatus? Non spernit nos miseros, sed gaudet, & quasi mater desiderio aduenientis filij cruciatur, ut redeamus ad ipsum. Nonne & hoc ipsum in parabola prodigi filij ostendit? Se enim comparatum vult patri, qui prodigo filio reuertenti occurrens,

Benignitas
Iesu in recep-
tione peni-
tentium
quanta.
Luc 15.

currens, nihil delictorū illi exprobrans, nihil minans suppliciorum, non illum terrens, non auferre obiurgans nec torue quidē aspiciens, sed vniuersae offensionis pristinae immemor, quanto cyus festinauit & ad amplexus illum recepit paternos: gaudens quod vel sero redeuntem filium post peccata reciperet. Itaq; quomodo ille pater fecit in filio suo, ita nobis omnibus, si ad ipsum redierimus faciet Deus. Ideo enim hanc parabolā (vt dixi) nobis retulit, quo disceremus quam simili, imo quam maxima quoque clementia, si ad illum redierimus, nos sit suscepturus.

At ille festinans descendit, & excepit illum gaudens.

Nihil audire Zachæus potuisset optatius, nihil sibi potuisse videbatur suauius contingere aut gloriosius, quam quod Dominus Iesus, quem in cordis iam receperat hospitium, dignaretur pariter ad se in domum suam intrare. Quod vbi futurum audiuit, Christum excepit gaudens. Discimus hic quandocumque à nobis, aut Deo, aut proximo, siue obedientia, siue obsequiū seu elemosyna exhibenda fuerit, alacres & hilares occurrere. *Hilarem enim*

1. Cor. 6.

datorem diligit Deus.

Et cum viderent, omnes murmurabant, dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertisset.

Bis murmuratores isti peccauerunt. Primo, in eo quod Zachæum iudicabant peccatorem, qui erat poenitens & amicus Dei. Sed dicis: Quomodo aliter de illo sentire possent, qui heri & nudius tertius publicanum agnouerant? Dicendum: Potuerunt aliter, imo debuerunt aliter de Zachæo, aut de omni proximo sentire. Siquidem etsi præteritam vitam iudicare potuissent, quam sciebant malam, præsentem tamen eius animæ statum iudicare non potuerunt: Quia conuersio hominis est momentanea: & nihil adeo est durum, quod misericordia Dei penetrare, emollire & sanare non possit: nihil adeo tenebrosam, quod non subito queat illuminare. Non igitur homines illi cor Zachæi videre potuerunt, qui erat iam poenitens & Christi amicus. Idcirco illicitum erat eis iudicare, sed potius sperare debebant meliora. Vides quam ambiguum, quam incertum, & quam periculoso sit hominem iudicare? Tu igitur neminem in terra iudices, sed spera & crede vnumquenque esse salutis suæ memorem: vt qui heri, imo qui paulò ante fuerit peccator, iam non sit peccator. Eam ob rem vt tutus à periculo sis, Christus tibi iudicare prohibuit dicens: *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Et Paulus: *Nolite ante tempus iudicare.* Itemq; *Tu quis es qui iudicas alienarū seruum? Suo Domino (non tibi) stat aut cadit. Stabit autem, &c.*

Murmuratum peccatum duplex.

Iudicare alios quam sit periculosum.

Matth. 7.
Lucæ 6.
1. Cor. 4.
Rom. 2.

Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine dō pauperibus, & si quid aliq̄ defraudauī, reddo quadruplum.

Perfecta ad Deum conuersio radicem omnem amputat peccatorum. Cupiditas nanque radix est & causa multis peccandi. Hanc vt eradicaret Zachæus, dimidium bonorū suorum in vltis promittit pauperum se erogaturum. Verum, quia elemosynarū distributio Deo accepta nō est de bonis

Conuersio ad Deum perfecta quæ sit, 1. Tim. 6.

T. VI
21

iniustus: vbi fraudem proximo fecisti, ibi quod iniuste tenes, aut quod illicito ei abstulisti modo, primum teneris ei restituere. Quod non ignorans Zachæus, adiunxit: Si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Vnde hic quantum profecerit mox Zachæus à Christo illuminatus. Voluit autem hoc propositum suum palam idcirco profiteri, quo Christum excusaret contra murmuratores, monstraretque quanta Christus fuisset vsus sapientia circa se, quem non aspernando vt publicanum præterisset, sed benignè alloquens, & seipsum in domum illius non vocatum inuitans (quod rarè maximè quæ amicitia solet esse indicium) tanta mox ad poenitentiam & conuersionem mutatione se perduxisset, vt quantum temporalibus lucris olim inhiasset, tantum illis nudari iam desideraret. Neque enim promisit se daturum pauperibus, redditurumque his quos fraudauerat, sed loquitur de presententi: Ecce, inquit, do & reddo. Do eleemosynam, reddo fraudata. Et quamuis primo reddenda sunt iniuste acquisita, vt Deo fieri possit eleemosyna accepta: & hoc in executione: tamen hic quo pronitatem ostenderet, non solum quæ debuit, sed quæ supererogare potuit ac voluit, dandi, præmisit donationem in loquendo eleemosynæ, quam redditionem. Alio tamen ordine executus est, contra morem quorundam, contra quos Sapiens dicit: *Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & eras dabo tibi, cum iam possu dare. Eriterum: Cot inopu ne affixeris, & non protrahas datum angustanti.*

Prou. 1.
Eccl. 4.

Ait autem Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim Filius hominis querere & saluum facere, quod perierat.

Salutem domui huic factam Christus significans, animam vult intelligere Zachæi, quæ desiderando, annitendo, amando, obediendoque salua facta est: quam hic Dei vocat ideo domum, quia Deus animæ est inhabitator. Venerat namque saluum facere Iesus in mundum id quod perierat. Vnde maximè cum his conuersari debuit, quos ope sua egere, atque salutis querere remedium nouerat. Quasi enim murmuratoribus respondere voluisset: Quid mihi, inquit, indignamini, quod hominem peccatorem alloquor, quod ad illius hospitium non vocatus me inuito? Propter huiusmodi in mundum ego veni, non vt peccatores maneant, sed vt conuertantur, & in me vitam habeant. Non aspicio, quæ hætenus peccator fecit, sed quid posthac facturum sit, obseruabo. Offero ei gratiam & amicitiam meam, quam vobis etiam omnibus, si vultis, offero. Si hanc recipit, si ad me accedit, si ex peccatore fit iustus, vos cur me calumniamini, quod ad hominem peccatorem diuertimini, cum male iudicetis peccatorem, qui Dei amicus factus est. Est enim Abrahæ filius, non ex eius sanguine natus, sed fidei & deuotionis Abrahæ imitator. Dominus noster Iesus Christus nobis tribuat sui agnitionem, sui amorem, & ad se confidentiam, vt nihil nobis libeat, nihil nos afficiat, nisi quod & diuinam voluntatem oblectet, & nostræ salutis non repugnet, qui est benedictus in secula, Amen.

Ioan. 5.

SERMO

IN DEDICATIONE TEMPLI.
SERMO IN EADEM SOLENNITATE.

753

Templum deducendum fore triplex: quaque reuerentia loca Deo dicata honoranda.

Domum tuam Domine decet sanctitudo. Psalmo XCH. Hodie charissimi festum agimus diem dedicationis huius domus. Nec noua est hæc festiuitas & obseruantia, sed vetustissima est, ab initio quo domus in templa cœperant Dei mutari, ad nos vsque deriuata. Tunc enim domus hominum & ædes cœperunt propter abijciendum vsum prophanum, sub quo ante fuerunt, aliqua solennitate renouari, & Deo dicatæ in vsum diuinum ac Dei cultum consecrari: vt sic minus licenter terrena ibi posthac agerentur negocia, vbi Domino Deo semel fuisse sacrata domus aliqua. Est autem triplex domus, cuius dedicationis hodie agitur memoria. Prima domus est templum hoc materiale, quod aut ex alia domo prophanis vsibus olim applicata, in Dei est templum mutata: aut à nouo propterea, vt ibi sit cultus Dei, ibique administrantur ea, quæ nobis ad salutem sunt necessaria, est constructa. Neque enim locum hic habet hæreticorum calumnia dicentium, omni loco esse orandum, nec orationi applicari domum debere singularem. Verum est filij in omni loco orandum, nec vllum esse vbius locum, quo non possit orari, nihilominus congruum maximè fuit, Deo peculiarem assignari locum, quo conueniamus Christiani huius congregationis omnes, quo Deum simul laudemus, simul oremus, & quæ

Domus Deo
deducenda
triplex quæ
sit.

Math. 18.

petimus facilius ita in oratione coniuncti (iuxta illud: *Si duo vel tres consenserint super terrâ, pro quacunque re petierint, fiet illis à Patre meo*) impetremus. Si enim alijs vsibus distinctas habemus officinas & habitacula, quomodo diuino cultui, diuinæque laudi non haberemus domum, vbi ad Deum oraturi accedamus, congruam atque peculiarem? Si tu, quamuis omni in loco cenare aut dormire possis, habes tamen singularia, distinctaque loca, vbi tibi cenandum, vbi operandum, & vbi dormiendum est: quare non haberes cum alijs multis vel vnam domum, cuius vel contemplatio, vel ingressus te mox admoneret ad orandum, ad laudandumque Deum, quo etiam venias ad auscultandum de Deo prædicantem, moribusque te sanctis instituentem? Nonne congruum est, quomodo prophanis sunt rebus loca propria instituta, ita negotio Christi & animarum sit locus proprius, qui huic sancto studio docendi, qui etiam orandi exercitio tanto sit conuenientior, quo ab alijs fuerit quibuslibet negocijs alienus? Iure igitur ac merito locus esse debet Deo, Orationi, Dei cultui, diuinæ laudi, sacrificijs, sanctæ eruditioni & sacramentorum administrationi institutus ad gloriam Dei & salutem animarum.

Deute. 10.

Legimus autem in veteri testamento, quod etiam prophanam domum, hoc est, prophanis vsibus accommodandam, quis ædificans, hanc sibi dedicabat. Inde est enim illud, quod Dominus iuratis in bellum fecerit præcone clamari: *Si quis ædificauerit domum, & nondum dedicauerit eam, redeat ex prælio domum, & domum suam primo dedicet, ne fortasse illo mortuo inter præliandum, alius sibi dedicet istam domum. Erat autem dedicatio illa nouarum huiusmodi domorum nihil aliud quam initium illam*

CCCCC domum

T. VI
21

Dedicatio
domus Dei
& altarium
habuisse in
veteri testa-
mento exor-
dium.
Gen. c. 18.

Genes. 12.

1. Reg. 4.

1. Paral. 12.

3. Reg. 6.

Loca Deo
dicata quan-
ta sint reue-
rentia colen-
da.

Exod. 40.

domum inhabitandi cum aliqua solemnitate & gaudio inter amicos. Quae res ad Dei quoque domum est applicata, vt in dedicatione domus Dei, aut in eius dedicationis memoria, annua sit laetitia, spiritualisque epulatio animarum in donis gratiarum Dei, & in indulgentijs peccatorum. In cuius signum in exteriori quoque apparatu conuiuantium amicorum & peregrinorum religiosum tunc solebat obseruari hospitalitas. Verum vitam eadem nunc sit religiosa, vitam non sit illa nimia nec sola. Est igitur tenendum dedicationem domus Dei, & altarium in veteri testamento habuisse exordium & figuram, vnde caeremonijs legis transeuntibus, multae religiosae obseruantiae Iudaeorum, licet alio fine ac nomine quam olim obseruantur, quae tempore Euangelij Christo & Ecclesiae accesserunt. Nam vt nonnihil inde recenseam, Iacob Isaac filius sub lege naturae constitutus, & fratrem suum fugiens Esau in Mesopotamiam, vbi in itinere constitutus, sero iuit ad locum orationis gratia simulque & requiei, quo Abraham olim eius auus Isaac eduxerat, eandem ibidem Domino, nisi iterum à Deo fuisset prohibitus, immolaturus. Ibi igitur ad dormiendum se reposuit. Vidit autem in somnis tunc scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum: angelos quoque descendentes & ascendentes per eam, & Dominum innixum scaiae loquentem sibi. Qui quum euigilasset, dixit: *Verè Dominus est in loco isto. Et ego nesciebam*, Pauensque ait: *Quam terribilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus Dei, & portaceli.* Vocauit igitur locum illum Bethel, id est, domum Dei. Hic est locus (vt praedixi) quo Abraham immolare voluerat filium suum Isaac. Hoc in loco olim Dauid post numerationem populi, ira Domini saeuiente, & peste ultra septuaginta millia hominum percutiente, Dominum, vt contineret se ab interfectione populi, orauit: vidensque angelum euaginatam gladium in yaginam reponentem, Dominum intellexit placatum. Empta igitur parte illius loci ab Ornam Iebusaeo, altare Domino constituens, obrulit victimas, dixitque: *Hic est domus Dei, & hoc altare holocausti Israel.* In eodem etiam loco in monte Moria dicto, postea Salomon templum Domino dedicauit. Vides quam peculiari sibi modo, ac quodam priuilegio sanctitatis Deus locum illum per multas generationes, vbi tandem sibi templum construeretur, elegit? Est igitur omni veneratione ac deuotione locus ille etiam apud nos, qui templum seu domus Dei dicitur, habendus. Propterea enim, quia Deo dedicatus est, ideo nihil prophanum, nihil quod Dei cultum, Dei honorem, aut animarum non adferat salutem, ibi tractandum est. Quanta enim sanctitate templum suum à nobis velit obseruari Deus, ostendit olim tempore Mosi in dedicatione tabernaculi & altaris, quando populus in egressu de Aegypto morabatur in deserto. Tunc enim Mosi Dominus praecipiens de sanctificatione altaris, dixit: *Assumpto vnctionis oleo vngues tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificentur altare holocausti, & labrum cum vase sua, omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum.* Quibus consummatis, operuit, inquit, *nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Nec poterat Moses ingredi tabernaculum sedens nube operiente & maiestate Domini coruscante.* Vides quomodo Domino haec consecratio, dedicatioque tabernaculi (licet non fixum erat, sed resolutum à Leuitis portabatur in itinere, & rursus erigebatur) placuit, qui coruscatione maiestatis suae ea quae facta

facta erant palam probauit? Lege quoque templi dedicationem tempore Salomonis, quod miris atque incredibilibus sumpubus erat extructum, quippe ubi nihil erat, quod auro non esset opertum, aut quod non ex purissimo auro esset fabricatum. In cuius constructione Salomonem Dominus adhortans confortauit. Huius dedicatione quoque admirabili solennitate celebrata, ubi Salomon Dominum, ut templum hoc clementer aspiceret, & petitionibus multiplicibus enumeratis, in illo orantes nunquam non exaudiret, locumque ipsum singulari benedictionis excellentia dignaretur, orasset: non sine ostensione maiestatis suae, qua facta, qua à se petita, & qua oblata sibi in vniuersum grata, accepta est: & rata semper fore commonstrauit. Deinde quum in Babylonem abducti essent Iudaei, dirutoque à Chaldaeis templo, post septuaginta annos soluta iterum captiuitate illa Babylonica sub Cyro & Dario regibus, Iudaei redeuntes denuo templum aedificauerunt, & Domino dedicauerunt. Quod ubi sub Antiocho Epiphane spoliatum, prophanatum, & quo ad multa dirutum rursus fuit. Iudas Machabaeus altari nouo constructo, quicquid demolitum fuerat, reparauit, mundauit, templumque uasis nouis ornauit, ac iterum Domino dedicauit. Et haec est domus quam post annos multos Dominus Iesus intrans, & euentes vendentesque, hoc est, negotiatores ibi inueniens, flagello de funiculis facto omnes eiecit, dicens: *Domus mea domus orationis uocatur: vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Vides nunc quomodo templum Dñs Iesus suam domum uocat, quomodo pro illa, ut casta maneat ac pia, uis nihil in ea, nisi propter quod aedificata atque dedicata est, fiat, zelatur: quauis in illo templo, aut alio quouis anteriori nihil, cuius gratia tanta deberetur illi loco ueneratio, haberetur, quod ad nostri templi dignitate posse comparari? Nihil enim ibi nisi quod figura esset eorum quae sunt noui testamenti, sacrum continebatur. Machabaei & immolabant pecudum carnes, ponebant panes propositionis, nutriebant ignem in altari, incendebant luminaria, lauabant se, purgabant se hostijs, iudicabantur de lepra, aut non lepra. Verum in his omnibus nihil erat, quod sub nouo testamento in nostris agitur templis. Siquidem nobiscum est, & in templis nostris offertur hostia uiuens, caro & sanguis Domini nostri Iesu Christi, panis qui de caelo descendit. Ibi administratio fit sacramentorum, peccatorum remissio, praedicatio Euangelij, ibi baptismus, & huiusmodi alia omnia sacra. Et idcirco in templo nobiscum medicinalium unguentorum est apotheca, unde infirmis succurritur. Sunt enim in Ecclesia sacramentorum remedia, quibus uaria infirmitates curantur. Alij enim infirmi sunt ad pugnandum, quibus datur confirmatio. Alij ad uiuendum, quibus administratur panis uiae seu Eucharistia. Alij ad continendum, quibus datur matrimonium. Alij morbis alijs uarijsque languent, qui confessione purgati sanantur. Ad haec omnia atque similia morborum genera, est medicinarum, unguentorum, aromatumque poenu quoddam, ubi eadem seruetur, templum scilicet Deo dedicatum. Secundo, Dei templum apud nos caelestium est thesaurorum gazophilacium. Ibi enim ueniae & peccatorum remissiones administrantur, ibi dona Spiritus sancti, ibi sanctorum beneficia impetrantur, ibi exaudiuntur ad Deum factae orationes. Tertio est schola caelestium praceptorum, & eruditionis salutaris. In templo enim do-

1. Reg. 8.

1. Mach. 4.

Ioan. 2.
Math. 23.
Luc. 19.

Exod. 24.
Exod. 25.
Leuit. 6.
Exod. 25.

Templa Ennagelica legis dignitate excellant veteris legis templum.
Ioan. 6.

Apotheca unguentorum.

Gazophilacium caelestium thesaurorum.

Schola caelestium praceptorum.

T. VI
21

Aula Dei.

Curia ange-
lorum.

Matth. 27.

Genes. 28.

Domus Dei
spiritualis
quæ sit.

Templi spi-
ritualis dedi-
cationis fe-
stum quomo-
do agatur.

Bernardus.

Psalm. 37.

1. Cor. 6.
1. Thess. 4.

Ioel. 1.
Hebr. 11.

centur Euangelium, obseruantia mandatorum Dei, eruditio sacra multiformis, vnde alij terreantur, alij compungantur, alij lugeant, alij gaudeant, alij inflammantur Dei amore, alij consolationibus repleantur. Quartus est ibi aula cum Deo colloquendi, Deum laudandi, Deum colendi, Deum orandi. Quinto, quia ibi Christi, angelorum, sanctorum, electorumque est curia. Ibi enim moratur, ibi offertur ac immolatur ille qui dicit: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Ibi angeli sancti psallentibus, Deumque laudantibus assistunt. Ibi Dei electi ardentibus desiderijs se Deo coniungunt. Propter hæc omnia rectissime dicitur domus Dei, domus ad hæc omnia Deo dedicata: cuius dedicationis hodie annua dies agitur. Vnde læramur, Deum laudamus, Deoque gratias agimus. Secunda domus Dei est populus ille, atque hæc sancta congregatio in hanc Ecclesiam adunata, id est, vos, scilicet, qui sub vno pastore aut prælato gubernamini, docemini, atque pascimini. Et hæc est Dei domus spiritualis, quæ in materiali hac domo Dei, siue per templum hoc significatur. Hoc templum spirituale Christus sibi construxit, adunauit, atque dedicauit per adoptionem & sanctificationem omnium animarum saluandarum, quæ ex præteritis, presentibus, & futuris electis Dei in vnitatem fidei & charitatis in vnam hanc Ecclesiam, vniuersalis Ecclesie filiam, colligitur, quæ tamen cum vniuersa Ecclesia non nisi vna est, & ad distinctionem aliarum singularium Ecclesiarum (quemadmodum etiam reliquæ Ecclesie) est pars tantum Ecclesie, quæ simul tamen omnes vnam Ecclesiam generalem constituunt omnium matrem. Comparatione itaque totius Ecclesie, hæc Ecclesia nostraque congregatio pars seu filia est totius Ecclesie, eidem vt filia subiecta, quippe quæ eodem spiritu, sanctificatur & regitur. Huius Ecclesie dedicationis festum agere filij, nihil aliud est, quam in gratiarum actione in hymnis & laudibus rememorari beneficij diuini, quo Deus plebeculam hanc vocauit in sui agnitionem, quo etiam donauit ei non solum credere in se, sed & se, hoc est, Deum diligere, populum Dei esse, Dei mandatis obtemperare, & pro eiusdem amore laborare & pati. De hac igitur festiuitate audi quid Bernardus deuotissimus sentiat, dicens: Festiuitas hodierna fratres tanto nobis esse debet deuotior, quanto familiarior est. Nam ceteras quidem sanctorum solennitates cum Ecclesijs alij habemus communes, hæc vero sic nobis est propria, vt necesse sit vel à nobis eam, vel à nemine celebrari. Nostra est, quia de Ecclesia nostra magis autem nostra, quia de nobis ipsis. Miramini forsitan & erubescitis festa celebrari de vobis: sed nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quid enim lapides isti potuerunt sanctitatis habere, vt eorum solennia celebremus? Habent vtique sanctitatem, sed propter corpora vestra. An verò corpora vestra sancta esse quis dubitet, quæ templum sancti Spiritus sunt, vt sciat vnusquisque possidere vas suum in sanctificatione? Itaque sanctæ sunt animæ, propter inhabitantem spiritum Dei in vobis. Sancta sunt corpora propter animas: sancta est etiam propter corpora domus. An experimentum queritis eius, de qua loquimur, sanctitatis? Multi certe vestrum de peccatis exiére, in quibus commutruerant, sicut iumenta in stercore suo, iam verò conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Quid mirabilius, quando is qui prius vix

per biduum poterat à luxuria, crapula, & comestationibus, & ebrietatibus, à cubilibus, & impudicijs, cæterisque similibus & dissimilibus vitijs continere, nunc ab eis multis continet annis, tota vtiq; vita sua? Et quanquam hæc superiora ad monachos loquatur Bernardus, apud quos perfectior est conuersio, inueniantur tamen inter nos filij (vt credo) non pauci quoque, qui præteritam & in peccatis malè actam vitam exosi, penitens operum suorum, studentq; summopere, quæ lugent & detestantur, eadem nõ iterare. Quid hi, inquam, per conuersionem & gratiam Spiritus sancti aliud quam Domino Deo sunt dedicati, atque eius proprii effecti? Videte igitur si non rectè de dedicationis huius diem cum gaudio & festiuitate celebrent? *Beatus enim populus, non cui promptuaria sunt plena, aut cui prospera tantum affluunt & cuncta fortunata, sed cui Dominus Deus eius.* Huic igitur dignè festum agamus diem, qui nos in proprios sibi assumpsit, dicēs: *Et ego ero illorum Deus, & habitabo in eis:* nobis dicentibus: Nos autem populus tuus sumus, & oues pascuæ tuæ. Nam quando per manus episcopi primum hæc domus materialis Domino dedicata est, nulli dubium sit propter nos hoc factum esse: nec propter illos tantum qui tunc fuere presentes, sed propter nos, qui sequuti illos sumus: imo & propter eos, qui nos sequentur, & quicumque hoc in loco vsque in finem seculi Domino sunt seruituri. Tertia: domus Dei est, quæuis anima sancta, quæ dedicatur, consecratur Deo in baptismo, efficiturq; templum Spiritus sancti, & habitatio Dei. Huiusmodi domus fuit Zachæus, cuius laus & memoria est hodie in Evangelio: de quo refertur etiam, quod hodie salus huic domui facta est, vbi diuinæ in se gratiæ respectum accepit. Huius dedicationis festum agere, nihil aliud est quam beneficij diuini accepti memorem esse, quo te gratia sua vt inhabitaret, elegit. Hanc igitur Domino domum ornemus filij, quomodo ornaretur palatium regium, quod rex aut Imperator venturus esset ingressurus. Si enim tantopere regis curatur habitatio, vt munda sit, vt amena, vt ornata, quanto decet ornatu illam venustari, quam sibi elegit Deus? Simus igitur mundi corde & immaculati, vt templum Deo dignum esse mereamur, cui nihil insit inquinatum aut immundum, quod abominetur Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Rom. 13.

Psalm. 143.

Apoc. 21.

Psalm. 94.

Templi animæ quando Deo dedicatur.

Sermonum D. Ioannis Lansbergij De Tempore.

F I N I S.